



22324/B

~~1581~~ 1581

~~XHR. AA7~~

1581

22101198413

30719.

IOANNIS ALBERTI FABRICII
BIBLIOGRAPHIAE
ANTIQUARIAE
VOLUMEN SECVNDVM.

Vol. 2.

A

IOANNIS ALBERTI FABRICII

BIBLIOGRAPHIA

ANTIOVARIAE

VARIANTIA SECVNDVM



~~YHR. AA7~~

C A P V T XIII.

Scriptores de Sacerdotibus, Ordinibusque sacris, Monachis, et Beneficiis Ecclesiasticis.

Distinctio inter Clericos et Laicos. 1. Sacerdotes iidem et Reges, et de Pontificatu maximo Christianorum Imperatorum. 2. Episcopatus Principum circa externa Ecclesiae, et Pontificum arrogatum ius in Principes. 3. De Sacerdotibus Veterum Hebraeorum. 4. 5. De Sacerdotibus Aegyptiorum, Graecorum, aliarumque gentium. 6. Sacerdotes feminae. 7. De Sacerdotibus Romanorum. 8. 9. De sacris Ordinibus Ecclesiae Christianae nascenti propriis. 10. 11. De ordinibus communibus cum succedenti aetate. 12. 13. 14. De ordinibus sacris deinceps demum superinductis. 15. 16. 17. 18. 19. 20. De vocatione Ministrorum Ecclesiae. 21. Ordinatione siue Consecratione. 22. De beneficiis Ecclesiasticis et Parochiis. 23. De Monachis eorumque Ordinibus et institutis. 24. 25.

I.

De distinctione Sacerdotalis et Leuitici ordinis a Laicis siue βιωτικοῖς et ἰδιώταις¹ apud Hebraeos agit Fortunatus Scacchus III. Myrothec. cap. 1 seq. De profelytis vtriusque generis, iustitiae et domicilii vide Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 407 sqq. Ioan. Gottl. Carpzouii annotationes ad Goodwinum p. 31 sqq. et praeter scriptores ab eodem in libro laudato pag. 51. et sequenti excitatos Henr. Benzelum Syntagm. dissertat. academic. Tom. 2. p. 137 sqq. Andr. Georg. Wachneri dissert. de profelytis, Gottingae 1743. Ioan. Andr. Mich. Nagelii dissert. de profelytis tractis. Altd. 1751. Eandem inter sacerdotes et Laicos distinctionem ab Hebraeis accepere Christiani, itaque iam Apostolorum aetate Clemens Romanus Epistola ad Corinthios Laicorum meminit c. 40. τῶν γὰρ ἀρχιερέων ἰδία λειτουργία δεδομένη ἐστίν. Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ Λευίταις ἰδία διάκονία ἐπίκεινται, ὁ δὲ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται, qui locus addendus iis quos ex Ignatio, Clemente, Iustino, Irenaeo, Tertullianis

A 2

¹ Ἰδιώταις Aetor. IV, 13. et I. Cor. XIV, 16. 23. 24. in B. Lutheri versione redduntur Layen.

tulliano, Hieronymo aliisque profert Christianus Gottlieb Kochius in ephemeridibus Patrum A. 1708. p. 23. Suicerus in *λαϊκός, κληρικός* et *κοινολαΐτης*, et Petrus de Marca diff. de discrimine Clericorum et Laicorum ex iure diuino, ad calcem Operis de Concordia Sacerdotii et Imperii. Iustum vero Hennin- gum Boehmerum illam distinctionem iuris esse diuini negantem (diff. 6. et 9. sq. ad Epistolam Plinii de Christianis et loca quaedam Tertulliani) refellunt auctores Memoriarum Treuoltinarum A. 1712. pag. 1800. Omittimus quod constat apud Aegyptios Sacerdotibus solis fas fuisse sacra facere, vt apud Per- sas Magis, apud Gallos Druidibus, Bonziis hodie apud Indos. Quamquam vero laxa et Mystica significatione omnes Christiani sunt sacerdotes; confer Casau- boniana pag. 112. et interpretes ad Exod. XIX, 6. Ef. LXI, 6. 1 Petr. II, 5. Apocal. I, 6. et V, 10. non tamen inde sequitur nullum esse discrimen inter illos quos Spiritus S. peculiariter vocauit ad pascendam Ecclesiam Dei, Actor. XX. 28. et quos non vocauit, quibusque hunc honorem arrogare sibi non li- cet, Hebr. V, 4. Quamuis etiam Clericorum dignitatem super Laicos nimium extollere non dubitarunt multi in Ecclesia Romana: vide D. Christiani Tho- masii obseruationes ad Lancelotum Tom. 1. pag. 25. et Petri Friderici Arpii Laicum veritatis vindicem pag. 7. seq. Laicorum tamen appellationi per se ni- hil ignominiae adhaerere, vt nec Clericorum nomini arrogantiae quicquam inesse ostendit Stephanus Andreas Mizlerus diff. de Clericis et Laicis, Witteb. 1697. § 38. Laici in Ecclesia alii fideles erant siue per baptismum iam initiati, alii Catechumeni. Adde Thom. Milles ad Cyrillum Hierosol. pag. 17. Iose- phum Binghamum Origin. ecclesiastic. lib. 1. cap. 3. 4 5. et Ioan. Laur. Mos- hemii dissert. de distinctione inter clericos et laicos, Helmst. 1725. editam. *Λαϊκός ιερέως* recentioribus saeculis dictus, qui non est Monachus: vt Hiero- monachus, Monachus qui idem est Presbyter. Vicissim Monachus *ἀνιερός*, qui non est sacerdos, nec sacra faciendi siue Missam celebrandi habet potesta- tem. Ad locum Tertulliani exhortat. de castitate c. 7. *Sacerdos es tibi solus, et vbi tres, Ecclesia est, licet laici*: celebris est Hugonis Grotii dissertatio de Coe- nae administratione, vbi Pastores non sunt, et *Dionysii Petauii* de communione sine symbolis Grotio opposita, et de potestate consecrandi et sacrificandi sacer- dotibus a Deo concessa deque communione vsurpanda, *Ioan. Cloppenburgii* censura dissertationis semper communicandum per symbola, et *Henr. Dodwelli* dissertatio de iure Laicorum sacerdotali, excusa Londini 1685, 8. Hisce iun- gatur *Nicolai Rigaltii*, cum Grotio facientis, libellus raro obuius, ad illum Ter- tulliani locum, de quo confer Richardi Simonii lib. 1. Epistol. select. 3. p. 11. licebit etiam conferre *Ioan. Harduini* Opera selecta pag. 297. sqq. 300 sqq. *Dupinium* Tom. 17. pag. 214. sqq. *Gabriel. Albaspinacum* libro secundo operis Gallice

Gallice editi de l'ancienne police de l'Eglise sur l'administration de l'Eucharistie; de quo Dupinius T. 17. p. 143, 144. Trium statuum in Ecclesia distinctionem, *Ecclesiastici, Politici et Oeconomici* reiecit Dippelius, vide Relationes innoxias A. 1701. p. 275. Tuentur vero Val. Ern. Loefcherus in iisdem Relationibus innoxiiis A. 1704. pag. 629 sqq. et Gottl. Wernsdorfius in dissertatione de iure magistratus ciuilibus circa vocationem ministrorum Ecclesiae. Witteb. 1717.

II. Sacerdotes apud Iudaeos, eosdem etiam Reges² a Mose vsque, eiusque filio Arua semper fuisse affirmat Trogi Epitomator Iustinus XXXVI, 2. quod facile refellitur a Ioan. Iacobo Schudt in Historia Iudaica pag. 181 sq. Et probe notauit Philo libro de humanitate sub initium Vol. 2. p. 384. edit. Mangeianae Mosen noluisse vel sibi ipsi arrogare sacerdotium cum imperio, vel transmittere in liberos, ὅτι ἀμήχανον τοὺς αὐτοὺς δύνασθαι ἀμφω ἐπιτροπεύειν, ἱερωσύνης τε καὶ βασιλείας. Quemadmodum B. Glassius in Christologia Daudica p. 149. confutat quae Eniedinus ad Psalmum CX. scripsit, vt probaret Daudem Regem simul quoque fuisse Sacerdotem, quod persuasum quoque Petro Cunaeo p. 97. Epist. ad Grotium. De Daudis eiusque filiorum pontificatu consuli quoque possunt Saubertus de personis sacris Hebraeorum. Meyerus ad Seder Olam pag. 529 et 727. atque Serpilius Part. IX. Personal. p. 268. Quin tamen Imperium et Pontificatus iuncta quandoque et ante legem, Grotius in Hebr. V, 6. et apud Hebraeos fuerint, atque ממלכת כהנים, regnum sacerdotum, Exod. XIX, 6. temporibus Maccabaeorum obtinuerit,

A 3

du-

² Nomen כהן quod rectorem et praepositum significat, Optimatibus et Sacerdotibus est commune, de quo vide sis Grotium de potestate summarum potestatum circa sacra cap 9. et ad Exod. III, 2. 2 Sam. VIII, 18. et Ioan. Cameronis Opera p. 222. Ceterum Nazianzenus qui Orat. VI. p. 137. Mosen non modo sacerdotem sed etiam ἱερεὶα ἱερέων sacerdotem sacerdotum fuisse contendit, perinde vt ἀρχοντα ἀρχόντων principum principem, parum proprie est loquutus. Quemadmodum itidem proprie acceptum veritati non congruit, quod Philoni lib. 3. de vita Mosis et Nazianzeno Orat. VI. p. 137. atque Augustino Q. 68. in Exodum et 23. in Leuit. Moses dicitur Rex et Pontifex. Recentiores, a quibus Mosis Pontificatus vel assertus vel impugnatus fuit, vide magno numero allegatos in Crenii Thesaur. Philolog. Vol. 2. p. 75. Petri Zornii Opusc. sacr. T. 2. p. 232. et Serpili Personal. Mosis p. 32. sqq. Inprimis Barthold. Nihusium refutauit oratione inaugurali Ioan. Frischmuthus Ienae 1649. et 1673, 4. excusa. Samuelem vero non fuisse sacerdotem aut Pontificem ostendit Ioan. Chr. Ortlob in diss. de Samuele iudice et propheta, non pontifice aut sacerdote, Lips. 1714, 4. euulgata, et recusa Tom. 1. thesauri noui Theologicophilologici p 587 sqq. Adde Saubertum de personis sacris Hebraeorum, p. 675. et Serpilium in Personal. pag. 40. Et plerumque verum esse comperitur quod ait Synesius Epistola 57. πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνη συνάπτειν, τὸ κλέθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. A vocabulo כהן Olaus Rudbeckius filius deriuat Gothicum *Kung*, Danicum *Kong*, Anglorum *King*, Germanorum *Koenig*, Chinesium *Chuan*, Tartarorum *Chan*, Persarum *Gan*. Vide eius specimen vsus linguae Gothicae p. 13.

dubitari nequit. Confer Ioan. Seldenum lib. 1. de successione in Pontificatum c. 13. p. 180 sq. qui de potestate forensi Pontificis maximi agit etiam libro 2. de Synedriis c. 10. et per totum illud opus passim. Grotium ad 1 Macc. X, 38. XIII, 42. XIV, 41 sqq. Eduardum Bernhardum ad Iosephum T. 1. pag. 168. edit. Amstelod. et Nicol. Comnenum p. 233. praenot. mystagogicarum. Et de Ioanne quidem Maccabaeo diserte Iosephus lib. 1. de bello Iudaico cap. 3. p. 712. τρία γοῦν τὰ κρατιστέοντα μόνος ἔχει, τὴν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν. De Aristobulo autem et Hyrcano fratribus, quos vicit Pompeius, Dio lib. 36. p. 121. edit. Reimar. καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ τῆς τοῦ σφετέρου Θεοῦ ἱερωσύνης (οὕτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ἄνομαζον) αὐτοὶ τε διαφερόμενοι, καὶ τὰς πόλεις στασιάζοντες. Sed et apud Gentes constat passim Reges eosdem simul functos sacerdotio, Sacerdotesque eosdem simul fuisse Reges. Confer Homerum Iliad. III, 292. et VII, 315. Synesium epistola 57. p. 198. Dionys. Petauuium in notis p. 36. vbi figillatim de Aegyptiis, de quibus Plato in Politico p. 183. edit. Lugd. et Marshamus pag. 538. Canonis Chronici. De Sicyoniis Syncellus p. 97. De Gothorum Comofico, Rege et Pontifice, Iornandes cap. 11. Chinenfium Imperator idem Pontifex maximus: *Memoriae Treuoltinae* A. 1730. p. 233. ex Tomo 19. des Lettres edificantes ep. 57. p. 198. Abyssinis ab aliquot saeculis fuere reges iidem summi sacerdotes, Presbyteri Ioannes; *Journal des Savans* A. 1727. p. 416. Et Iaponensium olim Imperatores sacri siue Pontifices, et Reges haereditarii ab A. 660. ante Christum natum, donec saecularis Princeps a sacrorum praefide disiunctus est A. 1195. Vide Kaempferi Iaponiam Tom. 1. libro 2. p. 129 sq. et appendicem ad Tom. 2. pag. 63 sq. *Journal litteraire* Tom. 16. pag. 167. et *Bibliothèque Angloise* Tom. 15. pag. 48. 49. 75 et 76. Confule etiam Grotium de iure summar. potestatum circa sacra c. 9. Casaubonum ad Strabonis lib. 14. p. 233. edition. Morellianae et ad Suetonii August. cap. 31. Ezech. Spanhemium de vsu numismatum Tom. 2. p. 416 sq. vbi etiam de Asiarchis et aliis praefidibus et strategis, qui simul ἀρχιερεῖς, de quibus etiam Harduinus in numis vrbium illustratis pag. 423 sq. Ioan. Georg. Keyslerum in antiquitatibus selectis septentrionalibus et Celtices p. 24. vbi obseruat, tam magnam Druidum fuisse auctoritatem, vt Reges tantum essent velut ministri exequendis eorum decretis, vt est apud Dionem Chryostomum dissertat. 49. (Etiam apud Slauos rex modicae fuit aestimationis in comparatione Flaminiis, teste Helmoldo II, 12.) Nicolaum Petitpied tractatu Gallice edito de iuribus et praerogatiuis Ecclesiasticorum in administratione Iustitiae saecularis, Paris. 1705, 4. (de quo libro *Ephemerides Parisienses litterariae* illius Anni p. 1093 sq.) et Ludouicum Borgesium in *Historia Critica Melchisedechi Regis et Sacerdotis* cap. 10.

Bellarminum lib. 5. de Pontifice Romano cap. 9. sed et B. Gerhardum nostrum Loco Theolog. de Ministerio Verbi, § 318. Praecipue apud Romanos hoc semper obseruatum fuisse videtur, vt iidem sacris praeessent et auspiciis auguriisque, apud quos summa erat in republica auctoritas: vide Ciceronem orat. pro domo sua ad Pontifices, cap. 1. hinc deinceps Imperatores quoque Romani iidem Pontifices maximi; nam vt Dio LIII. p. 712. *ex eo, quod omnibus sacerdotiis inaugurati sunt, ἐκ τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερωσθῆαι, Imperatores, et quod alios in pleraque illa collegia adsciscunt, semperque vnus eorum vbi duo vel tres simul imperant maximum Pontificatum gerit, hinc fit, vt omnium sacrorum et religionum Domini fiant.* Hoc dignitatis nomen per longum tempus etiam Christiani Caesares gerere non recusarunt. Quam in rem confer Io. Andreae Bosii dissertationes de Pontificatu maximo Imperatorum Christianorum Ien. 1656, 4. quae recusae sunt Tom. 5. Antiquitatt. Romanarum a Graeuio collectarum. In his contra Ioannem Pacidium siue qui sub hoc nomine latebat Iacobum Gothofredum (qui in Epistola ad Riuetum de interdicta Christianorum cum gentilibus communionem deque pontificatu maximo num Christiani Imperatores eum aliquando gesserint, negauerat hoc ab illis factum esse, vti negant etiam Antonius Pagi ad A. C. 312. § 17. sqq. et Tillemontius T. 4. Hist. Imperat. pag. 580 sq.) copiose ostendit, et argumentis non inficiandis demonstrat titulum Pontificis maximi vtique gessisse Imperatores etiam Christianos, quanquam sacra ethnica abominarentur, falsumque esse quod nonnulli tradunt, in Episcopi Romani gratiam hoc se nomine abstinuisse Gratianum. Vide sis etiam quae de Pontificatu maximo Imperatorum disserit Ezech. Spanhemius in praeclaro opere de vsu numismatum T. 2. p. 413 sqq. et Antonius van Dale diff. 2. ad Antiquitates ex marmoribus illustrandas, qui tamen Iustinum Imperat. male Pontificatum maximum gessisse colligit e veteri inscriptione, in quo PONT. MAX. exponendum *Ponticus Maximus*. Vide Christi. Sigism. Liebii Gotham numariam, p. 263. Duos Pontifices maximos Imperatores eodem tempore videntur suadere numi Commodi superstite M. Aurelio cusi, vide tamen quae notauit praeclarus Tillemontius Tom. 3. Hist. Imperatorum nota XI. ad vitam Septimi Seueri. De liberis Augustorum cooptatis in Sacerdotum collegia, Pontificum, Augurum, conferatur Ezech. Spanhemius Tom. 2. de vsu numismatum pag. 365. et 422. etiam supra numerum, idem p. 368. *Σεβαστοφάντης, Augusto sacerdos*, occurrit apud Reinesium pag. 375. syntagm. Inscriptionum. *Theophanes*, Archiepiscopus Plescouiensis, disquisitionem, quibus de causis et quo sensu Imperatores Romani tam Ethnici quam Christiani appellati fuerint Pontifices siue Archierei gentilis religionis? et num Christianae religionis summi Imperantes dici possint Episcopi et Archiere, et

quo sensu, edidit Petropoli 1721, 4. *Ioannis de Polemar*, Archidiaconi Barcinonensis, oratio A. 1433. in concilio Basileensi habita pro ciuili dominio clericorum aduersus Petrum Rayne, Anglum, exstat cum Actis illius Concilii T. 8. Harduini p. 1909 sqq.

III. De eo quod Constantinus M. apud Eusebium in eius vita lib. 1. c. 44. et lib. 4. cap. 24. affirmavit se in externis³ rebus Ecclesiae Episcopum esse, consulenda praeter Ioan. Morini Ecclesiam per Constantinum M. liberatam, scripta contraria Nicolai Vedelii, post Vtenbogardum iura Principum asferentis, et Iacobi Reuui de Episcopatu Constantini M. Amstel. 1642, 12. Iac. Triglandi dissertatio de Episcopatu contra Vedelium, Amstelod. 1642, 4. Guilielmi Apollonii liber de iure maiestatis circa sacra. Medioburgi Zelandor. 1642, 8. Anonymi Grallae, siue vere puerilis cothurnus sapientiae, quo se iactat Guilielmus Apollonius, etc. Franequerae 1646, 8. Qui liber cum aliis eiusdem argumenti insertus est collectioni, sub hoc indice editae: *Tractatus varii pro iure maiestatis circa sacra, contra Guilielmum Apollonium et Iodocum Larenium, aliosque eiusdem iuris oppugnatores.* Eleutheropoli 1675, 8. Addatur B. Gerhardus loco Theol. de Magistratu § 177. Quo sensu Leo I. Papa Imperatori et Regibus etiam sacerdotalem palmam tribuat, disquirat Paschasius Quesnellius in notis ad Leonem M. pag. 190 sq. edit. in 4. Praetereo quod
Graeci

³ Ἄλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἰσω τὰ Ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἔκτος ὑπὸ Θεοῦ καθεστᾶμενος Ἐπίσκοπος ἂν εἴην. Allatus pag. 230. sqq. de Consensu vtriusque Ecclesiae verba τῶν ἔκτος intelligit de rebus Ciuilibus, Petrus de Marca II, 10. de Concordia sacerdotii et Imperii p. 91. de Gentilibus adhuc extra Ecclesiam constitutis. Vtrique contra Constantini mentem et Eusebii, qui eodem loco capitibus praecedentibus et proxime sequentibus leges ac constitutiones Imperatoris Ecclesiasticas diserte memorat, qualibus referti etiam omnes Annales, plena omnia monumenta. Hinc Socrates praefat. lib. V. Histor. eccles. ait, ex quo Imperatores coeperint esse Christiani τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, ex illis pependunt res ecclesiae, et concilia maxima, αἱ μέγιστα σίνοδοι ipsorum nutu conuocata τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγονῶσι τε καὶ γούντα. Quare in concilio Moguntino A. C. 813. Imperatores dicti *Rectores Ecclesiae, Rectores verae religionis.* Confer Lancelloti Andreae torturam Torti, p. 363. Ioan. Rainoldum in colloquio cum Hardto, sub extremo. Ioan. Dallaeum contra Adamum et Cottibium parte 2. p. 79. Nec tantum Graecorum Imperatorum de rebus ecclesiasticis exstant leges a Photio et aliis monochanonum scriptoribus annotatae, quas illis vitio vertit Nicol. Comnenus p. 236. praenot. mystagogic. sed alii etiam Imperatores, Reges etiam Christianissimi et principes quamplurima similia constituerunt teste toto orbe terrarum. Confer Ioan. Georg. Reinhardi meditationes de iure Principum Germaniae, cum primis Saxoniae, circa sacra ante tempora Reformationis exercita. Halae Saxon. 1717, 4. William Pryn's historical and chronological Vindication of the Kings supreme Ecclesiastical Jurisdiction. Londini 1665. Voll. 2. 8. et Henrici Stebbingii Essay concerning civil Government considered as it stands related to Religion, wherein the Magistrates right to support and encourage true Religion by human Laws is asserted, Londini 1724, 8.

Graeci Imperatores in multis Ecclesiasticam sibi arrogarunt potestatem, de quo vide sis notas ad Ioannem. Curopalatum, sub init. et quod Rex Francorum Ioanni Gersoni dicitur *Rex Sacerdotalis* seu *Pontificalis*, quod sacerdotum instar sacro inunctus sit oleo, vnde longo post se interuallo ceteros Christiani Orbis Reges omnes relinquere scribit, Gallus ipse, Ioannes Filefacius lib. 2. electorum pag. 254. Et quod Carolus V. Imperator Pontificis maximi Romani dignitatem ambiit. Vide Baelii Lexicon Tom. 1. p. 897. nota Y et Maximiliani I. feruntur litterae ad Lichtensteinium, quibus in locum Iulii II. Papae Pontifex Max. creari serio desideravit, 4 aliaeque ad filiam suam 5 Margaritam Austriacam, datae 18 Sept. 1511. quibus optat fieri Coadiutor Pontificis adhuc superstitis. Confer W. Christ. Kriegsmanni dissert. de attrito per Papas imperio et Pontificatu per Caesares capessendo, et Sam. Stryckii dissert. quod quilibet Princeps in territorio suo sit Papa. Rariora exempla sunt quod Vladislaus Poloniae Rex, Doctoris simul et Pastoris munere functus, Iacobus Nisibensis Episcopus idemque strategus ac *πολιούχος*, Georgius Princeps Anhaltinus idem ordinatus Pastor et editis quoque homiliis sacris clarus. Quae vero Magistratus politici etiam circa sacra, circa vocationem, depositionem et punitionem Clericorum, (vti Salomon Rex exanctoravit Abiatharem Pontificem maximum 1 Reg. II, 26. Antiochus Epiphanes Iasonem 2 Maccab. IV, 33.) atque adeo in Ecclesiasticis vniuerse quod externa et adiaphora spectat, sit autoritas, ex sententia veterum Christianorum disputavit Marcus Antonius de Dominis VI, 5 seq. de Rep. Eccles. et Grotius in libro de iure summarum potestatum circa sacra. Cui in Germania Francof. 1690, 4. recuso subiectus est Daudis Blondelli libellus de iure plebis in regimine Ecclesiastico, et alterius nescio cuius opusculum de officio Magistratus Christiani. Videndus etiam Gilbertus Burnetus in Historia iuris Principum circa beneficia Ecclesiastica, Anglice edita Lond. 1682, 8. Fridericus Spanhemius Tom. 2. Opp. p. 1240 sq. Et quae de Imperatorum Rom. Monarchia atque circa res Ecclesiasticas iuribus collegit *χαλκέντερος* Goldastus, opponenda vantisper Eugenii Lombardi Regali Pontificis Sacerdotio A. 1684, 4. Ioan. Thomae Rocaberti 6 Bibliothecae maximae Pontificiae, 21 tomis in fol. editae Rom. 1699. et Bernhardi Pozzoli Rationali Romani Pontificis, Romae 1717, fol. 2 Voll. edito, B 2 donec

4 Confer *Reichshandlungen*, p. 96. Epistola eiusd. Imperatoris ad Iac. Fuggerum legitur in Goldasti *Reichshändeln* T. 1. p. 428.

5 Io. Masson Hist. Critique de la Rep. des lettres T. 4. pag. 327 sq. Val. Ern. Loescheri Reformationis Acta T. 1. p. 96. et Ern. Sal. Cypriani dissertatio de Maximiliano I. Pontificatum affectante, Cob. 1710. rec. len. 1716.

6 Vide Acta Eruditor. A. 1708. p. 385.

donec alius vir eruditus iura Principum collectione ampliore selectorum in hoc genere scriptorum asseruerit. In quibus locus etiam debetur Archi-Episcopo Paris. Petro de Marca in praeclaro opere de concordia Sacerdotii et Imperii edito Paris. 1663. et cum Observationibus Ecclesiasticis D. Iusti Henningi Boehmeri Icti Hallensis Lipsf. 1708, fol. licet is praecipue de iuribus Regum Galliae circa sacra sit sollicitus, quemadmodum et Carolus Molinaeus in Monarchia Francorum p. 101 sq. et Matthaeus Larroquanus libro postumo Gallice edito de Regaliae iure, Roterodam. 1685, 12. De Pontificis Romani arrogata auctoritate et potestate in Principes⁷ eiusque origine videndi Samuel Pufendorfius introductione in Historiam Tom. 1. cap. vlt. et in libro de habitu religionis ad vitam ciuilem: Franciscus Hottomannus in libro cui titulus Brutum fulmen Papae Sixti V. aduersus Henricum Nauarrae Regem, p. 87 sq. 94 seq. 96 seq. etc. Daniel Chamierius Tom. 2. Panstratiae lib. 15. et lib. 16. c. 20 sq. Theodosius Gibellinus siue qui sub illo nomine latet Matthaeus Gobelius, Consul Budissinus, in libro Germanice edito cui titulus: Caesareopapia Romana, Guil. Barclaius de Potestate Papae in Principes Christianos, Francker. 1649, 4. Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccles. lib. 6. cap. 8. et 3. et 10. et 11. Elias du Pin diss. 7. de disciplina Eccles. Natalis Alex. in Historia Eccles. tum alibi passim, tum Tom. 8. edit. in fol. pag. 443. vbi contra Francisci d'Enghien Auctoritatem sedis Apostolicae in Reges disputat. Ioan. Christoph. Becmannus notitia dignitatum illustr. p. 15 sq. Christianus Dreierus diss. 15. et 16. controuers. cum Pontificiis, Hermannus Conringius et Io. Hoornbeckius in examine bullae Innocentii X. contra pacem Osnabrugensem, et Ioan. Petrus Ludouicus Ictus Hallensis in tractatu sine nomine edito⁸ qui inscribitur: Päpstlicher Unfug wider die Krone Preussen, welchen Clemens der XI. in einem den 16 April A. 1701 ausgestreueten irrigen Breui zur Verfleinerung aller gekrönten Häupter begangen. Coloniae Brandenburgicae 1703, 4. Videndus etiam liber editus Leodii 1645. forma minore, cui titulus *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem*, de quo Rich. Simon Tom. 1. Bibl. selectae p. 290 sq.

IV. De Sacerdotibus et sacro ordine apud Hebraeos diligenter praeter ceteris agit ex Iudaeis R. Abrah. Rophe in Schilte Gibborim c. 38. p. 33. et Maimonides in Iad Chafakah lib. 8. tr. 2. c. 5. et tr. 3. c. 6. Ex Christianis
vero

⁷ Apud Meroenses veterem Aethiopum populum summa potestas teste Strabone XVII. pag. 822. fuit penes Sacerdotes, tantaque auctoritas vt nonnunquam misso nuntio mortem Regi imperarent, et ei alium sufficerent. Postmodo Rex quidam consuetudinem hanc aboleuit etc.

⁸ Hic auctor etiam Latine lucem vidit, sub titulo: *Naeniae Pontificis e c.*

vero Io. Lightfootus Tom. 1. operum, in libro de ministerio templi: Io. Saubertus in commentario de Sacerdotibus et sacris Hebraeorum personis, inserto eiusdem Operibus postumis, et subiuncto eiusdem libro de sacrificiis veterum, Lugd. Batav. 1699, 8. cura Thomae Crenii edito. Ioan. Lundius in opere Germanice edito de rebus sacris Iudaeorum: Ioan. Andrews Quenstadius antiquitatt. biblicar. cap. 1. Ionas Krumbholtz, Pastor Nosocomii Dresdensis, in sacerdotio Hebraico, Dresdae 1707, 8. Ioan. Seldenus de successione in pontificatum Hebraeorum, Operum Vol. 2. pag. 74 sqq. Bernh. Lamius de Templo lib. 7. c. 5. p. 1220 sqq. Melchior Leydeckerus de republica Hebraeorum lib. 10. cap. 3. p. 587 sqq. Ioan. Braunius select. Sacr. lib. 3. p. 306 sqq. et singularibus dissertationibus Gustav. Peringerus. Vpsal. 1691, 8. Petrus Pihlmannus. Aboae 1703, 4. De vitiis sacerdotum consulantur praeter iam laudatum Abrahamum Rophe, loco citato, Scheuchzerus in Physica sacra ad Leuit. XXI. p. 496. David Richter in dissertatione de physiognomia sacerdotis. Ienae 1715, 4. Ioan. Rud. Kieslingii liber de legibus Mosaicis circa sacerdotes vitio corporis laborantes in ecclesia Christiana emendatis. Lipsiae 1755, 8. Abel Adam. Hottingerus de sacerdotum Aaroniticorum integritate. Francof. 1735, 8. Ante legem Mosaicam Sacerdotes passim fuere patres familias et filii primogeniti, post Legem hoc ad posteros Aaronis et tribum Leuiticam restrictum fuit, quemadmodum etiam apud gentes quasdam Sacerdotium haereditarium fuisse obseruat H. Dodwellus de iure Laicorum circa sacra pag. 219 sq. Ezechiel Spanhemius p. 567 sq. ad Callimachum, et Rigaltius p. 9. ad haec Onofandri c. 1. *ὁὐ κατὰ γένη κληρονομα ὡς περ τοὺς ἱερεῖας*, quibus adde quod *Ἀρχιερέως* dignitas apud Aegyptios haereditaria erat, vt docet Herodotus lib. 2. cap. 37. et apud Rhodios sacerdotium teste Diodoro Siculo V. p. 227. d. Fuit et apud Hebraeos Princeps reliquorum *summus Sacerdos*, qui in Pentateucho fere simpliciter Sacerdos dicitur, de quo Abraham Rophe in Schilte Gibborim, c. 39. Io. Braunius selector. sacror. lib. 3. pag. 311. Ioan. Leusdenius in Philologo Hebraeo mixto, p. 176 sqq. Ioan. Gottlob Carpzouius ad Goodwini Mosen et Aaronem pag. 64 sqq. Ern. Christ. Boldichius in dissertat. de Pontifice Maximo Hebraeorum, Ienae. Ioan. Buxtorfius in dissertat. de eodem argumento, Basil. 1685, 4. Theodor. Dassouius in dissert. quae inscribitur Dissidium Pontificis R. et Hebraei. Kilon. 1703. Adolphus Lebrecht Dietericus in dissert. de sanctitate summi Iudaeorum Pontificis. Lipsiae 1743. Pontifices maximos sub Imperatoribus Romanis fuisse annuos (non *διὰ βίου*) existimat Harduinus de numis vrbium pag. 481. Sacerdotium Aaronis cum sacerdotio Christi confert Hermannus Witfius Tom. 1. Misc. sacr. lib. 2. diss. 2. pag. 452 sqq. Cur Deus O. M. qui Leuitis olim veniam aetatis et missionem velut indulsit, nihil tale sacerdotibus

aut Pontificibus summis concessisse legatur, disquirat S. V. Ioan. Gottl. Carpzouius in epistola votiuā ad Erdmannum Neumeisterum, quum is memoriam exacti in ministerio ecclesiastico dimidii saeculi celebraret. Lubec. 1747. Pontifex M. si quid delinqueret, in parui momenti causis suberat foro triumvirali viginti trium virorum, in maioribus Synedrio M. Vide Seldenum III, 8. de Synedrio, et Natalem Alexandr. saeculo 4. p. 609. edit. in folio. Post Pontificem Maximum apud Hebraeos erant reliqui *Sacerdotes*, tum *Leuitae* strictè dicti, quos tres ordines inuicem distinguit Clemens 1 Epist. ad Corinthios § 40. atque non absurdum videtur viris doctis, 9 ansam eos dedisse distinguendis in Christiana Ecclesia ordinibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum. Sacerdotes in octo classes a Mose, in viginti quatuor a Rege Dauide. 1 Chron. XXIV, 1. Nehem. XI, 10. XII, 1. 2. fuerunt distributi. Vide Iacobi Capelli Opera postuma p. 654. Apud Iudaeos hinc *Nethinaei*, de quibus consuli possunt *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 10. c. 5. p. 545. sq. *I. G. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 110 sq. et dissertationes *Ioan. Milneri*, Cantabrigiae 1690, 4. *Dan. Pseffingeri*, Argentor. 1702. *Andr. Murray*, Hamb. 1718, 8. *Ioan. Ioach. Schroederi*, Marpurgi 1719. *Ioan. Dav. Baieri*, Altorfii 1745. *Georgii Andr. Willii*. ibid. 1757. *Scribae* item, quos a legis peritis non differre contra Ioan. Cameronem probat Ioan. Vorstius lib. 1. de Hebraismis N. T. pag. 48. Quanquam aliis diuersa arridet sententia, quos recenset Ioan. Christo. Wolfius in *Curis* Vol. 1. pag. 32. et 661. Ceterum praeter eos, qui a Wolfio laudati sunt, de hoc argumento conferantur *Daniel Fesselius* libro et capite primo aduersarior. sacror. *Casp. Barthius* lib. 50. aduersarior. c. 1. *Christi. Sigism. Georgii* dissertatio de סופרים Witteb. 1734. *Christiani Hechtii* commentatio de seſta scribarum. Franc. 1737. *Theod. Christ. Lienthalii* commentatio de נפיקים. Halae 1740. Praecipuum Pontificis Maximi ministrum fuisse נסן, praeter alios notat *Beueregus* ad Synodicum M. p. 196. Confer alios laudatos *Clariff. Zellero* p. 318 sq. de *Vacca rufa*, quibus adde *Georgii Guilielmi Ouerkampfi* diss. de נסן P. M. in summo expiationis die vicario. Gryphisw. 1739. quod vero hic *Sagan* siue στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ perpetuus fuerit eiusdem summi Sacerdotis vicarius, singulari dissertatione negauit *Ioannes Nicolai A.* 1699, 4. *Sagani* suberant *Catholici* de quibus dicemus infra c. 14. § 5. Praeter *Saganem* siue vicarium P. M. etiam memoratur *sacerdos castrensis* belli causa vnctus, de quo consuli possunt *Maimonides* in *Hilcoth Melachim*. c. 5. § 7. *Abraham Rophe* in *Schilre Gibborim* cap. 41 - 43. e Christianis *Augustinus Calmetus* in comment. ad Deuteron. XX, 3. *Hieronymi van*

9 *Beuereg.* lib. 2. cap. 11. *Codicis Canonum Vindicati*. Sed vide, quae contra hanc sententiam disputat *I. G. Carpzouius* ad Goodwinum p. 65.

van Alphen dissertatio de sacerdote castrensi veterum Hebraeorum, sub praefidio Dav. Millii habita Ultraiekti 1719, 4. et dissertationes *Ansgarii Dorscheri*. Havniae 1715. *Ioan. Gottl. Kalinskii*. Lipsiae e. a. *Theod. Ren. Tatii*. Regiom. 1723. *Iusti Christ. Thorschmidii*. Torgaviae 1737. *Ioan. Gothofredi Lakemacheri* sententiam, de ficto sacerdote Iudaeorum castrensi, quam proposuit parte tertia Observ. philologic. pag. 236 sqq. sub examen vocarunt *Conr. Ikenius* in dissert. de oblatione panum pentecostalium c. 4. § 3. et in dissert. de homicida inuoluntario sect. 1. c. 4. § 5. p. 68 sqq. atque *Christoph. Kretzschmar* in commentatione de vincto belli Dresdae 1738. euulgata. Ex Diaconis siue Leuitis duo erant *collectores cistae*, quorum erat vesperis sabbati pecuniam pro pauperibus colligere: alii tres *collectores catini*, qui cibos quotidie colligebant et inter pauperes distribuebant. Vide Clariss. Rhenferdium de decem Otiosis Synagogae p. 147. Melchior. Leydeckerum de Republica Hebraeorum lib. 12. c. 2. Sal. Deylingium observat. sacr. Part. 3. N. 21. Io. Gottl. Carpzouii diss. de eleemosynis Iudaeorum, Lips. 1728. euulgatam, et recusam ad calcem annotationum ad Goodwinum, pag. 726 sqq. Dan. Godofr. Weneri dissertationes tres de eleemosymis Hebraeorum. Ienae 1724 sq.

V. De Iudaeorum *Patriarchis* et *Primatibus* agit Petavius pag. 55. ad Epiphan. et ad Epist. 25. Iuliani, Toutteus ad Cyrillum Hierosolymitanum p. 171. Montfauconius ad Chrysostrum T. 1. p. 481. Iacob. Gothofredus ad codicem Theodosianum pag. 213. Tom. 4. Grotius cap. 10. de imperio summar. potestatum circa sacra p. 272. Becmannus XVII. 2. 15. dignitat. illustr. Sam. Petrus lib. 2. c. 10. Var. lect. & lib. 3. c. 3. Var. Observ. Ioan. Frid. Mayerus in dissertat. de Patriarchis Hebraeorum. Gryphisw. 1706. Petrus Zornius in Historia fisci iudaici p. 390 sqq. et S. R. Christian. Guil. Franc. Walchius in Historia Patriarcharum Iudaeorum, quorum in libris iuris Romanorum fit mentio, Ienae 1752. 8. qui eorum sententiae accedit, qui duos fuisse Iudaeorum principes siue patriarchas affirmant, quorum alter rexerit orientales, alter occidentales Iudaeos. Idem vir doctus principem Iudaeorum, quem *Nasi* appellant, eundem esse censet ac Patriarcham, a diuis Imperatoribus atque christianis doctoribus saepe commemoratum. De *Archontibus*, quos iudices Iudaeorum fuisse, in variis vrbibus passim constitutos, cum Petro Wesselingio in diatribe de Iudaeorum Archontibus, Traiecti ad Rhenum 1738. 8. edita existimat idem Walchius pag. 67. libri laudati, S. V. Carpzouius autem p. 10. Appar. antiq. S. C. titulum censet honoris generalem fuisse, primatibus gentis in patria et extra patriam, quocunque dignitatis et officii gradu gauderent, communem, consuli possunt Scipio Maffei in Antiquitatibus Gall. pag. 6. et p. 42. edit. Veronensis. G. te Water in diss. de

de Archonte apud Iudaeos, inserta Misc. Duisburg. T. I. p. 222. De *Ethnarcha* s. *Alabarcha* s. *Arabarcha* conferantur Nic. Fullerus Misc. sacr. lib. 4. c. 16. Campeg. Vitranga de Synagoga vetere lib. II. c. 9. p. 559. Melch. Leideckerus de vario reipubl. Hebraeae statu lib. 9. c. 1. p. 621. Petrus Wesselingius lib. cit. p. 63. et Petrus Zornius lib. cit. p. 396 et 402. De *Aechmatarchis* vide S. V. Carpzouium ad Goodwinum pag. 9. et Walchium lib. laud. pag. 104 sqq. De *Presbyteris* urbium *politicis*, a Sacerdotibus et magni Synedrii senatoribus distinctis vide Seldenum lib. I. de Synedriis cap. 17. Grotium ad Matth. XXVI. 47. et Luc. XIX. vlt. *Synedrio magno* Pontifex Maximus non semper praeerat, vt ostendit Seldenus cap. 11. de anno ciuili Iudaeorum. Sed de magno illo Concilio videbis vbi lubebit scriptores plures infra c. 14. § 2. a nobis laudatos. Iam aduersus eundem Seldenum notare iuuat Pontifices Maximos a Romanis non fuisse exutos Potestate iuris dicendi in rebus ciuilibus (nisi forte in capitalibus delictis) vt ex Iosephi 20. 8. et aliis locis demonstrat Humfredus Hody in libro Anglice A. 1693. 4. edito de causa sedium vacantium post iniustam et non canonicam depositionem p. 35. vbi et de eo quod *ἀρχιερέων* nomen pluribus commune fuerit praeter Pontificem Max. et expontifices pontificesque exauctoratos. Adde Frid. Spanhemium Dubior. Euangelic. P. 11. p. 37. et I. A. Quenstedium Antiq. Biblic. p. 26. De *Archisynagogis*, Capitibus Academiae et Doctoribus non Sacerdotibus, Grotius ad Matth. IX. 18. et in florum sparsione ad Ius Iustinianum pag. 339. vbi eosdem facit *Archipherecitas* memoratos in Nouella Iustiniana 142. Vide etiam Samuel. Petitem lib. 2. cap. 20. Var. Lctionum. Franciscum Burmannum Parte 2. Exercitationum, Ioan. Morinum Exerc. Biblic. pag. 258 sq. Campegii Vitrangae Archisynagogum, Franequerae 1685. 4. Io. Gerh. Meuschenium in oratione de directoribus scholarum apud Hebraeos, insertam eius N. T. ex Talmude illustrato, p. 1184. sqq. et Iac. Rhenferdium libro de *decem otiosis Synagogae* siue de decem hominibus ingenuis puberibusque, qui debebant in Synagoga praesto esse vt quolibet tempore aduenientes inuenirent iustum coetum, ad legitime orandum Deum, ibid. A. 1686. 4. et Ioan. Gothofr. Lakemacheri dissert. ad frontem libri *Pirke Avoth*, Helmst. 1728. editam. Hermannus von der Hardt in epistola, quae inserta est Christiani Gotthold Wilischii Arcanis Bibliothecae Annaebergensis, Lipsi. 1730. 8. p. 191 sqq. putat, Rhenferdum magno conatu nihil agere, falsumque esse, quod Bathlanim a mane ad vesperam steterint in synagogis, eos enim stans tantum temporibus precum adfuisse. De *Azanitis* (אזניט) siue ministris Synagogae, qui lectorum, cantorum et aedituorum vice fungebantur, Petauius pag. 58. ad Epiphan. De *quindecim praefectis sanctuarii* vide

Misnam Schekalim tomo 2. edit. Surenhusii p. 191 seq. De tribus quaestoribus s. thesaurariis templi, totidemque Emarcalim s. Camerariis, et duobus praefectis id. pag. 192 sq. Ad Didascalum et Maiores Iudaeorum Lex Honorii et Theodosii tom. 6. Cod. Theodos. p. 248. De XXIV. Ephemeris Sacerdotum s. vicibus hebdomariis per quas singulae sacerdotum familiae officio suo fungebantur, quorumque principes videntur dicti ἀρχιερεῖς perinde ut illi sacerdotes qui simul erant assessores magni Synedrii, consule praeter interpretes ad 2 Chron. XXXI, 16. Nehem. XIII, 30. et Luc. I, v. 5. Constantinum l'Empereur ad Bertramum de Rep. Hebraeorum cap. 18. Iosephi Scaligeri notas ad fragmenta selecta veterum Graecorum subiecta libris de emendatione temporum pag. 54 sq. Lud. Cappelli opera postuma pag. 654. Abrahami Sculteti exercitt. Euangelic. lib. 1. cap. 7. et D. Io. Henr. Maii dissertationem de hoc argumento, recusam in eius Exercitationibus Philologicis et Exegeticis T. I. p. 659 sqq. aliamque Paulli Sleuogti, Ien. 1649. editam, nec inter caeteras Sleuogti dissertationes, Ien. 1656, 4. iunctim vulgaritas obuiam. Pontificum maximorum successionem praeter Voisinium ad Raymondum Martini, aliosque quamplurimos, diligenter tradit Waltonus in Apparatu ad Scripturam S. Carolus Sigonius lib. 5. de Republ. Hebraeor. c. 2. Ricciolus p. 283. Chronologiae reformatae, et Augustinus Calmetus in dissert. de successione Pontificum maximorum, quae exhibetur T. 3. commentarii eius litteral. in S. Biblia, p. 447 sqq. et in eius dissertationibus Biblicis T. 1. p. 295. sqq. versionis latinae. Ante Aaronem nullum fuisse Pontificem Max. probat Chamierus tomo 2. Panstratiae lib. 9. cap. 9. Neque in Hasmonaeis siue Maccabaeis veram Pontificum successionem interpellatam, Seldenus de successione in Pontificat. p. 226. et l'Empereur ad Bertrami cap. 13. de Rep. Hebr. Neque duos simul aut annuos Pontifices fuisse Rich. Montacutius Apparat. ad Origg. Ecclesiast. p. 222, 235 sq. Talmudistarum incertiam circa numerum et successionem Pontificum maximorum perstringit Ioan. Morinus Exerc. Biblic. p. 286. Samaritani in Epistola ad Iosephum Scaligerum affirmant ab Aarone vsque ad suam aetatem numerare se summos sacerdotes CXXII.

VI. De Sacerdotibus apud gentes varias, quorum alii annui, alii fuerunt perpetui siue *διὰ βίου*, (vide Valesium p. 193. ad Euseb.) eorumque generibus nonnulla collegerunt Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 8. p. 318 sq. Io. Saubertus lib. de sacrificiis cap. 6 et 7. vbi sigillatim de Sacerdotibus veterum Germanorum, Gallorumque. Scipio Masfeius pag. 80. Musei Veronensis. Claudius Arrhenius in diss. de Sacerdotibus Veterum. Vpsal. 1674, 4. Praeclara etiam de ordinibus Sacerdotalibus

apud varias gentes annotauit Huetius lib. 2. Alnetanarum quaestionum c. 20. § 6. vti de Graecorum Sacerdotibus Potterus II, 3. Archaeol. tom. vlt. thesauri Gronov. I. G. Lakemacherus Antiq. Graecor. sacr. parte secunda, et Georg. Sigism. Greenius in dissert. de Theologis Graecorum, Lips. 1733. Idem argumentum sed admodum leuiter attigit Franciscus Rous Archaeol. Attic. II. 8. vbi etiam de Mystagogis siue Hierophantis ex Meursii lib. de sacris Eleusin. cap. 13. Multi vt Sacerdotes Cereris perpetuo coelibatum seruabant. Vide notas ad Lucian. tom. I. p. 93. edit. Amst. alii vt Megabyzi siue Sacerdotes Dianae Ephesiae teste Strabone galli erant siue spadones, vt Sacerdotes Deae Syriae quoque, de quibus idem Lucianus. De Pontificibus Graecorum Afiarchis (Aët. XIX, 31.) neocoris, (id. XIX, 31.) Io. Harduinus in Numis antiquis popul. et vrbium illustratis, Opp. selector. Amstelod. 1709. fol. editis: de iisdem, vt et Sacerdotibus Stephanophoris, aliisque vti etiam de Fratribus sacrorum, orgeonibus, thiasotis et archithiasotis, fuse differit Antonius van Dale in Dissertationibus ad antiquitates e marmoribus antiquis illustrandas Amst. 1702, 4. editis. Idem diff. 5. agit etiam de Prytanibus, quod genus Sacerdotii magistratui politico fere annexum erat, de quo existat etiam eruditus Ezech. Spanhemii liber de Vesta et prytanibus Graecorum tom. 5. Antiq. Graec. et Eliae Blancardi commentatio de Prytanum origine atque munere, T. 4. Histor. Acad. Inscript. p. 89. quibus adde Eduard. Corsini Fastorum attic. dissert. sextam, in qua etiam de Prytanibus disputatur. De *Afiarchis* confer Chr. Schoettgenii obseruationem, T. 5. Misc. Lips. pag. 178 sqq. Menon. Nic. Carstens medit. subseciv. spec. 2. de Afiarchis Paulo quondam amicis, Lub. 1744. et dissert. Chr. Andr. Siberi, Witteb. 1683. Christoph. Sontagii, Altorf. 1712. et P. A. Boysen, Halae 1716. De *Pastophoris* consularur illustris Cuperus in Harpocrate p. 131. et I. G. Bidermannus Otiorum varii generis p. 180 sqq. De *Melanophoris* Steph. le Moyne Epistola singulari ad Cuperum, eidem Harpocrati adiecta. De Sacerdotibus Aegyptiorum Clemens VI. Strom. p. 633 sq. Iac. Godofredus ad vet. expositionem Mundi p. 25. Io. Marshamus in Canone Chronico, H. Witfius in Aegyptiacis et Io. Nicolai libro de Synedrio Aegyptiorum. De honore et gradu Sacerdotii apud ethnicos Chr. Falsterus T. 1. amoenitat. philolog. p. 189 sqq.

VII. De ἀρχιεραῖς et Sacerdotibus feminis variarum Dearum apud Graecos Romanosque consules Clariss. Montfauconum in Palaeographia Graeca p. 160. Caroli Patini commentarium ad vetus monumentum Marcellinae, vbi et de tribus ordinibus Antistitum feminarum (vt apud Romanos Vestalium) μελλιεραις, ιεραις, et παριεραις, e Plutarcho p. 795. an seni gerenda

Resp.

Resp. praeter quas erant etiam *ἱερατεύουσαι* Sacerdotibus feminis ministrantes, *ἀρήτειαί* quae preces fundebant, et Henrici Coreel dissertat. de sacerdotibus veterum virginibus, Aboae 1704, 8. Sacerdotis maximae matris Deum magnae Idaeae et Sacerdotis maximae Vestalis icon apud Sponium p. 150. Misc. De flaminicis, mulieribusque sacra curantibus atque in his de virginibus Vestalibus plura Saubertus lib. de sacrificiis cap. 8. Iustus Lipsius libro de Vesta et Vestalibus, qui et separatim, atque inter opera Lipsii saepius recusus, in quinto etiam thesauri Graeviani tomo legitur, et scriptores supra cap. VIII. p. 338 laudati. Praeter virgines Vestales quinque, sextamque Vestalem maximam, de quibus Onufrius etiam tom. 1. Graev. p. 227, 257 sq. fuerunt Romae e feminis Sacerdos Cereris, et quindecim flaminicae Diales, totidem virgines saliares, et Sacerdotes bonae Deae, aliorumque flaminicae Deorum. Flaminum quoque vxores flaminicas dictas idem Onufrius obseruat pag. 219. De hisce, quarum Macrobius Saturnal. I, 16. Tacitus Annal. IV. 16. Gellius N. A. X, 15. Tertullianus exhort. ad castitatem c. 13. et inscriptio apud Gruterum p. 322. N. 2. mentionem faciunt, conferantur Ioan. Conr. Schwarzii dissert. de flaminibus, Coburgi 1742. pag. 23. et Io. Godofr. Bernholdi dissert. de flamine Diali eiusque coniuge flaminica, Altorfii 1746. De flamineo, quod eiusmodi flaminicae gestarunt Solerius, siue, qui sub hoc nomine latet, Theophilus Raynaudus de pileo pag. 140. Apud Persas *ἱερεῖσαι* *Ἀρτέμιδος* *Ἀνείτιδος* in Ecbatanis. Plutarch. Artaxerxe p. 1025. Apud Argiuos Phalides ab Adamanta, Sacerdote Eurysthei filia. Syncell. p. 172. Sed apud Aegyptios teste Herodoto II, 35. vti Hebraeos quoque et Christianos feminae Sacerdotes nullae. Cantricum mentio Nehem. VII, 67. sed docere in Ecclesia prohibitum feminis 1 Cor. XIV, 34. Ambrosius in Psalm. I. *Mulieres Apostolus in Ecclesia tacere iubet, Psalmum etiam bene clamant. Hic omni dulcis aetati, hic utrique aptus est sexui.*

VIII. De Sacerdotibus veterum Romanorum post Fabii Pistoris, M. Varronis aliorumque scripta deperdita, consuli possunt libelli Pomponii Laeti, Raphaelis Volaterrani et Henrici Bebelii frequentissime excusi, tum seorsim tum in Petri Scriuerii republica Romana et ad calcem compendii antiquitatum Romanarum concinnati a Philippo Caroli. Libellus de Sacerdotiis Romanorum qui sub Lucii Fenestellae antiquissimi scriptoris nomine prodiit, auctorem habet recentem scriptorem Andream Dominicum Floccum, vt eruditorum consensu hodie constat. Prae ceteris autem diligenter in hoc argumento de Sacerdotiis Romanorum versatus est Onuphrius Panuinius in prioribus 145. capitibus operis luculenti de ciuitate Romana tom. 1. Graev. qui Ponti-

fices Maximos, quorum memoria extat, ordine Chronologico recensuit lib. 5. Fastorum. Idem Onufrius lib. 2. cap. 12. antiquitatum Veronenfium, vbi erudite de sacerdotibus municipalibus et colonicis differit. Guilielmus Choulius in tractatu breui de Sacerdotiis, libro de religione Romanorum annexo. Paullus Merula in tractatu breui de Sacerdotibus Romanorum, qui cum aliis eiusdem scriptis postumis lucem adspexit Lugd. Bat. 1684, 4. Iacobus Gutherius, vir praestantissimus (licet ab H. Norisio in Cenotaphiis Pisanis et a Graeuio praef. ad tom. 5. thesauri subinde castigatus) in libris quatuor de veteri iure pontificio, Parisiis 1612, 4. et in tomo 5. antiquitatt. Romanar. Graeuii. Henric. Horehnius in Sacerdotio Romano cum eius sacrificio, Amstel. 1690, 8. Ioseph. Laurentius c. 1. var. sacror. gentil. recuf. T. 7. antiquitatt. Graecar. Gronouii p. 133. Ioan. Casimir. Happachius in commentatione de calumnia religiosa et theologia ciuili praesertim veter. Romanorum, Coburgi 1749, 4. M. Antonius Ferratius epistola, quae comparat pag. 88. epistolarum eius Venetiis 1738, 4. editarum. Christian. Ern. Muffigk in dissert. de Sacerdotibus veterum Romanorum, Witteb. 1695, 4. et Gottl. Samuel Treuer in diss. de Sacerdotibus Romanis in genere consideratis, Lipsiae 1703. Praeterimus, quae de Sacerdotiis Romanorum habet Freinshemius ad Flori lib. 1. c. 2. vbi octo ordines a Numa institutos persequitur, tum Rosinus l. 3. et ad eum Demsterus, Wolfg. Lazius lib. 3. de republ. Romana, Struuius cap. 12. aliique qui corpora atque systemata antiquitatum Romanarum composuerunt.

IX. Locus insignis Festi non est praetereundus: *Ordo Sacerdotum aestimatur Deorum maiestate, vt maximus quisque. Maximus videtur¹⁰ Rex, deinde Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus. Itaque in conuiujs solus Rex supra omnes accubat, sed Dialis supra Martialem et Quirinalem: Martialis supra proximum, omnes dein supra Pontificem. Rex quia potentissimus: Dialis quia vniuersi mundi Sacerdos qui appellatur Deus: Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis, socio Imperii Romani Curibus adscito Quirino. Pontifex maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque. De Rege sacrorum, cuius vxor Regina sacrorum appellabatur, videndus Alexander ab Alex. III. 27. Onufrius de Civ. Romana tomo 1. Graev. p. 243, 258. Anton. van Dale in diss. de Pontifice maximo, Vicario Pontificis, Rege Sacror. etc, quae extat in eiusdem*

¹⁰ Tamen Regis sacrificuli sacrificium Pontifici subiectum diserte testatur Lilius II. 2. *ve additus nomini bonos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret.*

eiusdem dissertationibus ad antiquit. e marmor. illustrand. p. 175 sqq. et Gutherius in lib. 1. de iure Pontificio cap. 31. tom. 5. Graev. qui etiam de Pontificum collegio et officiis ac Pontifice Maximo diligentissime differit lib. 1. et 2. et prouocationem ab hoc ad populum fuisse obseruat lib. 2. c. 10. seq. De collegio Fratrum arualium aliisque sacris sodalitatibus Pontificum augurumque agit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 26. et ibi Tiraquellus: tum Gisbertus Cuperus lib. 4. Obs. c. 13. vbi ex Dionis LIII. p. 496. (696 R.) contra Gutherium obseruat quatuor summa Sacerdotum collegia Romae fuisse; *Pontificum*, *Augurum*, *Quindecimuirum* et *Septemuirum Epulonum*, non vero Aruspicum vt viro doctissimo visum fuerat. Pontifices maximos ¹¹ veteris Romae recenset Onufrius lib. 5. fastor. Romanorum p. 94, 330 sq. De Pontificibus idem Alexander lib. 2. c. 8. et diligentius Io. Andreas Bosius Prof. Ienensis in dissert. de Pontifice maximo ¹² Romae veteris, et Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum aduersus Iacobum Pacidium s. Gothofredum Ien. 1656, 4. et in eodem tomo 5. thesauri Graeuiani. Albertus Mazolenus in animaduersionibus in numismata aerea selectiora maximi moduli e museo Pisano, olim Carrario. Iosephi. Bimardus de la Bastie in dissertat. de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum; quae legitur T. 18. memoriar. Acad. Inscriptionum p. 550 sqq. Num, quando plures Imperatores simul imperium tenuerunt, omnes; an vnicus solus ex iis pontificatum maximum gesserit accurate disquirat Ioannes Bouhierius in dissertatione de pontificatu maximo Imperatorum Romanorum, edita gallice Diuion. 1742, 4. et in dissertatione de quaestione, vtrum ante tempora Balbini et Puppiani, quando plures Imperatores simul imperium tenuere, vnicus solus pontifex maximus fuerit, quae exhibetur T. 5. histor. Acad. Inscriptionum p. 180. edit. Amstelod. vbi ex inscriptionibus probatur, quod iam sub Tito et Vespasiano consuetudo haec, pluribus simul nomen istud honorificum vindicandi, fuerit. Adde Iac. Elfneri schediasma criticum, quo auctores aliaque antiquitatis monumenta emendantur, vindicantur et exponuntur, Berolini 1744, 4. capite vltimo. De Pontificibus maioribus (quorum caput Pontifex maximus) et de minoribus, (antea dictis scribis Pontificum) H. Noris Cenotaph. Pisan. diss. 1. c. 5. De Augustalibus flaminibus, sodalibusque idem c. 6. Vide et diss. 2. c. 5 et 7. vbi de Pontificum vestibus, aetate. De Seuiris Augustalibus, Sacerdotibus in Augusti honorem institutis, confer praeter Norisium laudatum,

C 3

¹¹ Comparationem Pontificis M. Romae veteris cum Papa Romano instituit Michael Geddesius; vide A. E. 1716. p. 247.

¹² Sic dicti etiam maximi & maximae Sacerdotes, curiones maximi, maximi augures etc. Vide illustrem Cuperum ad Lactantium de mortibus persecutor. p. 211.

tum, Scipionem Maffeiū pag. 114. Musei Veronensis, et P. I. Veronae illustratae p. 183. ac Bochatum memoriarum historiae Helueticae, memoria vndecima. De duumuiris, decemuiris, quindecemuiris sacris faciundis, a quibus Sibyllina quum opus esset consulebantur, praeter eundem Alexandrum lib. 3. c. 16. atque eos qui de Sibyllinis carminibus scripserunt, videndus Petrus Taffinus cap. 5. de anno seculari Romanorum tom. 8. thesauri Graeuiani pag. 494 sq. De duumuiris Sacerdotalibus T. 8. p. 393 sq. Continuationis memor. litteraturae et historiae. Quindecimuiri insigne tripus cum delphino et coruo in numo Vitellii apud Tristanum T. 1. p. 274. De septemuiris Epulonum Christophorus Cellarius ad Plinii Epistolas p. 86. De gallis Sacerdotibus Cybeles et Archigallo, Rigaltius ad Commodianum Instruct. XVII, 3. Salmasius not. ad Ael. Lamprid. vitam Heliogab. c. 7. p. 806. Onufrius Panuinius de ciuit. R. c. 38. et Andr. Dom. Floccus de potest. R. lib. 1. c. 12. De Saliis Tobias Guthberlethus libro singulari Franeg. 1704, 8. Io. Dan. Ramus in diss. de Ancilibus Romanorum Hafniae 1706, 4. Christ. Lud. Crellius in diss. de saliaribus carminibus, Witteb. 1732, 4. Nic. Reich in dissert. de Saliis, Hafniae 1737, 4. et Gisbertus Cuperus IV, 2. observ. vbi etiam de ancilibus, quae in sacrario Martis per Salios custodiebantur. Saliū in numo Diocletiano exhibet Caroli Patini thesaurus numismatum p. 60. Non Romae solum, sed Albae quoque, post dirutam urbem Salios fuisse ostendit Maffeiū pag. 115. Musei Veronensis; vbi ex loco quodam Spartiani in Caracallo obseruat, fuisse quoque Salios, qui hoc nomine Imperatorum honori essent dicati. Singulis templis Diisque singuli flamines qui sacra facerent, sed plures sodales. De Sodalibus, flamine et salis ad cultum principum ἀποθεωθέντων constitutis vide Dodwelli praelect. Cambdenian. p. 160 sq. De flamine et flaminica praeter scriptores paullo ante citatos consulatur Oliverius ad marmora Pisarense pag. 81. vbi obseruat, dignitatem istam non semper perpetuam, sed temporariam quoque fuisse, atque tum per quinque durasse annos, vnde Flaminum quinquennialium in Inscriptionibus saepius fiat mentio. De ministris sacrorum populi Rom. Onufrius in ciuitate Romana tom. 1. Graev. pag. 251, 259. et Gutherius de iure Pontificio II, 13 sq. tom. 5. Graev. De aedituis Alexander etiam ab Alexandro lib. 5. c. 17. De Tibicinibus eorumque collegio praeter Dempsterum ad Rosinum Casp. Bartholinus libris 3. de tibiis veterum. Neque vero mirum tot et tam diuersos ordines sacris rite colendis apud Romanos constitutos fuisse, quoniam diligentissime illa obseruari summi esse momenti semper existimarunt, ita vt si minutissima etiam aliquis neglexisset, statim tota actio esset vitiosa, summi magistratus exauctorarentur, triumphus negaretur, quod nimirum persuasum esset

effet Romanis magis ad Reip. salutem facere si Magistratus ac viri principes diuina suspicerent ac religentes essent quam si profligarent hostes, vt notat Plutarchus Marcello f. 300. cui iungendus Valerius Max. lib. 1. vbi et de relig. auspiciis. De vocabulis *creari, cooptari, capi, adlegi* confer Spanhemium de vsu et praestantia numismatum T. 2. p. 367.

X. Sacri ordines *Ecclesiastici* vel nascenti Ecclesiae peculiare sunt, vel cum succedentibus temporibus communes, vel postea demum superinducti. Nascenti Ecclesiae peculiare sunt *Apostoli* proprie sic dicti et *Euangelistae*, quamquam *Apostoli* nomen proprie de nuntiis epistolas publicas perferentibus consuetum vsurpari; ita enim Procopius p. 253. ad Iesaiam: μέχρη δὲ νῦν Ἀποστόλους καλοῦσι τοὺς ἐν κύκλῳ παρὰ τῶν Ἀρχόντων περιφέροντας γράμματα, non tantum Christo ipsi Ebr. III, 1. et Ioanni Baptistae apud Tertull. imponitur, sed et LXX. discipulis Domini, et discipulis Apostolorum, et iis qui diu post Apostolos in Ecclesia docuerunt et Euangelium propagarunt. Vide Valesium ad Euseb. p. 21 sq. et p. 41 sq. M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Eccles. c. 2. § 44. Blondellum de Episcopis p. 50, 85, et 113. Petauium dogm. Theol. de Hierarchia Eccles. Maturinum Vess. la Crose, in dialogis Gallice editis p. 141 sq. D. Ioachimum Hildebrandum libro de Hierarchia Ecclesiastica. Samuel. Basnagium Annal. politico ecclesiastic. T. 1. p. 288 sqq. et Io. Franc. Buddeum eccles. Apostol. p. 640 sq. Quemadmodum Constantinum M. inter Principes Apostolorum ἐν Βασιλεῦσι Ἀπόστολων dictum obseruat Grotius p. 21. de iure summarum potestatum circa sacra; et Papae Romano nomen *Apostoli* tribuunt Ioan. Venus et Gennadius apud Nicol. Comnenum pag. 346. praenot. mystagogic. Quam ob rem *Apostolat* in ecclesia etiam post Apostolos semper durare nec cum eis defecisse audacter contendit Hadrianus Sarauianus. De *Apostolis* eorumque ministerio et auctoritate videantur Franciscus Burmannus de ministris N. T. extraordinariis dissert. 2, vsque ad vndecimam: Casaubonus ad Baronium p. 277 sq. Petauius lib. 1. cap. 5. de Hierarchia Eccles. Nic. Serarius T. 1. Opuscul. Thom. Bilsonus de perpetua Ecclesiae Christi gubernatione, Frid. Spanhemius in quaternario dissertationum historici argumenti, tomo secundo operum recuso, pag. 289 sq. dissert. de *Apostolis* et *Apostolatu*. Ioan. Franc. Buddeus de ecclesia apostolica p. 644 sq. De *Apostolorum* eruditione singularem librum edidit Ioannes Lamius, Florentiae 1739, 8. *Apostolorum* episcopatum fuisse oecumenicum f. nulli certo loco alligatum ostendit Walo Messalinus f. Claudius Salmasius in libro de Episcopis et Presbyteris p. 198 sq. Episcopos quoslibet orthodoxos dictos fuisse *Apostolos* et *Apostolicos* et Ecclesias *Apostolicas* non tantum Romanam

manam ostendit Blondellus loco laudato et B. Dorschaeus part. 2. Vindic. in Exodum p. 125. agnoscunt etiam Baluzius ad Vincentium Lerinensem p. 368. et Paschasius Quesnellus in notis ad Leonem M. pag. 867 et 871. Neque praetereundum quod non modo Ioannes Baptista, Prophetae et doctores Apostolorum nomine veniunt, vide Sirmondum ad Ennodium p. 76. Sed etiam ἡ Ἀποστόλος siue Apostola in feminino dicitur S. Thecla, apud Ioan. Ernest. Grabium tom. 1. spicilegii p. 331. et similiter aliae mulieres sanctae apud Frontonem Ducaeum in notis ad Chrysostrum tom. 1. p. 90. De Apostolorum proprie dictorum praerogatiuis, vocatione, ministerio et donis singularibus agunt etiam Henr. Dodwellus in diss. 1. ad Irenaeum, Guil. Caueus in introductione ad vitas Apostolorum et Stephanus Curellaeus p. 716 sq. Operum. Vtut vero haud plane certum est quod a Iudaeis nomen Apostolorum mutuati sint Christiani, quum apud Graecos vetustissimos quoque passim Apostoli nomen pro ministro vel legato occurrat, vt apud Herodotum lib. 1. cap. 21. vide tamen quae de Apostolis Iudaeorum Baronius ad A. C. 32. Casaubonus ad Baron. p. 274 sq. Grotius ad Matthaei X, 1. Heinsius ad Lucae VI. Frid. Adolph. Lampius ad Io. XIII, 16. Morinus p. 260. Exerc. Bibl. Sam. Petitus Var. lect. c. 24. (lib. 2. cap. 20.) Seldenus de anno ciuili Hebr. cap. 15. p. 84. Petauius ad Epiphan. haeresi 30. et tom. 3. dogm. Theol. p. 683 et 739. edit. Paris. Ioan. Ern. Immanuel Walchius in antiquitatibus Damascenis p. 9 sqq. vbi triplicis generis apostolos iudaicos fuisse monet, *primum* eorum constituisse apostolos Patriarcharum, de quibus agit D. Ioan. Frid. Mayeri dissertatio de Apostolis Hebraeorum, Gryphisw. 1704. edita, in qua etiam de illorum Patriarchis duobus, vno in Palaestina, altero in Babylonia, quorum apostoli illi fuere administri, ad *secundum* pertinere apostolos synedriorum; *tertium* fuisse legatos synedriorum, qui שליחי צבור fuerunt dicti.

XI. De LXX discipulis praeter Burmannum parte 2. Exerc. pag. 95 sq. diligenter agit Dauid Blondellus libro de Episcopis p. 99. vsque ad p. 125. qui p. 109. cum Apostolis aequo iure atque conditione fuisse contendit. Thomas Ittigius selectis capitibus histor. ecclesiasticae saeculi primi pag. 476. Guil. Cuperus in commentario de LXXII discipulis Christi, qui exhibetur in Actis sanctorum Antwerp. mensis Iulii, T. 4. p. 16 sq. et Christoph. Aug. Heumanus in dissert. de LXX Christi legatis, Göttingae 1743. edita. Blondelli sententia per omnia admittenda non videtur, vt perspicue patet ex electione Matthiae; quae nulla fuisset, si Matthias et Barnabas, vtpote iam inter LXX discipulos constituti, non per promotionem ad Apostolatam maius aliquod ministerium fuissent adepturi. Pseudo Dorothei libellum commentitiis LXX. discipulorum
nomi

nominibus refertum, et de iisdem Iambos Nicephori Xanthopuli lubenter praeterimus. Omittimus etiam *Pseudapostolos*, de quibus D. Io. Georgii Neumannii diatriba lucem vidit, Witteb. 1708, 8.

De *Euangelistis*, quos Euangelizatores vocat Tertullianus libro de Corona militis, agit Burmannus part. 2. exercitationum pag. 215 seq. Frider. Spanhemius T. II. Oper. p. 266 sqq. Iacob. Basnagius histor. ecclesiasticae gallice editae T. I. p. 419. Lud. Ellies du Pin Prolegom. in Biblia T. 2. p. 22 sq. et Dan. Guil. Mollerus in diff. de quatuor Euangelistis, Altorfii 1699. euulgata. De insignibus quatuor Euangelistarum confer dissertationem Iac. Thomasi Lipsi. 1667. editam, et Iust. Wessel. Rumpaei isagogen ad lectionem N. T. p. 21 sqq. Quanquam vero propria et singulari quadam appellatione IV. tantum sunt Euangelistae, cuius numeri rationes allegoricas ex S. Irenaeo et aliis veteribus attuli in Codice Apocrypho Noui Test. in quo etiam plura Apocrypha recensui Euangelia: tamen Etymologica vsurpatione ita dicti sunt non tantum Apostoli et Apostolici viri qui Euangelium Christi hominibus annunciarunt, sed etiam post illa tempora Euangelii doctores quicumque, quemadmodum Caesarius quaest. 45. quoque Magos qui ad Christi cunas venerunt vocat *Ευαγγελιστὰς καὶ πρώτους κήρυκας ἑθνῶν τῆς Θεανδρικής ἐπιφοιτήσεως*. Quamobrem et Episcopus Meldensis Io. Benignus Bossuetus in historia Variationis Ecclesiarum protestantium p. 26 sq. sine magna ratione carpit Lutherum, quod in subscriptione litterarum ad Georgium Saxoniae Ducem, se Euangelistam Wittenbergensem appellauit, quod ex more illius aetatis fecit. Memini me in Bibliotheca Rev. D. Mayeri videre Litteras A. 1520. scriptas ad Lutherum tertio die Nouembris a Sebastiano Hoffmeistero, in quarum subscriptione hic se vocat sacrarum litterarum Doctorem Euangelistam apud Minores Constantiae, vt adeo hac aetate istud nomen vsurpare adeo insolens haud fuerit. De *Prophetis* Novi Testamenti vide eundem Burmannum Parte 2. Exercitat. dissert. 12. et sq. et Io. Laur. Moshemii dissertationem de illis, qui Prophetae vocantur in N. T. Helmstad. 1732. euulgatam, et in eiusdem dissert. ad H. E. pertinent. vol. 2. p. 125 sqq. recusam.

XII. Ordines Ecclesiastici nascenti Ecclesiae et sequentibus saeculis communes fuere hi tres, *Episcopi*, ¹³ *Presbyteri* et *Diaconi*. Ita non modo in
sacris

¹³ *Σκεπὸς* et *ἐπίσκοπος* pro custode et inspectore apud Aeschylum, Callimachum, Ciceronem VII, II. ad Atticum, aliosque. Vide Ezech. Spanhemium ad Callimachum p. 158. Pontifex Maximus *παρθέτων ἱερῶν ἐπίσκοπος*. Plutarch. in Numa. *ἐπισκοποῦντες τὰ τῆς πόλεως ἄντια*. Schol. Aristophanis ad Vespas, 1398. Euerhardus Otto de Aedilibus Coloniensium pag. 237 sq.

sacris N. T. scriptoribus, sed etiam apud Clementem Rom. Barnabam, Hermetem, Ignatium, et in Clementinis III, 67 et 71. vbi adduntur *κατηχηται*. Ac de Episcoporum quidem ac Presbyterorum dignitate et iuribus, num eadem vtrorumque fuerit Apostolicis temporibus auctoritas, an Episcopi Presbyteris, iam ab Apostolorum tempore fuerint superiores, acerrime et plurimis scriptis a Viris doctis fuit disputatum. Episcoporum supra Presbyteros auctoritatem et diuino iure competentes praerogatiuas defensitant Bellarminus libro de Clericis tom. 2. Controuers. et de ordine tom. 3. Dionysius Petauus in libris de Hierarchia Ecclesiastica, Io. Morinus Part. 3. Exerc. 3. de sacris Ordinationibus, Thom. Bilsonus, Episcopus Winthoniensis, de perpetua Ecclesiae Christi gubernatione Lond. 1611. 4. Io. Pearsonius in Vindiciis Ignatii part. 2. cap. 13. Beueregius Codice Canonum illustrato lib. 2. cap. 11. Henr. Hammondus in dissertationibus de Episcopis et Presbyteris. Londini 1651. 4. et Tomo IV Operum Londini 1674. 1684. editorum, inque vindiciis earundem Anglice scriptis, quae T. 2. opp. eius p. 417 sqq. leguntur, oppositis presbyterorum Londinensium scripto, cui titulus: *Ius diuinum ministerii Evangelici*; nec non in responsione ad animaduersiones anonymi: *an answer to the animaduersions on the dissertations touching Ignatius's Epistles and the Episcopacy in them asserted*. Thomas Bret in libro, cuius index: *the Divine Right of Episcopacy and the necessity of an Episcopal Commission for preaching God's Word and for the valid ministration of the Christian Sacraments*; cuius secunda editio prodiit Londini 1727, 8. Henricus Dodwellus in variis scriptis, Franciscus Brokesby in Historia Hierarchiae Ecclesiae primitiuae per tria saecula et initium quarti, Lond. 1712, 8. aliique Episcopatum partium Angli et scriptores Romanae Ecclesiae, et graeci notante Allatio p. 1049. consensus. Omittimus recentius de Episcoporum necessitate dignitateque motas in Anglia controuersias, in quibus in primis memoratu digna est ea, quam excitauit Hoadleius, Episcopus tum Bangoriensis, quam breuiter enarrat Georg. Wilh. Alberti in epistolis de recentissima conditione rei sacrae et litterariae in Anglia, p. 573 sqq. E contrario Episcopos et Presbyteros diuino iure et Apostolico more eiusdem plane esse dignitatis et auctoritatis disputant prae ceteris Dauid Blondellus in libro de Episcopis et Presbyteris, Amstelod. 1646, 4. Claudius Salmasius in apparatu ad libros de primatu Papae et in dissertatione Lugd. Bat. 1641, 8. edita de Episcopis et Presbyteris sub nomine Walonis Messalini: Io. Dallaeus de scriptis Dionysii et Ignatii lib. 2. c. 26. p. 386 sqq. Christoph. Matth. Pfaffius p. 52 sqq. originum iuris ecclesiastici: Christianus Dreierus in controuersis cum Pontificiis dissert. 21. D. Io. Franciscus Buddeus Exercitatione de origine et potestate Episcoporum, Ienae 1705, 4. et

Protestantes fere communiter, atque in Anglia Presbyteriani. Vide et Baluzium p. 366 et 367 sq. ad Lupum Ferrariensem. Plurimorum Anglorum Episcopatum testimoniiis regimen ecclesiae per Presbyteros probatur in libro: *Entretiens sur la correspondance fraternelle de l'Eglise Anglicane avec les autres Eglises Reformées*. Nec Caluino Episcoporum nomen vel auctoritas displicuit, nisi Theologi quidam Anglicani maluissent consilium eius Reginam Elisabetham clam habere. Vide Biblioth. Angl. T. I. p. 402. 404. 531. De auctoritate Presbyterorum in caussis dogmatum diiudicandorum in Ecclesia vide scriptum aduersus constitutionem *Vnigenitus* editum, quod inscribitur: *Apologie des Curez du Dioecese de Paris* 1718. 12. In veteri Ecclesia tres fuerunt Episcoporum gradus: *Patriarchae, Catholici*, siue *Exarchi*, ac *Primates*. Vide Salmasium in Eucharistica ad Sirmondum p. 295 sqq. 311 et 417 sqq. et apparatus p. 274. ac Beueregium ad synod. Chalcedon. canon. 9. Quum autem longo Ecclesiae usu Episcoporum ordo ac Presbyterorum distinctus esset, *Aëtiani*¹⁴ in quarto post Christum natum saeculo qui nec dum ullum eorum discrimen (perinde ut hodie Presbyteriani) esse volebant, haereticis ideo adscribuntur apud Epiphanium, Haeresi 75. num. 3. Alia tamen Protestantium nostrorum ratio est, qui Episcopos et Presbyteros jure diuino quidem et Apostolico usu pares fuisse affirmant nullam tamen legem ea de re latam, neque hoc iniunctum Christianis a Christo vel Apostolis uti etiam de Episcopis fatetur in Irenico suo Stillingfleetus, et Frider. Spanhemius contra Io. van der Weyen bene demonstrat; subordinationes tamen Ecclesiasticas ideo non improbant, ut plerique ipsorum in Ecclesiis suis eam amplectantur ipsi, dum supra Diaconos et Pastores habent vel Episcopos et Archiepiscopos ut in Suecia, Daniaque, Prussia ac Britannia: vel Praepositos, et Inspectores, Superintendentes ac Superintendentes generales ut in Germania passim. Ac Superintendentis quidem vox (licet arrogantior videatur Danaeo et Sibrando Vornelio apud Crenium Tom. 16. animaduers. p. 223.) apud Hieron. Epist. 8. ut dixi obuia est, uti verbum *superintendere* apud Augustinum XIX. 19. de C. D. In Saxonia frequentari coepit post visitationem A. 1528. notante Seckendorfio. Confer Casp. Ziegleri Superintendentem ad normam Constitut. Ecclesiasticarum in Electoratu Saxonico descriptum, Dresd. 1688. 4. Ambrosio *Superinspector* cap. 6. de dign. sacerdotali. Episcopos in primitiua Ecclesia parochiis fere tantummodo, non amplioribus dioecesibus praefuisse disputat auctor libri Anglice vulgati Lond. 1712. 8. cui titulus: *a clear*

D 2

ac-

¹⁴ Salmasius in Apparatu de Primatu Papae p. 113. Romanam Ecclesiam ipsammet arguit Aëtii vestigiis insistere in eo, quod in septem ordinibus Episcopos sub Presbyteris comprehendit, atque vnam *τάξις* utrorumque constituit.

account of the ancient Episcopacy. Acta Eruditor. tom. 6. supplementi p. 60 seq.

Episcoporum ¹⁵ praecipue erat ordinare in Clerum cooptandos, baptizare, confirmare, causas ecclesiasticas decidere, pauperum curam habere, templa consecrare, disciplinam ecclesiasticam moderari aliaque similia, de quibus idem Blondellus late differit, et ea interdum Presbyteris quoque concessa fuisse probat; quod sigillatim circa ordinationem ¹⁶ (praecipuum quoddam Episcoporum munus haberi solitum) probavit D. Io. Hulfemannus, Theologus Lipsiensis, in diss. de ministro ordinationis, Rev. Io. Guntherus, Ecclesiastes itidem Lipsiensis meritissimus, in Apologia Ministrorum Lutheranorum aduersus Christiani Helwig librum Vratisl. 1697. 12. vulgatum quod Presbyteri destituantur facultate ordinandi Presbyteros, Lipsiae 1698. 4. Germanice edita; Gothofredus Voigtius in exercitatione de presbytero legitimo ordinationis ministro. Rostoch. 1680. et nouissime scriptor Gallus de praeiudiciis falsis et legitimis, Delph. 1701. 12. praeiudicio 2. Vide etiam Rich. Simonem Bibl. selectae tom. 2. p. 12. sq. ex Isaaci Haberti *ἁρχιερατικῶν*, et p. 18. Edmundum Martene lib. 1. parte 2. de Ecclesiae Christianae ritibus p. 286 seq. Formulae ordinationis legi possunt apud Ioan. Morinum de sacris ordinationibus, et in Isaaci Haberti *Ἀρχιερατικῶν*: Rituale ordinationis exstat in symmiētis Allatii. Ordinationes haereticorum, licet illicitas, tamen validas esse ostendit Pompeius Sarnelli Epistola 28. Ecclesiastica; contrariam vero sententiam tuetur Peronius T. 3. Opp. (Du Pin. T. 17. p. 31.) De ritu impositionis manuum in ecclesia vetere, ac degenerare eius vsu differit Frider. Spanhemius T. 2. Opp. p. 871 sqq. De varia manuum impositione Nicol. Serarius T. 1. p. 163. ad Iosnam, et S. V. Carol. Gottl. Hofmannus in dissert. de ordinatione Timothei Vitemb. 1754. edita, p. 24 sq. vbi simul contra Pontificios, Graecos et Anglicanos Theologos, Episcopali ecclesiae addictos, ostendit, hunc ritum ad ordinationis indolem absolute non pertinere, validamque, etiam illa omissa, esse eam ac manere. Apud Vopiscum in vita Saturnini memorantur Christi Episcopi, quod non aliud est quam Epi-

¹⁵ Apud Dionysium de Hierarchia ecclesiastica tria recensentur munia Episcopi, ordinum collatio, unguenti consecratio, et altaris benedictio. In Pontificali Romano sex: *Episcopum oportet iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, et baptizare.* Adde Allatium de consensu vtriusque ecclesiae. p. 1276 sq. Sacerdotum nomen proprie usurpatum de Episcopis notat Iosephus Vicescomes lib. 1. de ritibus missae c. 1.

¹⁶ Apud Iudaeos etiam Presbyter ordinauit Presbyterum, vt notauit Pfaffius p. 44. originum iuris Ecclesiastici. Vide Seldenum de synedriis Hebraeorum lib. 1. c. 14. p. 395 sq. lib. 2. c. 7. p. 681. Morinum de sacris ordinationibus Exerc. VII. c. 4. §. 6 sqq. et Vitrinae Archisynagogum p. 426.

Episcopi Christiani. Vide Io. Seldenum ad Eutyrium p. 146. Episcopis nequam competere ut arma tractent, aut cum Iulio II. Papa abiectis Petri clauibus gladium Pauli arripiant, probauit Caspar Zieglerus ὁ μακαρίτης in libro qui inscribitur: Episcopus miles in veteri Ecclesia inuisus, Fulbertus Carnotensis in Epistola apud Edmundum Martene T. I. thesauri anecdotorum pag. 130. et Io. Frider. Hebenstreit in dissert. de Episcopo milite Lips. 1720. Ioan. Vergerii de Havranne, Abbatis Sanegrani, (qui sub Petri Aurelii nomine notior obiit Parisiis 1643.) liber contrarii argumenti editus est Basileae 1619. *Apologie pour Messire Henry de Chasseignier de la Roche Pezay, Eveque de Poitiers, contre ceux qui disent, qu'il n'est pas permis aux Ecclesiastiques d'auoir recours aux armes en cas de necessité.* Vide Recueil des Pieces fugitives T. IV. p. 132-194. Episcoporum fuisse in coetibus publicis praedicare, iam supra, quum de concionibus veterum diceremus, obseruare nos meminimus. Nunc addimus ex Concil. Tridentino sess. 24. c. 4. praedicationis munus, quod Episcoporum praecipuum est. Etiam catechizandi munus eis tribuitur ab Hieronymo Epist. ad Pammachium de erroribus Io. Hierosolymitani. De Episcoporum officio circa poenitentes confer Morinum lib. VI. de poenitentia cap. 76 et IX. 33. Episcoporum esse benedicere notatur in constitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 41. Praecipua quoque ipsorum cura fuit ut doctrinae et vitae Cleri obseruatores essent, et exemplo pariter atque doctrina gregi suo praesiderent, tanquam speculatores a Domino constituti siue praesides, praesidentes, Praepositi ac Superintendentes, ut Hieronymo et aliis veteribus appellantur. Confer in Io. Filefaci opusculis variis diatribam primam, quae est de sacra Episcoporum auctoritate, Paris. 1614. 8. De antiquis et maioribus Episcoporum causis, condemnationibus, appellationibus videndus Iacobi Boileau liber Lugduni A. 1678 editus contra Cl. Davidis librum de iudiciis Canonicis Episcoporum. Solis Episcopis competere ius Haereticos absoluendi et Ecclesiae reconciliandi, ex veteris Ecclesiae vsu probatum fuit libro singulari Io. Baptista Thiers, de quo Elias du Pin tom. 18. p. 281. Num integrum fuerit Episcopo successorem sibi ante obitum designare, vide Rob. Ienkeni defensionem Augustini contra Ioannem Phereponum siue Clericum (Cantabrig. 1707. 8.) p. 95 sq. De Episcopi throno in Ecclesia, Menardus p. 85. ad Sacramentarium Gregorii M. et Vol. III. thesauri gemmar. antiquar. astriferarum. De Episcoporum ordinatione, electione idem p. 299 sq. cui, si quis vsum Ecclesiae Rom. recentioris aetatis nosse velit, iunget Caerimoniale Episcoporum. Ritus ordinationis Episcopi in metropoli Rotomagensi exhibetur a Mabillonio p. 228. Analectorum. Vide quoque eius museum Italicum T. 2. p. 85 sqq. officium ordinationis Patriarchae

chae Alexandrini exstat in collectione liturgiarum Orientalium Eusebii Renaudoti T. 1. p. 467 sqq. qui p. 491 testatur, se iustum de ordinationibus secundum disciplinam Orientalium commentarium paratum habere. Ordinatio Patriarchae Nestorianorum legi potest apud Assemannum T. 3. parte 2. Biblioth. Oriental. p. 667 sq. 678 sq. Episcopi p. 684 sq. 690 sq. 702. aliorum Clericorum p. 788 sqq. Electio p. 643 sqq. De ritu dandi presbyterium Papae, Cardinalibus et Clericis nonnullarum ecclesiarum vrbis singularem dissertationem Petrus Moretus, Canonicus Basilicae S. Mariae trans Tiberim euulgavit Romae 1741. 4. Ceterum notandum est, Gerardum Nicosensem primum A. 1208. se appellasse *sedis apostolicae gratia Episcopum; alios Dei gratia vel miseratione*. Vide *Traité de l'autorité du Pape* T. 2. p. 43. Leidradus Archiepisc. ad Carolum M. *Diuina dispensatione et vestra miseratione Lugdunensis Ecclesiae Episcopus*. Vide Mabillonium T. 3. Analector. p. 28. Fulbertus Carnotensis Epistola 4. *Domino suo Roberto Regi benignissimo Dei et sui gratia Carnotensi Episcopo*. T. 18. Bibl. Patr. p. 7. De baculo pastorali siue pedo Episcopi Cangius Glossar. in *πατερον*, Macri fratres in Hierolexico voce baculus et p. 387. vbi icon Gelasii I. Papae cum baculo. Meibomius T. 3. rerum Germanicarum: Io. Ciambinus in *diff. Historica an Romanus Pontifex baculo pastorali vtatur*, Rom. 1690. 4. Ioan. Andreas Schmidius in *dissertat. de baculo pastorali*. Helmstad. 1697. et Tobias Eckhardus de *pedo Episcopali*. Goslariae 1734. De annulo pastorali idem Schmidius *dissertationem* edidit Helmstadii 1705. De iure Episcoporum in ecclesias ciuitatum dioeceseos suae videatur Ioan. Frontonis Epistola Parisiis 1659. Du Pin T. 17. p. 277. sq. *Contra abufum exemptionum* *Traité de l'Autorité du Pape* T. 2. p. 94 sqq. De abufu expectantiarum, *ibid.* p. 169 sq. De depositione Episcoporum et accusationibus aduersus eos non facile admissis, agit Petrus de Marca in opere de concordia Sacerdotii et Imperii lib. 6 et 7. Quanquam vero Episcopi ex Presbyteris et Diaconis legendi essent, tamen non defunt exempla Episcoporum ex Laicis ad illam dignitatem per saltum vt loquuntur euectorum, quales sunt Ambrosius, Nestarius, Tarasius, Nicephorus, Photius aliique apud Leonem Allatum p. 169. libri de aetate et interstitiis ordinum apud Graecos. His addes Talassum de quo Socrates VII. 48. et quae Valerianus Flauingius in *vindiciis ad thesin Cleuesianam de Episcopatu*, de quo libro Elias du Pin tom. XVIII. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 102. De translationibus Episcoporum ab vna sede in aliam Ecclesiam ab eundem laudati Ziegleri libellus de Clerico renitente, Ioan. Andr. Schmidii *dissertatio de translationibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum*. Helmstad. 1702 et Ioan. Georg. Walchii *dissertatio de translationibus ministrorum*

strorum in veteri ecclesia. Ienae 1745. De *Episcopissis* edita est Rev. D. I. F. Mayeri dissertatio, cuius titulus non ita est intelligendus, ac si regimen Ecclesiasticum olim commissum fuerit etiam feminis, sed quod inter primos Christianos etiam Episcopi non defuerint vxorati. *Ἐπίσκοπος* vocat et Epiphanius LXXIX. 4. De *Episcopis titularibus*,¹⁷ siue titulotenus Episcopis atque, vt per ludibrium appellati sunt, *multa tenentibus*, in Romana Ecclesia vide Michaellem Siricium in abominationibus Papatus p. 44. Hallensium obseruationes selectas tom. I. p. 63 sq. Matthiam Flacium in limine confutationis Episcopi Sidonii, et Andr. Hieronymi Andreacei tractatum de Episcopo titulari seu in partibus infidelium. Romae 1733. 4. quibus adde quae de simili apud veteres vsu Beueregius ad Synodicum pag. 65. a. pag. 67. b. et quae de Episcopis honoris causa ob insignes virtutes ad nullum certum locum creatis notat Mich. de Quien ad Io. Damascenum tom. 2. p. 667. licet olim vix quisquam ordinatus sit sine titulo, hoc est vt non ad certam Ecclesiam destinaretur. Vide Baluzium ad Lupi Ferrariensis Epist. 29. p. 363. De *Chorepiscopis* siue villanis Episcopis, (*Landbischof*) episcoporum veluti adiunctis atque vt ita dicamus suffraganeis, videndi Suicerus in Thesauro, et in Glossariis Cangius ac Lindebrogius, imprimis vero Morinus part. 3. Exerc. 4. de sacris ordinat. Carolus le Cointe ad A. C. 813. T. VII. p. 273 sqq. Blondellus lib. de Episcopis p. 93 sqq. qui primam eorum mentionem in concilio Ancyrano can. 13 et in Occidente ferius receptos obseruat. Multa etiam de iisdem Chorepiscopis etsi non admodum inter se conspirantia Petauius ad haeresin 79. Epiph. p. 277 sq. et tom. 3. dogm. theol. p. 789. 795 sq. edit. Paris. Petrus de Marca II. 13 sq. de concordia Sacerdotii et Imperii, M. A. de Dominis II. 9. de Rep. Eccles. Salmasius sub Walonis Messalini nomine latens p. 225 sq. 312 sq. et apparatus de primatu Papae p. 54 sq. 94 sq. Beueregius ad can. 13. Ancyran. p. 175 sq. Dan. Larroquanus aduersar. sacr. p. 55. Pompeius Sarnellus in Epistolis Ecclesiasticis Italice editis Epistola 5. et Franciscus Brokesby in historia Hierarchiae Ecclesiae primitiuae c. 13. A Chorepiscopis distincti erant *Periodevtae* siue Presbyteri *ἐπιχώριοι* ac *visitatores*, in concilio Sardicensi et Chalcedonensi memorati, regendis per vicos ac pagos parochiis, licet nonnulli confundant. Vide Beuereg. ad can. 57. Laodicen.

Caueum

¹⁷ Ex Cypriani Epistola 69. Ioannes de Turrecramata sumsit argumentum inuehendi in *Episcopos titulares*, qui neque ecclesiam habent neque plebem de quibus Baluzius III. 19. historiae Tutelensis. De iis tollendis actum in concilio Tridentino, vt docet Raynaldus ad A. C. 1547. N. 76. *quod ab illis multa damna et incommoda sustineat Ecclesia, et nullam vel modicam utilitatem recipiat.* De iis etiam tollendis actum postremo est ad relationem illustrissimi viri Francisci Bossueti, Episcopi Lodouensis, A. 1656 in conuentu ecclesiae Gallicanae. Vide Acta p. 300. 344. Haec Baluzius p. 268. ad Cyprianum.

Caueum primitiv. Christianism. pag. 224. Menagium amoenitat. iuris c. 35. Iustellum ad Codicem Ecclesiae vniuersae p. 217 sqq. Combesium ad S. Maximum T. 1. p. 680. Iosephum Simon. Assemannum Bibl. Oriental. T. III. P. 2. Georg. Clementis Drauden et Christoph. Matth. Pfaffii obseruationes de Periodevtis, quae insertae sunt Vol. VI. des heßischen Heboffers pag. 722 sqq. et Gustau. Georg. Zeltneri dissertat. de Theologo circuitore, seu de Periodevtis veteris ecclesiae restituendis. Altorfii 1718. De *Theodromis*, qui diuersi sunt a Periodevtis, diatriben Coburgi 1718. 8. edidit Henr. Rudolph. Fischer. *Episcopi Cardinales*, quibus praeter Episcopatum suum alius quoque morte Episcopi vacuefactus ac vacans ita fuit subiectus, vt binarum essent Episcopi Ecclesiarum. Acta Erud. A. 1713. p. 382. De *Suffraganeis* Andreas Saussaenus p. 89 sq. de *Myfticis Galliae* scriptoribus. Iam *Coepiscopi* iam *Comprovinciales* ab antiquioribus dicuntur, qui Metropolitano subduntur Antistites. Launoius inquisitione in chartam immunitatis p. 39 sq. De *Episcopo visitatore* quando Ecclesia Antistite proprio destituitur, vide Francisci Nicolai diff. Rom. 1710. 4. et Ephemerides Paris. A. 1710. Nou. p. 591 sq. et A. 1712. Octobr. p. 468. De Episcopis pleraque notatu digna collegit Casp. Zieglerus in erudito suo de Episcopis libro. Ad Iacobi Vsserii concilium de reducendo Episcopatu ad formam regiminis Synodici in antiqua Ecclesia recepti, disputat nonnulla Io. Hoornbeckius lib. 1. miscell. sacror. cap. 25. De *cathedra Episcopi* Pompeius Sarnelli in antiqua Basilicographia c. 48. De *iurisdictione ecclesiastica* consulatur Nicolaus Petitpied in libro de iure et praerogatiuis Ecclesiasticorum in administratione iustitiae saecularis. Gallice Paris. 1705. 4. S. Bouffacus Noët. theolog. diff. 29. p. 335 sqq. Iosephus Binghamus Origin. Ecclesiastic. lib. V. c. 2 sq. Martinus Schraderus de causis fori ecclesiastici. Guelpherbyti 1710. 4. *Traité historique et dogmatique des Privileges et Exemtions ecclesiastiques.* 1715. 4. Antonii Arrighii *Oratio de iurisdictione Pontificum*, adiecta eiusdem *Historiae iuris Pontificii.* Patauii 1731. 4.

XIII. *Presbyteros dictos Sacerdotes secundos* notat Sirmondus T. 1. Opp. p. 945 sq. 967. omniaque illis fuisse communia cum Episcopis fatetur Hieronymus, solam excipiens ordinandi potestatem, de qua iam supra diximus. Quod presbyteri non destituti fuerint facultate ordinandi presbyteros contra Christiani Helwichii librum editum Vratislaviae 1697. 12. et Natalem Alexandrum saec. IV. diss. 44. § 28 sqq. euicerunt iidem, quos paullo ante p. 656. laudauimus, scriptores: quibus addatur Io. Georg. Pertschii *umständlicher Beweis, daß die protestantische Kirche rechtschaffene Prediger habe.* Hildesiae 1732. 4. Francisci Rothfischeri *Ablaß und Jubeliahr*, P. II. §. 25 - 28.

Daniel Salthenius in dissertatione sententiam I. C. Heinzelmanni de Διακόνους
 προφύτοις examinante. Regiomonti 1739. edita; et I. C. Heinzelmannus in
 commentatione de Episcopis et Diaconis primaeuae ecclesiae Christianae dif-
 fertationi Danielis Salthenii opposita. Helmstadii 1740. euulgata. Apud
 primos vero Christianos Presbyterorum munus peculiariter etiam fuisse Ec-
 clesiae negotia externa curare, neque omnes functos fuisse officio docendi ac
 praedicandi Euangelium, contendit V. C. Iustus Henningus Boehmerus ob-
 servationibus selectis ad Petrum de Marca p. 23 sq. provocans ad locum Apo-
 stoli 1 Timoth. V. 17. Vide sis etiam Claudii Fonteii siue, qui sub illo no-
 mine latet ¹⁸ Iacobi Boileau, dissertationem A. 1668 editam et Tauri-
 ni 1678. 8. recusam de antiquo Presbyterorum iure in regimine Ecclesiae.
 Presbyteros vero temporarios in veteri Ecclesia nullos fuisse probat Hugo
 Grotius cap. XI. libri de potestate summarum potestatum circa sacra §. 13.
 Presbyteri debebant esse 30 annorum, vt probat Suicerus *πρεσβύτερος* et
 Leo Allatius in libro de aetate in collatione Ordinum apud Graecos p. 37 sq.
 Rom. 1638. 8. vbi et de aliis ordinibus qua aetate ad illos admitterentur.
 Inter Presbyteros praecedebat, qui prius ordinatus esset, vt docet Pascha-
 sius Quesnellus p. 270 ad Leonem M. Plerumque XII. erant Presbyteri in
 vna Ecclesia secundum numerum totidem Apostolorum, vnde Marcum duo-
 decim Presbyteros Alexandriae constituisse narrat Euty chius. Conf. Grotium
 ad Apocalypf. V. 5 et 7. et Dodwellum libro Anglice edito de vno Sacerdo-
 tio et vno altari c. 12. p. 349 sq. sed si vsus Ecclesiae plures ferret, plures
 etiam adsciscebantur, vti Romae tempore Cypriani et Cornelii Presbyteri
 fuerunt XLVI et CPolitana Ecclesia Iustiniani temporibus habuit Presbyte-
 ros LX. De Presbyterorum partibus in missa vide Iosephum Vicecomitem
 lib. 1. de ritibus missae c. 21 sqq. De *Presbytero poenitentiario* videndi So-
 crates V. 19. Sozomenus VII. 16. et ibi Valesius, Nicolaus Comnenus
 p. 209. praenotion. mystagogic. Ioan. Hasselius in Concil. Trident. T. 14.
 Labbei 1121 sqq. B. Martinus Chemnitius examine Concilii Trid. part. 2.
 vbi de confessione pag. 348 sq. Ioan. Forbesius Instruct. Historico-Theol.
 p. 666 sq. Io. Dallaeus de Confessione IV. 2. Guil. Caueus Epist. ad Casp.
 Calvoerium; tomo posteriori ritualis Ecclesiastici a Calvoerio editi subiecta,
 atque in Actis Eruditorum A. 1705. p. 167 repetita. Dionys. Petavius diff.
 Ecclesiastic. pag. 179 sq. Latinus Latinius tom. 1. Epist. pag. 318. 325 sq.
 Emmanuel Schelstratenus ad Concil. Antiochen. p. 289 et Natalis Alex. Hi-
 storiae Eccles. tom. 8. p. 176 sq. edit. in fol. De *Presbyterissis* siue viduis et
 matro-

¹⁸ Du Pin. T. 19. p. 66. Vide etiam Memor. Treuoltin. 1710. p. 650.

matronis aetate prouectis quibus negotia quaedam externa pauperesque et aegroti ab Ecclesia curandi committebantur, (*πρεσβυτιδας* vocat Apostolus Tit. II. 3. nonnulli etiam *πρεσβυτεριδας* Ferrandus Diaconus *viduas seniores*) vide Grotium ad Phil. IV. 3. Suicerum in *πρεσβυτις*, Samuelem Bafnage Annal. tom. I. p. 452. Coteler. ad constitut. Apostol. III. 9. Wolfgangum Gundlingium aliosque viros doctos ad Can. XI. Laodicen. vbi Presbyterae siue vt Isidorus Mercator appellat *matriculariae* constitui prohibentur, et Matthias Zimmermannus Superintendens Misenenfis libro singulari de Presbyteris et Presbyterissis, Annaeberg. 1681. 4. inprimis a p. 48. vbi Presbyterorum etiam vxores Presbyteras vt episcoporum episcopas, dictas obseruat, et p. 78. vbi de Presbyteriarum abrogatione, et quomodo a diaconissis, quae saepe erant virgines differrent.

XIV. De Diaconis, (qui Episcopi *ἀκὼν, ὀφθαλμὸς, σῶμα* dicuntur, vide Cotelerium ad Constitut. Apostol. II. 44.) consuli poterunt B. D. Casp. Ziegleri liber de Diaconis et Diaconissis veteris Ecclesiae Witeb. 1678. 4. Morinus part. 3. Exerc. 9. de sacris Ord. et Io. Pearsonii lectiones ad acta Apostolorum p. 53 sq. Sam. Bafnage ad A. 35. n. 8-13 et Menardus p. 287 seq. ad Gregorii M. Sacramentarium. Campegius Vitringa in Synagoga Vetere lib. 3. c. 21. 22. 23. vbi ministros Synagogarum Iudaicarum confert cum Diaconis Ecclesiae Christianae, quemadmodum praefectos Synagogarum cum Presbyteris et Praepositis Christianis Ioan. Franc. Buddeus Ecclesiae Apostolicae p. 748. Nic. Hieron. Gundlingius in Gundlingianis parte II. p. 126 sqq. et Ioseph. Binghamus Origin. Ecclesiastic. lib. 2. c. 20. Diaconos septem memorant acta Apostolorum c. 6. Sic Romae VII. Diaconos fuisse testatur Sozomenus lib. VII. 19. adde Edmundum Martene lib. I. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 328 sq. S. Maximum ad Dionysium T. I. p. 305. Ioseph. Vicecomitem de ritibus missae lib. I. c. 20. et Dan. Guil. Mollerum de septem primis Diaconis Ecclesiae. Altorsii 1696. Quem numerum Henr. Dodwellus in libro Anglice edito de vno Sacerdote et vno altari c. 12. repetit a VII Angelis Apocalypf. I. 12. Aetas Diaconorum debebat esse annorum 25. vt probat Allatius p. 37 sq. de aetate Ordinum. *Philotecei CPol.* ordo instituendi Diaconum legitur T. 26. Bibl. Patr. Lugd. p. 214. Diaconis etiam absente Episcopo et Presbytero concessa fuit clauium potestas. Vide quae ad locum S. Cypriani Epistola 18. disputat Auctor vitae illius Gallice editae diff. I. Contra Facidium diaconos presbyteris aequare incipientem Hieronymus Epist. 85. ad Euagrium, et Augustinus Quaest. 101. V. et N. T. De Diaconissis, quae ante annum aetatis 40, vel 60, secundum 1 Timoth. V. 9.

et Valentiniani ac Theodosii constitutionem non adsciscebantur, agunt viri docti ad celebrem Epistolam Plinii, tum idem Zieglerus libro de Diaconis cap. vlt. Cangius ad Alexiadem Annae Comnenae p. 416. 421. Pompeius Sarnelli in Basilicographia cap. 17. Beueregius ad Canon. XV. Chalcedonens. Justellus ad Can. XIX. Nicaenum, Morinus part. 3. Exerc. 10. de sacris Ordin. Basnage ad A. C. 35. n. 14 sq. qui illis quoque manus impositas num. 17. obseruat contra Baronium: Cotelerius tom. 1. Patrum Apostol. p. 287. Alatius in consensu orientalis et occidentalis Ecclesiae p. 675. Dionysius Petavius ad Epiphaniæ Expositionem fidei p. 348 sq. Iacob. Gothofredus ad codic. Theodosian. T. 6. p. 60 sq. Ioan. Cabussutius Notit. Ecclesiast. p. 25. Ioseph. Binghamus Origin. Ecclesiast. lib. 11. c. 22. Franciscus Maria Florentinus in exercitatione 15 ad Martyrologium Hieronymo tributum p. 979 sqq. Ioan. Pinius in tractatu de Ecclesiae Diaconissis, qui praemissus est Actis Sanctor. Antuerpiensib. mensis Septembris, T. 1. p. 1 sqq. Agnellus Honoratus, Dissert. Lucae 1737, 4. editarum pag. 64 sqq. et Ioan. Philippus Odelem in dissertat. de Diaconissis primitiuae Ecclesiae. Lipsiae 1700. Praecipuum Diaconissarum munus in praeparandis Agapis positum fuisse censet Ioan. Dav. Michaelis in nota 76. paraphrasi 1 Ep. Pauli ad Timoth. p. 57 subiecta. De Diaconissis apud Syros; quarum mentio etiam in Syrorum ordinationibus apud Morinum p. 502. vide Assemannum in dissert. de Monophysitis T. 2. Bibl. Oriental. litt. f. 2. Sororem Augustini, *praepositam ancillarum Dei* vocat Possidius in Augustini vita cap. 76. De virginibus Ecclesiasticis (quae a Monialibus distinctae) vide Valesium ad Sozomeni VIII. 23. Mulieribus nunquam concessum est ministrare in missa. Vide Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus missae c. 13. nisi quod canerent alternantibus in Ecclesia choris marium et feminarum. Id. c. 33.

XV. Praeter Episcopos, Presbyteros et Diaconos succedente tempore, atque Religione Christiana latius latiusque propagata et inualescente, longe plures Ordines Ecclesiastici in usu esse coeperunt, atque in singulis etiam illorum trium plures excogitati gradus atque praerogatiuae titularum, primis temporibus ignoratae. Henricus Noris diss. de quinta Synodo p. 76. quatuor ordines Episcoporum introductos obseruat, vnum quidem eorum qui vni vrbi vel Parochiae praeesent: Alterum *Metropolitanorum* ¹⁹ qui vni prouinciae:

E 2

ter-

¹⁹ De *Suffraganeis Metropolitanorum* Baluzius p. 421 sq. ad Lupum Ferrariensem. De Metropolitanorum auctoritate conferatur Ioan. Launois Epistol. p. 743 sq. Iosephi Mottae dissert. de Metropolitico iure Venet. 1726. 4. et Ioan. Gottfr. Koerner in diss. de Metropolitanorum in ecclesia veteri auctoritate. Lips. 1751.

tertium *Autocephalos Archiepiscopos* siue *primates Exarchos*²⁰ qui aliquot prouinciis essent praepositi, et denique *Patriarchas* qui plurimum dioeceseon praefulatum tenerent. Dum nempe ciuilem prouinciarum distinctionem sequuta est in plerisque hierarchiae etiam Ecclesiasticae ratio, hinc metropoles Antistes praerogatiuam et iura nactus prae Episcopis, per dioecesin illam cuius metropolitanus erat, sedem obtinentibus. Confer Iac. Vsserii librum de Episcoporum et Metropolitanorum origine, Londini 1687. 8. Launoium parte VIII. epist. 12. Beueregium lib. II. Codicis canonum vindicati cap. 5. Emanuelem a Schelstrate diff. de auctoritate Patriarchali et Metropolitana aduersus Stillingfleetum, Rom. 1687. 4. Marcum Anton. de Dominis lib. 3. de Republica Ecclesiastica c. 2 et 5. Gebh. Theodori Meieri politiam Ecclesiae primitiuae ad politiam ciuilem formatam, Helmst. 1676. Ludov. Ellies du Pin differt. 1. de antiqua Ecclesiae disciplina, Paris. et Amstelod. 1691. 4. Dominicum Georgium de antiquis Italiae metropolibus. Romae 1722. 4. Georg. Clementem Draudium in commentatione de Metropolitanis ecclesiae veteris, quae legitur Vol. IV. des *heßischen Hebofers* p. 675 sqq. Ob similem causam factum, ut qui in aula Imperatoris vel Regis praeesset sacris, (*archicapellanos* vocauit sequior aetas) praeretur omnibus regni Episcopis, Archiepiscopis et Metropolitanis, ut notatum Baluzio ad Lupum p. 450. 473. qui pag. 422 docet munus illud quandoque datum obeundum tantummodo ad certum tempus, qui vero illud gereret, eum non modo Ecclesiastica diiudicasse, sed alicubi ciuilibus etiam negotiis in palatio interfuisse. Vide p. 384. Ceterum Ioanni Morino assentiri non dubito, qui libro 1. Ecclesiasticar. exercitationum, exercitatione 15 a Patriarchis ex antiquo Ecclesiae usu diuersos ponit magnae alicuius et plurimum prouinciarum *ἐπαρχίας* metropolitas, siue ut H. Noris diff. de Synodo V. p. 76. vocat, *Exarchos primates*, quales in Africa *Senes* dictos obseruat Sirmondus tom. 2. Opp. p. 838. Arabibus et aliis orientalibus *Catholicos*. Beueregius p. 216. ad magnum Synodicum. In primariis deinde dioeceseibus Episcopi metropolitani interiecto tempore vel *archimetropolitani* (vide Baluzium ad Lupum Ferrariensem p. 415.) vel vsitatore vocabulo *Patriarchae* dicti sunt, quorum celeberrimi fuere in Oriente quidem Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constanti-

nopo-

²⁰ De *Exarchis* Jo. Morinus p. 250 sq. Operis de sacris Ordinatt. De aliis Ecclesiis quae praeter primarias quinque sedes, Patriarcharum titulo vsae sunt, vide Allatium lib. 1. de consensu vtriusque Ecclesiae c. 25. Primus Patriarchae titulum in concilio Antiocheno A. C. 342. tulit Episcopus Antiochenus. A quinto saeculo Patriarcharum dignitas Exarchorum mentionem aboleuit. De Primatibus egit Petrus de Marca in diff. de Primatu Lugdunensi.

nopolitanus et in occidente Romanus. A Theophane primus Patriarcha CPolitanus appellatur Anatolius in coronatione Marciani Imp. p. 89. Primus Patriarcharum Christianorum meminit Socrates lib. V. c. 8. Nam in Vopisci quidem Saturnino c. 8. *ipse ille* (lege cum If. Vossio *Hillel*) *Patriarcha*, et apud Marcellum Empiricum c. 23. *Gamalielus Patriarcha* Iudaeorum intelligitur. Quinque Patriarchatus ecclesiae Christianae quinque corporis sensibus respondentes, (Allatius p. 238. de consensu) primum stabiliti in Canone 36. concilii CPolitani in Trullo habiti, A. C. 680. qui adeo Patriarchae, plures etiam sub se dioeceses, plures Metropolitanos et Archiepiscopos habere coeperunt, inde Patriarchae titulus tributus quandoque etiam Archiepiscopis, vt notavit Allatius de consensu p. 436. Per haereses in Oriente factum est, vt in vna eademque dioecesi plures sint Patriarchae, alius *Armenorum*, alius *Iacobitarum*, alius *Maronitarum*, alius *Nestorianorum*, alius *Coptorum*. Allatius III. 8. de consensu p. 1001. De Aquileiensi Patriarcha confer H. Noris diss. de V. Synodo c. 10. p. 89. et quae de Patriarcharum ac Primatum origine ac iuribus, Beueregius et alii viri docti ad Canon. VI. Nicaenum et ad Canonem I. Constantinopolitanum: Io. Seldenus ad Eutychiei origines Alexandrinas p. 2 sq. Marcus Antonius de Dominis lib. 3. c. 15. David Blondellus in libro *de la primauté en l'Eglise* p. 538 sqq. 560 sq. 567 sqq. qui etiam de Exarchis p. 528. de Primatibus p. 527. de Metropolitanis p. 526. et de Archiepiscopis p. 523. Allatius lib. 1. de consensu c. 8. Sirmondus lib. 2. Propemptici, cuius exactissimae diligentiae nihil superesse, quod addatur, ait Valesius p. 104. ad Euagrium. Io. Guil. Janus in dissert. de origine Patriarcharum Christianorum. Witteberg. 1718. Patriarcha Vlyssiponensis primus creatus est a Clemente XI. A. 1716. Thomas de Almeida. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq. De Patriarcha CPolitano Petrus de Marca in dissert. postuma de institutione patriarchatus CPolitani, et Iac. Elfnerus in *der neuesten Beschreibung der griechischen Christen* cap. III. De dignitatibus et officiis eorum, qui Patriarchae CPolit. assistunt videndus Allatius de consensu p. 1028 sqq. Idem p. 1003 memorat *Zachariam Vartabliet*, Patriarcham CPolitatum nationis Armenae. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq.

XVI. Neque vero Patriarchis his quinque, nedum vni Romano tota subiecta fuit Ecclesia, sed vt Eduardus Brerewoodus in veteri Ecclesiae gubernatione patriarchali ²¹ probatum dedit, tempore concilii Nicaeni et post

E 3

plu-

²¹ Subiicitur Iacobi Vsserii opusculis de origine Episcoporum et Metropolitanorum, et de Asia proconsulari, Lond. 1687 et Bremae 1701. 8.

plures mansere Ecclesiae nulli ex Patriarchis subiectae, transmarinae praesertim, ut Africanae, quarum primus fuit Carthaginensis Episcopus, et Patriarchico iure in VI prouincias Dioeceseos suae vsus. Similiter Britannica Ecclesia nulli externae subdita iurisdictioni, sed primatem suum habuit Episcopum Eboracensem, quod argumentum tractauit etiam Io. Barnesius de Ecclesiae Britannicae libertate et exemptione a Romano patriarchatu, et Eduardus Stillingfleetus ²² in Originibus Britannicis. Quod porro Cardinalis Perronius in Perronianis p. 232. omnes Patriarchas vicarios esse Pontificis affirmat, et hoc iacetat se vnum obseruasse merito illi relinquatur tanquam commentum nulla dignum fide; nullo argumento saltim verisimili confirmandum. Licet idem ante eum docuerint Ioannes Torquemada et Petrus Paludanus. Quam vero sententiam igne dignam iudicat Almaynus apud M. Antonium de Dominis II. 5. de republ. Ecclesiastica. Ita, quas Pontifex Romanus iam a tot saeculis sibi arrogat super omnes Ecclesias atque Episcopos praerogatiuas, auctoritatem potestatemque, per prima a Christo nato saecula toti Ecclesiae ignotas fuisse, a multis iam est ostensum non Protestantibus modo, ut Dauide Blondello de primatu in Ecclesia, quod opus Gallice prodiit Geneu. 1641. fol. Frider. Spanhemio T. 2. Opp. pag. 439 sqq. qui p. 468. Anonymum Graecum laudat *περί τῶν προτείων τοῦ πάπα*, e Bibliotheca Lugdunensi. Isaaco Barrow T. I. Operum. Laurentio Howel in libro, a View of the Pontificate. Londini 1712. 8. et Salomon. Deylingio in dissertationibus duabus de nouitate regiminis Ecclesiastici in ecclesiam vniuersam. Lipsiae 1729 et 1730 editis: sed et ex ipsa etiam Ecclesia Romana, praecipue a Gallis, inter alios ab iis qui Canonem sextum Concilii Nicaeni illustrarunt, et aduersus primatum, siue ut Paullus Venetus apud Claudium Sarrauium ²³ non absurde vocauit, *Totatum* (Salmasius *suprematum*) Papae Romani, scripserunt non minus candide quam solide atque erudite. Primatum Pontificis ex folis sacris litteris probari non posse in colloquio Rheinfeldensi A. 1651. candide professus est Valerianus Magnus. Olim electioni Pontificis adfuere et electionis decreto subscripserunt *vniuersus clerus, Optimates et vniuersa militaris praesentia et cuncta generalitas populi Romani*. Vide librum diurnum a Io. Garnerio cum notis editum p. 12, 13, 16, 20, 23, 32, etc. A folis Cardinalibus praeterito Henrici III. Imperatoris, tunc minorennis, consensu, de quo Petrus Damiani Opusc. 4. inconsulto reliquo Clero et Pop. Rom. primus Senis A. 1059, Papa electus est Nicolaus II. qui deinde in concilio

²² Stillingfleeto Emanuel a Schelstrate opposuit dissertationem de auctoritate Patriarchali et Metropolitana, Rom. 1687. 4.

²³ P. 210. Epist. editionis primae.

cilio Mantuano A. 1060 habito facultatem illis dedit eligendi Pontificem. v. Thom. Stapleton II. 13. de magnit. Eccl. Rom. Postea ius illud confirmarunt Alexander III. Gregorius X. et Clemens V. Confer Papebrochium in propylaeo ad Acta Sanctor. Maii p. *196. qui etiam exhibet varia Acta Electionis vt Urbani VI. Ao. 1378. p. *95 sq. Nicolai V. A. 1447. p. *121. 125. Callisti III. A. 1455. p. *127. nec minus historias Conclauium, Clementis V. Iulii II. et sequentium, et historiam interpontificiorum. Actum inaugurationis et coronationis Innocentii X. fusius descripsit et tabulis aeneis exornatum dedit in Roma triumphante Laurentius Banck. Franekeræ 1645 et 1656. 12. De electione Pontificis R. consuli possunt Hieronymi Bignonii *Traité sommaire de l'Élection des Papes*. Parisiis 1604. 4. Petri Mariae Passerini tractatus de electione P. R. Romæ 1670. fol. Ioan. Frid. Mayerus in commentario de electione Romani Pontificis, qui cum Alzonini, Cardinalis, Aphorismis politicis, recusus est Osnabrug 1691. 4. I. B. Maius de R. P. electione, Caesarumque circa eam iure, cum Muhlii diff. de molitionibus Pontificum adv. Imperat. Reges et Principes. Kil. 1729. et Petrus Bufinellus de summi Pontificis eligendi forma. Patauii 1758. 8. Caerimoniale electionis P. R. legitur in Cherubini Bullario T. 3. p. 405. Edidit quoque Ioan. Gerhard. Meuschenius Caerimonialia electionis et coronationis P. R. et Caerimoniale Episcoporum, iuxta prima, genuina ac rarissima exemplaria Romana, Veneta et Taurinensia, yna cum curioso *ἀνευδύτω* de creatione Papæ Pii II. et Leon. Aretini opusculo de temporibus suis, nec non Augustini Oldoini catalogo auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt. Francof. 1732. 4. Pontificis R. titulos et elogia persequuntur Theoph. Raymundus tom. 10. Opp. et Abrahamus Bzouius. Papa²⁴ *ἀντονομασιμῶς* pro Romano Pontifice vix reperitur apud antiquiorem scriptorem quam Ennodium et in Actis concilii Toletani A. C. 405. Et Apostolica sedes *ἀντονομασιμῶς* pro Romana vix ante Augustinum. Vide Sirmondum ad Ennodium p. 18 sq. et Casaubonum in Casaubonianis p. 147. Olim Papa vocabatur quilibet Episcopus, vt notant Launoius Epistol. f. 545 sq. Sauro ad Sidonium p. 360 sq. Baluzius ad Lupum p. 420. ed. Lips. Bignonius ad formulas Marculli, p. 418 sq. Neque id vetitum ante Gregorium VII. vide Baronium ad A. C. 1075. Quanquam Graeci *πάπᾱ* cuilibet Sacerdoti et Episcopo, *πάπᾱ* soli Romano et Alexandrino tribuunt, teste Goaro notis posterioribus ad Cedrenum p. 350. Olim quilibet Episcopus vocabatur nomine *ἀρχιερατικῆς ἰσχύος*, de quo Montacutius ad Photium Ep. CXI. *Apostolicus* item, velut Apostolicae doctrinae custos;

²⁴ De aetate vocis Papæ conferri possunt Ioan. Diecmanni dissertatt. duae Witteb. 1671. euulgatae.

stos; de quo titulo, Papis Rom. tributo vide Ioan. Picardum ad Anselmi Cantuar. III. 65. Epist. p. 582. nec minus *Pontifex, successor et vicarius Petri*, immo *Christi vicarius*, quae omnia Episcopus R. sibi soli arrogavit. *Sanctitas et beatitudo tua* etiam Diaconi olim compellatio fuit, vide Sirmondum ad Ennodium p. 28. A Carolo M. ad Benedicti II. tempora, antequam confirmarentur ab Imperatore, non dicebantur Episcopi, sed tantum *electi*, nec Papis accensebantur aut bullae eorum agnoscebantur, si ante confirmationem decedere contigisset. *Oecumenii* titulus Pelagii II. ad Ioan. CPolitan. A. C. 587. si vera est epistola Constantinopol. Patriarchae ad Ioannem XIX. Papam. Pagi ad A. C. 1024. n. 3. *serui seruorum Dei*²⁵ titulo Odilbertus, Archiepiscopus Mediolanensis, venit apud Mabillonium T. 4. Analector. p. 317. *Vicarii Petri* Baluz. ad Lupum, p. 428. De *Vicariis Papae* Bellarminus II. 20. de Rom. Pontifice.

De Cardinalibus²⁶ praeter scriptores Lipenio notatos videndus liber Gallicus de origine Cardinalium, (traité de l'Origine des Cardinaux du St. Siege) excusus Coloniae 1669 et rec. ib. 1670. Wagenfeilius libro de educatione Principis, Germanice edito p. 177 sq. Speelmannus in Glossario, Rev. Io. Franciscus Buddeus in libro de origine Cardinalitiae dignitatis, qui recensetur in Actis Erud. A. 1693. p. 206 sq. Iacobi Cohelii notitia cardinalatus. Romae 1653. fol. Hieronymus Platus de Cardinalis dignitate et officio, Romae 1602. 4. rec. ibid. 4ta vice 1746. 4. cura Ioan. Andr. Triae. Caroli Bartholomaei Piazzae Hierarchia Cardinalitia Italice edita Romae 1703. fol. Ludov. Anton. Muratorius in dissertatione de Cardinalium institutione, quae inserta est Tomo V. Eius antiquitatum Italiae medii aevi, p. 152 sqq. Stanislaus Sentinellus in dissert. de cardinalitia dignitate, quae habetur T. XXVI. collectionis opusculorum scientificorum et philologicor. p. 395 sqq. Pridem lon-

²⁵ Confer Io. Frid. Mayeri disput. de titulo Pont. Rom. serui seruorum Witteb. 1685. editam.

²⁶ Graecis dicuntur *καρδηνάριοι, καρδηνάλιοι, καρδηνάριοι*, vide Nili *διάλεξιν* a Salmasio editam, Cangii glossar. Cotelerii monumenta Ecclesiae Graecae p. 674 et Allatium contra Creyghtonum p. 36. Latinis *in cardine constituti, cardinati, incardinati, cardinarii*. Lindebrog. p. 1388. ad Codicem Legum antiquarum, Ludov. Donius d'Attichy, in floribus historiae collegii Cardinalium Paris. 1660. fol. 3 Voll. editis origines eorum repetit ab A. 1049. sub Leone IX. Cardinales antiquioribus scriptoribus sunt certis suis ecclesiis, paroeciis, titulis et diaconiis affixi clerici. Vide Blondellum p. 99 sq. de Iohanna Papissa femina. *Cardinare, incardinare* est clericum certae ecclesiae addicere tanquam constitutum in cardine. Vide Baluzium p. 470. ad Gratianum. Ostium ecclesiae Papa, Christi vicarius: Cardinales *ἀπόφιστες, cardines ostii*. Pachymeres in Michaele Palaeologo V. 8. p. 245. Pontificis *καρδία*, Philelfus XXXV. 12. Epist.

longe pauciores et XXIV. tantummodo fuere, primus enim numerum LXX. definiuit Sixtus V. A. C. 1588. nomenque habent exinde, quod olim praecipui Presbyteri cuiusque Parochiae Cardinales appellarentur: vide M. Anton. de Dominis L. IV. c. 5. quemadmodum *Protopapam* pro Archipresbytero dictum notauit Morinus f. 223. de sacris Ordinatt. Hodie igitur ex instituto Sixti V. Cardinales numero 70 sunt, ex quibus 6 sunt Cardinales²⁷ Episcopi, Albanus, Tusculanus, Praenestinus, Sabinus, Portuensis et Ostiensis, Presbyteri 50, Cardinales Diaconi 14, qui postremi Cardinalatu relicto saecularem vitam reperere et connubio se iungere possunt. Vide librum Gallicum Tableau de la Cour de Rome p. 229 sq. et Onuphrium Panuinium de Episcopatibus, titulis et diaconiis Cardinalium, Paris. 1609. 4. Exstat et Dominici Veneti, Episcopi Torcellani de Cardinalium legitima creatione liber ad calcem Marci Ant. de Dominis tomo 1. operis de republica ecclesiastica. Pontifex quidem quum Cardinalem creat, hisce verbis utitur: *Creamus te socium Regibus, superiorem Ducibus et Fratrem nostrum.* Recens vero creatum ceteris sistens Cardinalibus, *Habetis, inquit, Fratrem.* Ordo creationis Cardinalium exstat apud Mabillonium T. 2. Musei Italici p. 424 sqq. Cui adde Paridis Crassi de caerimoniis Cardinalium et Episcoporum libros II. Romae 1564. 4. Cardinales licet ordine minores, (etenim vsque ad Clementis III. et Bonifacii VIII. aetatem Episcopis fuerunt minores; v. Nicol. Comneni praenotiones mystagogic. p. 40.) tamen Episcopis propter dignitatem recte anteferri, vt *Exocatacoelos*²⁸ in Graeca Ecclesia disputat idem Comnenus ibid. p. 376 et 377. Pilei rubri insigne illis concessum²⁹ sub Innocentio IV. in concilio Lugdun. A. 1245. Purpurae decus a Paulo II. A. C. 1464. Quum Lucas Holstenius Cardinalem Barberinium in oratione publica Eminentissimi titulo celebrasset, ornat eosdem³⁰ ex instituto Urbani VIII. ab A. 1630. 10 Iunii *Eminentissimi* titulus, qui olim Praefecti Praetorio fuit notante Salmasio p. 155. de primatu Papae, et Seldeno de titulis honorum II. p. 668. sed et *Eminentia dignitatis* iam pridem tributa Episcopis, vt obseruat Baluzius p. 462. ad Lu-

pum

²⁷ In inscriptionibus litterarum tamen Cardinales Episcopi vel Archiepiscopi, non solent Episcopatum titulis appellari. Vide Latinum Latinum tom. 1. Epist. p. 203 sq.

²⁸ Ἐξωκατάκοιλο, fuerunt quinque maiores in ecclesia CPolitana Officiales, magnus Oeconomus, Sacellanus magnus, magnus Schenophylax, Chartophylax magnus, et Sacello praepositus, quibus Georgii Xiphilini tempore etiam Protecdicus accensebatur. Vide Comnenum loco laudato, Goarum p. 291. ad Eucholog. Cangium in Glossario Graeco p. 409 sq. et Macros in Hierolexico.

²⁹ Mabillon. T. 4. Analector. p. 565.

³⁰ Vide Clariss. Becmanni notitiam dignitatt. illustrium dissert. XVII. cap. 1.

pum Ferrariensem. Ex decreto Paulli II. A. 1468. promulgato necessario debet esse ex Cardinalium numero, qui Pontifex R. creandus est. Iuramentum Cardinalium Papam electurorum habes in Wolfii memorabil. T. 2. p. 999. Cardinales sex affecti supplicio ab Urbano VI. Vide Iacobi l'Enfant Histor. concilii Pisani T. 1. p. 46. Nouem exempla eorum, qui Cardinalitiae dignitati renuntiarunt affert Gregorius Leti in libro, cui titulus, *Itinerario della Corte di Roma*, atque inde Hubnerus Centuria VI. Bibl. Hamb. Histor. p. 194. De Gabriele Philippuccio, qui purpuram a Clemente XI. oblatam constanter renuit vide Clementis XI. Opera T. 1. p. 21. et A. E. 1707. p. 20. De Francisco Maria Mediceo, qui cardinalitia dignitate se abdicauit vide eiusd. Clementis opera T. eod. p. 31 sqq. Cardinales, qui matrimonium praetulere, recensentur in den petersburgischen Anmerkungen 1729. p. 393 sqq. De Cardinalibus *doctis* (ab A. C. 540) differit Gabr. Ioseph. Eggs in Purpura docta. Monachii 1714. fol. 3 Voll. et supplemento nouo purpurae doctae. Augustae Vindelic. 1729. fol. De *Gallis*-consulatur Petri Frizonii Gallia purpurata. Lutetiae Paris. 1638. fol. De *Cisterciensibus* Casp. Iongelini purpura Cisterciensis; *Dominicanis* purpura Dominicana; *Franciscanis* purpura Seraphica; *Mariae cultoribus* Maraccii purpura Mariana. De cardinali impubere occasione cardinalitiae dignitatis Ludouico Antonio Iacobo, Hispaniae Infanti, a Clemente XII. collatae Ioan. Georg. Estor duas edidit diatribas Ienae 1737 et 1738. 4. De Cardinali Decano vide librum Tableau de la Cour de Rome pag. 234, et B. D. Mayeri dissertationem editam Kiloniae; vt Caerimoniale Romanum et historias conclauium a pluribus vulgatas praetermittamus. De officio et potestate Cardinalis Camerarii, dissertatio Italice edita Didaci Aguirre, Icti et in collegio sapientiae primarii Romae Doctoris laudatur in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. p. 1814. Scriptores alios de Cardinalibus diligenter recensuit Caspar Sagittarius in introduct. ad hist. eccles. cap. 31. p. 771 sq. vti Scriptores de Pontificibus Romanis c. 25 sq. p. 650 sq. et ex ipsis qui Romanae Ecclesiae addicti sunt, Ludouicus Iacobus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia. De officialibus Pontificiis et Congregationibus atque Tribunalibus Curiae Pontificiae Romanae, consuli possunt Cardinali Ioan. Baptistae de Luca relatio curiae Romanae Colon. 1683. 4. et Hunoldi Plettenbergii S. I. notitia congregationum et tribunalium Curiae Romanae. Hildesii 1693. 8.

XVII. De *Archipresbyteris*, *Archidiaconis*, *Oeconomis* et *Defensoribus Ecclesiarum* Morinus de Ordinatt. parte 3. Exerc. 16. De *Archidiaconis* sigillatim Sirmondus tom. 1. Opp. p. 967. Andreas Saussaeus de *Mythicis Galliae*

liae Scriptoribus pag. 108 sq. Paschasius Quesnellus in notis ad Leonem M. pag. 883 et 894. qui Presbyteris praelatos interdum etiam fuisse obseruat p. 887. Busaeus ad Petrum Blefensem F. 24. Bibl. Patr. p. 1364 sq. Nicol. Comnenus pag. 71. praenot. mystagogic. Laurent. Dript in speculo archidiaconali. Neuhufae 1676. Franciscus Florens in tractatu de officio Archidiaconi ad calcem eius opusculorum editorum Paris. 1679. 4. Pompeius Sarnellus in epistolis Ecclesiasticis p. 186 sqq. Matthias Larroquanus in aduersariis sacris p. 251 sqq. Ioan. Paullus Kressius in libro, germanice edito, Erläuterung des Archidiaconalwesens, und der geistlichen Sendgerichte. Helmstadii 1725. 4. Io. Georg. Pertschius in libro, itidem germanice euulgato, von dem Ursprung der Archidiaconen, Archidiaconalgerichte, bischöflichen Officialen und Vicarien, und deren Unterscheid. Hildesiae 1743. 8. Archipresbyteri an inferiores Archidiaconis, vide Baluzium p. 455. 456. ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani. Nonnulla arrogata Archidiaconorum iura ad examen reuocat Io. Baptista Thiers dissertatione *de l'Étole*, et altera, *de la déponille des Curés*. De Archidiaconorum in veteri Ecclesia officiis et auctoritate exstat etiam diatriba Wittebergae pridem vulgata a Rev. D. Georg. Henrico Goezio, Praefule olim Lubecensi. De *Subdiaconis* et quatuor minoribus³¹ Ordinibus apud Latinos, et vbi serius illi obtinuerunt apud Graecos, videndus Morinus libro laudato part. 3. Exerc. 11, 12, 13, 14. Ioan. Bona lib. 1. rerum liturgicarum cap. 25. §. 14 sqq. pag. 299 sqq. et Cotelerius ad Patres Apostolic. T. 1. p. 238 sq. ad constitut. apostol. II. 25. Hypodiakonorum iam meminit Cyprianus Epistola VIII. et Cornelius Romanus apud Eusebium L. VI. Hist. c. 43. nec hac in parte fides deroganda videtur libro Pontificali Damasi, qui Subdiaconorum institutionem refert ad Fabianum Pontificem, defunctum A. C. 250. nam in primi et secundi saeculi scriptoribus nullam eorum mentionem occurrere lubens assentior Sam. Basnagio ad A. C. 35. num. 20. De illorum officiis vide praeter Morinum, notas Menardi ad sacramentarium Gregorii M. p. 280 sq. et Beueregium ad Canonem X. Antiochen. De potestate Diaconorum in administrando poenitentiae sacramento videndus auctor vitae S. Cypriani, Gallice Paris. 1716. 4. editae, et memoriae Triuoltinae 1718. p. 30 sqq.

XVIII. *Lectorum* quoque munus ex Iudaica Ecclesia in Christianam deriuatum satis antiquum esse ex constitutionibus Apostolicis, Tertulliano, Cy-

F 2

priano

³¹ Abbo Floriacensis in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo tribus gradibus specialiter distinguitur, Diaconorum, Presbyterorum et Episcoporum: nam omnes qui sunt inferioris gradus, per abusum Clerici vocantur.*

priano aliisque monumentis constat. Vide Beueregium loco iam laudato et lib. 2. Codicis Can. vindicati c. 2. §. 4. Menardum pag. 274 sq. Iosephum Binghamum Origin. Ecclesiastic. lib. 3. cap. 5. Henric. Dodwellum Dissert. Cyprianic. VI. §. 12. Ioan. Bonam rerum liturgic. lib. 2. cap. 6. pag. 647. Ioan. Meursium Exercit. critic. p. 2. c. 1. Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus Missae c. 27. Wilh. Ernestum Tentzelium dissert. de ritu lectionum sacrarum, et D. Io. Andream Schmidium in dissertationibus de Lectoribus: quanquam distinctum ordinem *Anagnostarum* fuisse in Ecclesia primis statim temporibus, non aequè certum esse videtur, quum Diaconi et Presbyteri, quin Episcopi etiã sacrae Scripturae capita in coetibus Christianorum praelegisse reperiantur. Vide Menardum p. 288. Apud Iudaeos quoque olim Sabbatis lectores septem in Synagogis erant, non statim tamen, sed quoscunque ad hoc munus idoneos *Chasan* euocaret. Vide Franciscum Burmannum parte 2. Exerc. pag. 50. et Iac. Rhenferdum de decem otiosis Synagogae pag. 258 sq. Postea vero obtinuit vt solus *Chasan* officio lectoris perfungatur. Id. p. 276. Fuerunt et *ἐρμηνευταί*, qui lectiones sacras vel etiã homilias in notam linguam ignarorum gratia interpretarentur, quod et ipsum a Iudaeis Christiani acceperunt. Vide Epiphanium tom. 1. p. 1105. Porro Lectores iidem etiã erant *Psaltae*, vnde *Psaltanagnostae* dicuntur in Nouellis Iustiniani Imp. vt notatum Valesio ad Sozomeni VIII. 24. Lectores sex latini Romae et totidem Graeci; ita etiã Constantinopoli. Alcuinus c. 29. de diuinis officiis pag. 1073.

XIX. Eodem constitutionum Apostolicarum loco ³² vbi Lectorum mentio fit, lib. 2. c. 25. memorantur etiã Cantores et Ostiarii, vbi haec annotat doctissimus Cotelerius: Quo post Apostolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores coeperint in Ecclesia institui, *adeo obscuritate inuoluitur, vt nulla possit certa coniectura deprehendi atque explicari.* Aperte quidem S. Ignatius, qui initio secundi saeculi scripsit, agnoscit solummodo tres maiores gradus, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. *Primus vero, quod sciam, Lectores nominat Tertullianus libro de praescriptione haereticorum cap. 41. Hypodiaconi autem, Exorcistae et Acoluthi non comparent ante Cyprianicas Epistolas 24, 28, 78, 79, 80, 16, 55. et Epistolam Cornelii Papae ad*
Fa-

³² Licet Constitutiones illas Clementis vel Apostolicas minime esse, eruditi consentiant, sub initia tamen quarti saeculi esse Clementi suppositas, colliges ex Eusebii Hist. vbi ait *χρὲς ναὶ πρῶν*, hoc est nuper admodum opera proluxa sub Clementis nomine venditata esse, III. 38. Hist. Neque cum hac sententia pugnant, quae *γνησιότητι* illius operis opponunt viri doctissimi.

Fabium Antiochenum ³³ in Eusebio lib. VI. cap. 43. quae etiam Ostiarios adiungit. Sed e media aetate nihil clari affertur. Augetque difficultatem, tum quod credi debeat quasdam Ecclesias hac in disciplina praeiuisse aliis exemplo suo, tum quod in Diaconis soleant clerici minoris loci comprehendendi, ut Optatus multo post introductionem Clericorum Diaconis suppositorum, postquam posuisset lib. 1. pag. 39. lib. 2. pag. 53. Ecclesiae membra, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Ministros et Laicos seu turbam fidelium, eodem lib. 2. pag. 59. subiungit: Quum sint, sicut supra dixi, quatuor genera capitum in Ecclesia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum et fidelium, pro quibus enumerantur quinque ordines Ecclesiae apud Hieronymum in Esaias caput 19. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles et Catechumeni. Itaque dubium remanet, an hic et similes constitutionum loci, a primo earum editore, vel ab earum interpolatore profecti sint. Omisi paruae auctoritatis librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet: Hic Clerum composuit, et distribuit gradus. Et in Victore: Hic fecit sequentes ³⁴ Cleros.

De Cantoribus qui et κανονικοὶ ψάλται, vide Menardum ad Gregorii sacramentarium p. 61. 62 sq. D. Ioan. Andreae Schmidii diss. de Cantoribus Ecclesiae V. et N. T. Helmst. 1708. Beueregium ad Can. 15. Laodicen. Pompeium Sarnelli Epistola 27. Ecclesiastica, vbi quoque de Primicerio siue praefecto Cantorum, de quo etiam agit Iustus Henning Boehmerus T. I. iuris ecclesiastici Protestantium pag. 582 sqq. Iosephum Vicecomitem lib. 1. c. 30. sqq. de ritibus Missae, et Matthiae Blochii dissertat. de Psaltarum siue Cantorum origine in ecclesia. Hauniae 1711.

De Ostiariis, θυρωροῖς, custodibus et conseruatoribus aedium sacrarum, Menardus p. 272. Suarezius ad S. Nili opuscula p. 669 sq. Cangius Glosario in mansionarius, παραμονάριος. Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 28. Etiam Sacrarum custodem Psalmistae iungit Ambrosius lib. 1. de officiis c. 44. vbi vide notas tom. 2. editionis praeclarae, quam Monachis Benedictinis debemus p. 69.

F 3

De

³³ Locus est insignis p. 244. vbi Cornelius testatur Romae tum fuisse πρεσβυτέρους 46. Διακόνους 7. ὑποδιακόνους 7. ἀπολόγους 42. ἐποποιούς καὶ ἀναγνώστους ἅμα πύλωροῖς 52. Viduas cum aegrotis super 1500. Romanus Martyr sub Diocletiano fuerat in Ecclesia Caesareensi Diaconus et ἐπιτοκιστής. id. de Martyribus Palaestinae cap. 3. pag. 320. Plurimum ordinum Ecclesiasticorum meminit et Pseudo-Ignatius Epistola ad Antiochenos extrema, et Epiphanius expositione fidei c. 21.

³⁴ Codices quidam legunt frequentes, male. Nam sequentes cleri sunt Acoluthi.

De *Acoluthis* ³⁵ Menardus p. 279. Caueus in primitiuo Christianismo pag. 235. Cangius glossar. in *Acolytus* et *ceroferarii*. Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 25 sq. Iosephus Binghamus origin. Eccles. lib. 3. cap. 3.

De *Exorcistis* ἐπωρευσταῖς viri docti ad Canonem 24 Laodicensi et 10 Antiocheni Concilii: Menardus p. 277 ad Gregorium, Espencaeus p. 158 sq. Opp. qui etiam de adiuratione Daemonum p. 160 sq. rerumque inanimatarum p. 163. Lindebrogius p. 1396 sq. ad Codicem Legum antiquarum, et Franciscus Baltusius S. I. in responsione secunda ad Historiam Oraculorum Fontenellianam, edita Gallice p. 188. Geuerhartus Elmenhorstius not. ad Minucium Felicem p. 69. Ioan. Bona rerum liturgic. lib. 1. c. 25. p. 519. Ioan. Bapt. Cotelerius ad constitutiones apostolic. lib. 8. c. 26. T. 1. Patrum apostolic. p. 414. Ioan. Casp. Suicerus Thesaur. ecclesiastic. T. 1. p. 1150. Ioseph. Binghamus origin. ecclesiast. lib. 3. c. 4. Vide etiam Sam. Basnagii Annales ad A. C. 54. num. 10 sq. atque Ioan. Felli notas ad Cyprianum p. 4. vbi de eo, quod *Catechetarum* simul munere functi in Ecclesia fuerunt. Eusebius VIII. 6. Hist. p. 298. in persecutione Diocletiani ait repletos fuisse carceres Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus et Exorcistis. Multa de exorcismis Iudaeorum et Christianorum Antonius van Dalen diss. de diuinationibus Idololatricis Iudaeorum, digna accuratiore examine.

De *Fossariis* siue *Copiatis* (κοπιῶντες in Pseudo-Ignatii Epistola ad Antiochenos) qui sepulturas curabant defunctorum, vide Epiphanium exposit. Fidei §. 21. Codicem Theodos. lib. XVI. tit. 2. lege 15. Cotelerium T. 2. Patr. apost. p. 112. et auctorem de septem Ordinibus Ecclesiae, inter S. Hieronymi Opera, vbi ita enumerantur: Episcopi, Presbyteri siue Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Ostiarii, et Fossarii.

De *Apocrisariis* conferatur Adami Grenzii commentatio Dresdae 1749. 4. edita.

De *Periodevtis* siue visitatoribus et tabellariis ecclesiasticis consuli potest Erdm. Rud. Fischeri diatriba de θεοδρομοῖς siue legatis ecclesiasticis edita Coburgi 1717. 8. et Gustav. Georg. Zeltneri dissert. de Theologo circuitore seu de Periodevtis veteris Ecclesiae restituendis, Altorfii 1718.

XX. Hodie *Septem ordines* agnoscit Ecclesia Romana, sed aliter ac Graeca illos computat, sic nempe: Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acoluthos,

³⁵ Antiquis Graecis ἀκόλῃται, pueri a pedibus, comitibus ministri, pagani, lacay etc. vt notauit Iacobus Duportus ad Theophrasti characteres p. 385. et Lindebrogius glossario ad Codicem Legum antiquarum.

thos, Exorcistas, Lectores et Ostiarios, de quibus omnibus vide Pontificale Romanum, Isidori Origines lib. 7. cap. 12. Stephanum Echiensem de Sacramento Altaris tom. 20. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1872 sq. Honorium in gemma animae lib. 1. c. 174 sq. id. p. 1069 sq. M. Antonium de Dominis II. 4. et 9. Rhabanum Maurum VI. 5. de vniuerso T. 1. p. 84. b. sq. et Capitularia Regum Francorum apud Baluzium T. 1. pag. 458. Graeci autem Episcoporum loco praetermittunt Acoluthos, atque ordines septem ita numerant: Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas et Ostiarios. Vide Metrophanis Critopuli confessionem, pag. 109. Ceterum exorcistas et ostiarios non ordinari ex graecae ecclesiae vsu, sed tantum velut titulos, dignitates et munera haberi notauit Comnenus in praenotionibus mystagogicis pag. 2 sq. Confer Arcadium lib. 6. concordiae. A Syris nouem ordines hierarchiae ecclesiasticae statui, ad exemplum totidem scilicet ordinum Angelicorum, notat Morinus de sacris ordinationibus pag. 498. Ceterum de vniuersa illa, quam haecenus perstrinximus, hierarchiae ecclesiasticae ratione ordinibusque singulis praeter Morinum hunc, aliosque a nobis iam laudatos consuli possunt Stanislaus Hosius p. 165 sq. Opp. Bellarminus libro de clericis tom. 2. controuers. Hadrianus Sarrauia libris de diuersis ministerii gradibus, Lond. 1590. 4. anglice, et 1611. fol. latine. Claudius Espencaeus libro 1. digressionum in epistolam 1. ad Timotheum: Ludouicus Cellotius S. I. libris X. de hierarchia et hierarchis, Rothomag. 1641. fol. et in horis subcessiuis Paris. 1648. 4. siue vindiciae illius operis aduersus Franciscum Hallierium, cuius de hierarchia ecclesiastica libri IV. Paris. 1646. fol. Ioannes Dartis de ordinibus et dignitatibus ecclesiasticis, aduersus Salmasium de primatu Papae, ibid. 1648. 4. praecipue vero Lud. Thomassinus in opere de disciplina ecclesiastica, tribus voluminibus in fol. edito ibid. gallice 1679-1684. vbi fuse et diligenter de singulorum ordinum origine, conditione, iuribus et officiis differit. His addi possunt e reformatis Gisb. Voetius parte 2. politiae ecclesiasticae, Frid. Spanhemius tom. 2. Opp. p. 1193 sq. Ioan. Christophorus Beermannus notitia dignitatum illustrium diss. XV. seq. E nostratibus Caspar. Calvoerius tom. II. ritualis eccles. Io. Bartholdus Nie-meierus et Adamus Rechenbergius diss. de titulis et gradibus ecclesiasticis: Io. Mich. Heineccius descriptione ecclesiae graecae, germanicae edita, parte III. cap. 1. etc.

XXI. Vt alicui munus sacrum publice obire liceat, requiritur in ecclesia christiana electio, et *μηνυμα* siue vocatio ab iis, qui ius habent: tum ordinatio et *χειροτονία* et consecratio, quae fit a sacerdotibus. Nonnunquam debet
etiam

etiam accedere confirmatio siue ἐπικύρωσις ac βεβαίωσις principis ac potestatis supremæ, si hoc sibi ille reseruauit. De electione per sortem, a qua ipsum clericorum nomen petatum est, vide interpretes ad Actor. I. 26. Thomassinum de disciplina ecclesiastica II. 14. Tiraquellum de iure primogenitorum p. 136 sq. Suicerum in κληρος. Notas Benedictinor. ad Ambrosium tom. I. pag. 1273. Stephanum le Moyne notis ad varia sacra p. 586. Martinum Mauritium libro de fortitione veterum Hebraeorum, Basil. 1692. 8. Binghamum origin. ecclesiastic. lib. 4. c. 1. et S. I. Baumgartenii dissert. de ministror. ecclesiastic. apud veteres Christianos ope fortitionis designatione, Hællæ 1751. Electio primo facta ab solis Apostolis per Spiritum S. motis et agitatis: post illud tempus clerus vna cum laicis, atque adeo tota ecclesia ad electionem concurrat, vt ex veteris ecclesiæ vsu demonstrat Blondellus libro de episcopis p. 197 et 379-549. Ac populi quidem consensum in episcoporum electionibus requiri solitum, in Oriente quidem vsque ad concilium Nicaenum secundum A. C. 787. Can. 3. vel saltem synodum octauam A. C. 871. Can. 22. in Occidente autem hoc viguisse vsque ad extremum sæculi duodecimi, notat Petrus de Marca VI. 2. operis de concordia sacerdotii et imperii, licet canone 13 Laodicensi, et constitutione Iustiniani imp. diu iam antea vilis plebecula ab hoc negotio exclusa esset, quod sæpe iuris illius occasione grauitè peccasset, id. VIII. 6. Perperam tamen idem illustis scriptor ius regii vel principalis consensus VIII. 2. ex requisito illo laicorum siue populi consensu deriuat, quum id potius in monarchia nitatur potestate principali et maiestate qua pollet in regno suo, vel principatu, in quo est ecclesia illa particularis, cui sacerdotes præficiendi sunt. Itaque rectius Grotius ius patronatus (κτητορικὸν δίκαιον vocant recentiores Graeci) Regio iure niti disputat, cap. 12. de imperio summarum potestatum circa sacra. De more porro et iure electionis pro diuersis locis et temporibus in ecclesia diuerso, apud eundem Marcam, Baluziumque in notis et in Isaaci Haberti ἀρχιερατικῶ p. 435 sq. (vbi sigillatim de ecclesia graeca) et apud Morinum ac Thomassinum fuse disputata videri possunt, quibus iungenda Matthiae Flaccii demonstratio quod electio præfulum et episcoporum non ad ecclesiasticos solum, sed et ad laicos, vt vocant, pertineat, quodque hi hoc iure electionis inde vsque a Christi temporibus per annos 1300 vsi sunt, subiectus editioni catalogi testium veritatis, Francof. 1666. 4. Sibi successorem eligere prohibitum vt notat Baluzius ad Lupum Ferrariensem p. 496. De electione eiusque modis atque iuribus, nec non eligendorum requisitis consulatur laudatus Binghamus Orig. Eccl. lib. 4. De aetate legitima ad ministerium videantur Edmund. Martene lib. 1. de antiquis ecclesiæ ritibus parte 2. p. 273 sqq. Nicolaus Comnenus præ-

praenotion. mystagog. p. 97 sq. Andr. Sauffay parte 2. Panopliae sacerdotalis lib. IV. cap. 4. p. 705 sqq. Ioan. Mabillonius ad Bernhardum pag. 667. Bartholomaeus Agricola in libro de aetate ineuntium officia. Neapoli Nemetum 1618. 8. Leo Allatius de aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos seruandis. Romae 1638. 8. Ioan. Brunnemannus in iure ecclesiastico p. 78. Iustus Henning. Boehmerus T. 1. iuris ecclesiastici protestantium p. 479 sqq. et Gottlieb Kahlius in comment. de aetate, qua apud Hebraeos et Christianos veteres sacra auspiciari munera moris erat. Lips. 1735. *Ad sacrum ordinem in Ecclesia ante annum XXV. Diaconi ne ordinentur, Can. XVI. Cod. ecclesiae Africanae. Presbyter et Episcopus XXXV annorum sint, Iustiniani Nouella 123. De Episcopo L. annorum vide Cotelerium ad constitutiones Apostolicas II. 1. De aetate Cardinalium creandorum* Latinus Latinus T. 2. Epistol. p. 202 sq. *Canonicus non ante annum XXIV. ad vota et sessionem admittendus. Vide statutum Wirceburgense A. 1541. apud Lunigium T. 2. spicilegii Ecclesiastici p. 1027. Clementis IV. Epistola de im- puberibus non admittendis exstat apud Martenium T. 2. Anecdotor. p. 459. Sixti IV. Epistola ad Ioannem, Arragonum Regem, qua nepotem eius puerum negat Episcopum fieri posse occurrit apud Bzouium ad A. C. 1473. N. 16. De pueris sacerdotibus videndus Ezech. Spanhemius T. 2. de vsu et praestantia numismatum p. 369 sq. De Papis et Episcopis pueris, Benedicto IX. decenni, Baronius ad A. C. 1033. Relationes innoxiae A. 1727. p. 4 sqq. Archiepiscopo Remensi quinquenni id. Bar. ad A. 925. Ioanne XII. Papa annos nato duodeuiginti id. ad A. 955. Baluzius in Papis Auenionensibus T. 2. p. 694 sq. Carol. Drelin- curtius in Apologia pro Caluino p. 18. notat, pueros quatuor annorum crea- tos Episcopos et duodecim vel octo annorum Cardinales. Nouantiqua Theo- logica A. 1702. p. 633 sq. Histoire des Ouvrages 1690. p. 524. Tresor chronologique et historique contenant ce, qui s'est passé de plus remarqua- ble et curieux dans l'etat tant civil qu'ecclésiastique depuis l'an de I. C. 1200 jusques à l'an 1647. par le R. P. Don Pierre de S. Romonuld.*

XXII. De consecratione et vnctione Sacerdotum apud Iudaeos videndi Interpretes ad Exod. XXIX. et Leuit. VIII. Fortunatus Schacchus in Myro- theciis suis, siue libris sacrorum eleochrysmatum. Daniel Weymarus de vnctione sacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1679. Georg. David Ziegra de inauguratione et consecratione sacerdotum hebraeorum. Witteb. 1682. Idem dissertationibus duabus de oleo vnctionis sacro. Witteb. 1680. Chri- stianus Zoega de vnctione sacerdotis summi. Lips. 1689. Nicol. Kleinschmid de vnctione personarum sub V. T. triplici. Rintelii 1699. Ioan. Marckius

de vñctione sacerdotum, in Exerc. textualib. p. 14. Ioan. Conr. Clasingius in *διασκέψει* de vñctione sacra typico - umbratili. Lemgov. 1717. Ioan. Mayerus in animaduersionibus in hanc *διασκέψιν*. Harderov. 1718. Frider. Immanuel Schwarzius de vñctione pontificis Hebraeorum per crucem. Witteb. 1755. De manuum impositione et ordinatione Rabbiorum, Iudaeis antiquo vsu recepta, Ioan. Morinus in opere praeclaro de sacramento Ordinationis, Paris. 1655 et Bruxell. 1686. fol. parte 3. Exerc. VII. c. 4. p. 141 sq. Idem in eodem Volumine de ritibus Ordinationis per omnes aetates Ecclesiae Christianae in Oriente et Occidente frequentatis disputat diligentissime, et parte 2. multos rituales libros Latinos, Graecos, Syriacos promit, quibus addendae formulae Ordinationum quas exhibet Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus parte 2. p. 337 sq. et iungendum laudati Haberti *ἀρχιερατικόν*, ad Graecae Ecclesiae mores cognoscendos, Paris. 1643. fol. vt ad Latinae, Pontificale Romanum, atque B. D. Mayeri museum Ministri Ecclesiae part. 1. p. 140 sq. Extat et Francisci Gallierii de sacris electionibus et ordinationibus opus Paris. 1636. fol. Illud non omittendum, quod saeculo adhuc XIII. et XIV. non ordinati sunt nisi ad certam Ecclesiam, vt haud diffitetur Natalis Alexander tom. 7. Hist. Eccles. p. 222. edit. in fol. et quod bis ordinari prohibitum, de quo Beueregius ad Canonem Apostolicum LXVIII. Dies ordinationis Episcopi natalis dictus et sollempniter celebratus est. Vide Wilh. Ern. Tentzelii Exercitatio. de natalitiis Episcoporum, quae obuia est parte prima Eiusdem Exercitationum selectarum p. 344 sqq. Ern. Sal. Cypriani Progr. de Natali Episcoporum, pag. 66. Eiusdem Programmatum, Coburgi 1708. 8. iunctim editorum, et Ioan. Henrici Stussii commentationem secundam de Natalitiis ecclesiasticis, Gothae 1737. euulgatam §. 3. De caractere indelebili ex ordinatione conferatur Christo. Matth. Pfaffii dissertatio, Tubingae 1739 edita. De translatione ab vna ecclesia in aliam vel abdicatione sacri muneris consulendi sunt Ioseph. Binghamus lib. VI. Orig. ecclesiastic. cap. 4. Beueregius ad can. apost. 14 et 15. can. Nicen. 15. Chalcedon. 5. 10. 19. Ioan. Andr. Schmidius in commentat. ad canon. XV. concilii Niceni de translationibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum, Helmstad. 1702. 4. Ioan. Georg. Walchius in dissert. de translationibus ministrorum in veteri Ecclesia, Ienae 1745. Casparis Ziegleri de Clerico renitente siue muneris ecclesiastici fuga liber memoriae b. D. Martini Geieri consecratus lucem vidit Wittebergae 1684. 4. Addatur Ioan. Fechtii dissertatio de fuga ministerii ecclesiastici. Rostoch. 1704. 4. et Sig. Iac. Baumgartenii fuga Christianorum et in specie sacerdotum ad trutinam rationis et reuelationis exacta. Halae 1755. Ad amicum, qui propter molestias a Collega susti-

sustinendas curam pastorem abicere cogitabat grauis exstat epistola Anselmi Lucensis T. 1. anecdotorum Martenii pag. 210 sq. Depositi quum interiecto tempore restituebantur non reordinati sunt, sed redditus gradus per instrumenta et vestimenta. Vide Fulbertum Ep. 25. T. 18. Bibl. Patr. edit. Lugd. pag. 12.

XXIII. De beneficiis et redditibus Ecclesiasticis, qui initio post communionem bonorum ³⁶ de qua Act. II. 44. fuere ex oblationibus et eleemosynis fidelium, deinde a Constantini M. aetate ex certis foundationibus, legatis atque donationibus ad Ecclesias certas pertinentibus, ex decimis item, atque aliis eiusmodi dotibus ac constitutionibus, denique a septimo saeculo ex agris fundisque immunibus donatis vel attributis, videndus liber Italice plus simplici vice editus atque latine etiam versus a Carolo Caffa, atque sub *Paulli Sarpii* Veneti nomine vulgatus, Ienae 1681. 12. *de materiis beneficiariis seu beneficiis Ecclesiasticis*: et Gallice ³⁷ ab Ameloto de la Houssaie. Paris. et Amstelod. 1692. 12. cum notis, atque anglice 1727. 8. quanquam non est Paulli illius, scripta Tridentini concilii historia celeberrimi, sed amici eius *M. Fulgentii* Brixienfis, monachi Seruitae, Sarpio in multis similis, cuius etiam vitam scripsit. Vide Rich. Simonis epistolas selectas parte 3 Epist. 17. p. 115. qui ipse Simon sub nomine *Hieronimi a Costa* librum edidit eiusdem argumenti Gallice, de origine et progressu reddituum Ecclesiasticorum, *Histoire de l'origine et du progrès des revenus Ecclesiastiques* 1684. 12. Eius summa capita videre licet tum in Actis Eruditorum et nouellis Reipublicae litterariae illius anni, tum in praeclari viri Viti Lud. Seckendorffii historia Lutheranismi lib. 1. pag. 236 sq. His utique praeter eiusdem Rich. Simonis lib. 3. Bibl. criticae cap. 32 et 33. et alterius Richardi Abbatis librum des pensions Royales, Parisiis 1719. 12. editum, quo probat, Regem etiam posse Laicis ex beneficiis ecclesiasticis, quae ipse conferendi habet potestatem, pensiones assignare, atque *Theoph. Raynaudum* tomo XII. operum, iungendum vastum atque eruditum opus *Ludouici Thomassini* ³⁸ in Oratorio Gallicano Presbyteri, post

G 2

³⁶ Illa bonorum communio apud primos Christianos fuit liberalis potius rerum necessariorum communicatio, quam ut nemo quicquam proprii habuerit. Vide Salmasium libro de usuris p. 655 sq. Ioan. Laur. Moshemii diss. de vera natura communionis bonorum inter primos Christianos. Helmstadii 1725. editam, et recusam Vol. II. Eius dissert. ad H. E. pertinentium p. 1 sqq. et Ioan. Mich. Lorentzii diss. de communione bonorum in primitiua Ecclesia. Argentor. 1751 euulgatam.

³⁷ Vide summarische Nachrichten der Thomassischen Bibliothek p. 246 sq.

³⁸ Epitome operis Thomassiniani a Lerioto edita est A. 1702. et alia accuratior ab Anonymo A. 1717. 4. sub titulo: *Ancienne et nouvelle discipline de l'Eglise touchant les benefices et beneficiers*. Vide Journal des Savans A. 1718. p. 20.

post binas Gallicas editiones ab auctore versum latine, editumque Parisiis 1688. fol. tribus voluminibus, et nouissime gallice Paris. 1726. itidem tribus voluminibus in folio; in quo de beneficiorum Ecclesiasticorum origine, variis generibus, administratione per Episcopos, Oeconomos, Defensores, et multiuario abusu copiose differitur. *Ioseph. Binghamus* lib. V. origin. Ecclesiasticarum. *Martin Schoockius* de bonis vulgo ecclesiasticis dictis. Groning. 1641. 4. *Arnoldus Coruinus a Belderen* de personis et beneficiis ecclesiasticis, Francof. 1708. 4. et *Melchior. Pastoris* tractatus de beneficiis ecclesiasticis, et de bonis ecclesiae acquirendis et conseruandis, qui habentur in operibus eius Tolosae 1712. fol. editis. *D. Casparis Ziegleri τοῦ μακαρίτου* de dote Ecclesiae eiusque iuribus et priuilegiis liber prodiit Witteb. 1676. 4. De oblationibus consulendi sunt Pompeius Sarnelli c. 27. antiquae Basilicographiae. *Christ. August. Saligius* lib. III. de diptychis veterum pag. 36. *Gothofred. Christoph. Claudius* histor. fratrum sportulantium pag. 1. c. 7. *Franciscus Berlendus* in libro italice sub hoc titulo: *Delle oblationi all' Altare antiche e moderne* Venetiis 1733. 4. euulgato, ibidemque 1737 recuso, et latine verso 1743. *Cangius* in glossario voce *Saccus*. *Salomo Deylingius* p. 300 sqq. obseruationum miscellanear. *Henr. Linckerus* de iuribus templorum cap. 8. *Chr. Wilduogelii* dissert. de oblationibus, quae fiunt per sacculum sonantem, Ienae 1705. *Casp. Henr. Hornii* obseruationes circa iura eleemosynarum et aliarum collectarum, templorum et betularum pentecostalium. Witteberg. 1716. 4. et *Octav. Ferrarius* l. 26. de ritu concionum sacrarum. De pluralitate beneficiorum, siue licita, siue illicita ex moribus et disciplina Ecclesiae, vide *Guilielm. Parisiensem*, *Ioannem de Lignano*, et *Claudaei Pacaei* librum A. 1650. editum, (de quo du Pin tomo 17. p. 265 sq.) *M. Anton. de Dominis* lib. 9. cap. 10. *Natalem Alexandrum* T. 7. H. E. pag. 228. b. sq. et *H. Whartoni* scriptum editum, Londini 1692. 8. *A Defense of Pluralities, or holding two benefices with cure of souls, as non practised in the Church of England.* Leges Principum de non donandis vel legandis Ecclesiae bonis immobilibus exhibet *Zimmermannus* de montibus pietatis p. 706 sq. Pensiones e beneficiorum ecclesiasticorum fructibus delibatae non memorantur ante concilium Chalcedonense. Vide *Pagium* ad A. C. 451. n. 61. De officio et iurisdictione *Datarii* nec non stilo *Datariae* consulendus *Theodori Amydeni* tractatus, editus Paris. 1654. et recusus Colon. 1701. fol. De defensoribus ecclesiarum, ciuitatum, senatus et pauperum *Pagius* ad A. C. 407. De sacrilegio laico siue bonis ecclesiasticis per Laicos vsurpatis *Ioannes Filesacus* in variis opusculis, Paris. 1614. 8. De beneficiis Ecclesiae non in luxum, sed post Clericorum honestam sustentationem in alendos pauperes impendendis,

dendis, *Ioan. Baptistae Thiers* aduocatus pauperum de quo libro videndus *Elias du Pin* tom. 18. pag. 275. De origine et institutione *Paroeciarum* vide *Ioannis Frontonis* Epistolam ad *Guronium*, *Tutelensem* Episcopum, *Ioann. Filefacum* lib. laudat. diatriba tertia. *Ioannem Seldenum* histor. decimarum cap. 6. §. 3. p. 80 fqq. et *W. Kenneti*, Episcopi olim *Petroburgensis*, *Parochial Antiquities*.

XXIV. *Monachos* 39, antequam sacris Ordinibus initiati, Laicos appellant tum Synodi tum Patres, vt notauit *H. Noris* somnio XXVIII. *Francisci Macedo*, *M. Antonius de Dominis* II. 12. de Rep. Eccles. *Alteserra* VII. 2. *Asceticon*. *Franciscus Hallier* libris de hierarchia Ecclesiastica, et *Iosephus Vicecomes* lib. 1. de ritibus *Missa* cap. 3 sq. vbi iam ab A. C. 495. Clericis 4^o accensitos remque sacram peregrisse probat. Igitur a Geruasio in vita *S. Martini* praeter rem scriptum est eos a Cleri functionibus et Ecclesiasticis dignitatibus exclusos fuisse, quod facile refellit *P. Badierius* *Monachus Benedictinus* in libro Gallice edito de sanctitate status Monastici, *Parif. A. 1700*. Clericis etiam praeferuntur Monachi ab *Abbone Floriacensi* in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo inter Laicos et Monachos medius, quantum est superior inferiore, tantum inferior superiore*. Mox pag. 398. notat ex Monachis Clericos ordinari, et ex Clericis Monachos fieri. Non ab re igitur fuerit de illis etiam hoc loco pauca quaedam subiungere. Ac per tria quidem prima a Christo nato saecula nullos Monachos in Ecclesia Christiana fuisse non diffitetur *Elias du Pin* in *Biblioth. Scriptorum Eccles.* in Append. ad tom. 6. p. 25. Apostolorum certe temporibus ne vestigium quidem fuisse Monasticae vitae affirmat *S. Chrysostronus* Homil. 25. in Epist. ad Hebraeos. Quanquam enim *Philo Therapeutas* tanquam genus quoddam Monachorum videtur describere, tamen ex eo ipso *Philone* non de Christianis, sed de *Iudaeis Essenis* esse sermonem viri docti colligunt: Vide Epistolas Gallice *Parif. 1612*. de Therapeutis *Philonis* editas pag. 150 sq. 262 sq. Et quanquam *Marcion* Haereticus ab *Epiphanio* in Haeresi *Marcionitarum* μονάζων appellatur, hinc tamen Monachos primo iam saeculi secundi quadrante in Ecclesia fuisse nolim colligere cum *Thoma Millefio* in notis ad *Cyrillum Hierosolymitanum*

39 Monachus, qui suo more viuit, caelebs. In catena ad *Marcum* p. 86. Laicis in coniugio viuentibus opponuntur ἐρημικοὶ et οἱ ἐν κοινοβίῳ μελανεϊμονόητες. Conf. *Iac. Gothofredum* ad *Libanium* pro templis p. 45.

40 *Petrus Diaconus* IV. 78. chronici *Casinensis*: A principio nascentis Ecclesiae duos ordines fuisse notissimum est, vnum qui laboraret in verbo et doctrina, alium qui orationi vocaret; vnum qui actiue, alium qui contemplatiue inserviret, Clericos et Monachos.

num pag. 60. quoniam vocabulo illo tantum solitaria vita ⁴¹ Marcionis notari potuit. Quarto autem post natum Christum saeculo iam frequentes Monachi esse coeperunt, qui ducti sanctimonia *Pauli Thebani*, Eremitarum primi, qui circa A. 251. desertum intrauit anno aetatis vix decimoquinto, tum *S. Antonii*, cuius vitam Athanasius scripsit quique vitam monasticam amplexus est circa A. 270. et de quo conferatur Dieterici Reimboldi dissertatio de Antonianis seu fratribus S. Antonii sub praesidio I. E. Kappii, Lipsiae 1737 habita; vel S. Amunis siue Ammonis primi conditoris coenobii in monte Nitriae circa A. C. 304. et Pachomii primi regulae monasticae et monasterii Tabennensis conditoris circa A. C. 325. Horum exemplo vitam sectari sunt vel *Anachoretarum* (qui etiam Cellioetae, Eremitae, ἐρημικοί, Ascetae, Einsiedeler, ἑγκλειστοί ⁴², *inclusi*, de quibus Sirmondus ad Godfridi Vindocinensis IV. 48. Epist. tom. 3. Opp. p. 385.) vel *Coenobitarum* siue *Synoditarum* et in commune viuentium in aliquo Monasterio. Ne dicamus de *Sarabaitis* ⁴³ siue *Remboth*, qui bini vel trini suo arbitratu viuebant, de quibus Hieronymus Epist. 22. ad Eustachium; et Michael le Quien in prolegom. ad Damascen. p. VII. Et de *Stylitis* a Simone Stylita, medio saeculo V. de quo Allatus lib. de Simeonibus; Frider. Georg. Lautensack singulari dissertatione, Witteb. 1700 edita, et Vrbanus Godofr. Siberus in commentat. de sanctis columnaribus, Lips. 1714 euulgata. Vide etiam de variis gradibus Ascetarum, *μοναζόντων*, Monachorum, Eremitarum Suarezium ad S. Nili opera p. 680 sq. Iosephum Binghamum in originibus siue antiquitatibus ecclesiasticis anglice editis, libro septimo, vbi etiam de virginibus et viduis Ecclesiae Christianae, D. Salomonem Deylingium in diss. de Ascetis veterum, subiecta parti tertiae obseruationum sacrarum p. 441 sq. Laur. Arrhenii specimen academ. de Eremitis, Vpsaliae 1726. 8. editum. Abbatem Fleury in diss. praemissa tomo vicesimo Historiae Ecclesiasticae gallice editae. Et librum Norimbergae 1725. folio hoc indice editum: *Eremitae primi, Anachoretae, ordinum religiosorum institutores, propagatores, reformatores LXXX aeneis figuris excusi, elogiis laudati*. Ab illo tempore non tantum numerus mona-

⁴¹ Sic *μοναχῶν* vocabulo vsus Symmachus Psalm. LXVIII. 6. *δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν*, vbi septuaginta interpretes: *κατοικίζει μονοτρόπος ἐν οἴκῳ*, al. *μονοζῶσς*.

⁴² De primis illis vitae eremiticae et monasticae conditoribus accurate differunt Tillemontius T. VII. memoriar. H. E. vbi etiam p. 531 et 532. de Eusebio Vercellensi, a quo Canonici regulares, et Vir Summe Venerabilis Ioan. Georg. Walchius pag. 1664 sq. H. E. N. T.

⁴³ Ex Bonifacii VIII. decreto monachis ac monialibus monasterio sine grauissima causa egredi vetitum, quod vsque quaque obseruatum etiamnum obseruari optat Ioan. Baptista Thiers, libro *de la clôture des religieuses*, A. 1681.

monachorum et monialium auctus est mirum in modum, sed etiam diuersae regulae, diuersa instituta ac genera ⁴⁴ vitae monasticae in Oriente et Occidente excogitata. Vide codicem regularum editum a *Luca Holstenio* Rom. 1661. 4. distributumque in partes tres, quarum priore habes regulas monachorum Orientis, S. Antonii Abbatis, S. Isaiiae Abbatis, SS. Patrum Serapionis, Macarii, Paphnutii et alterius Macarii Abbatis Nitriensis (quam ediderat Petrus Rouerius S. I.) S. Pachomii, S. Oriesii, Incerti et S. Basilii: in parte secunda regulas monachorum Occidentis, S. Benedicti Abbatis Casinensis, Incerti, SS. Paulli et Stephani Abbatum, S. Caesarii Arelatensis, S. Aurelii Arelatensis, S. Ferreoli Vcetienensis, S. Columbani Abbatis monasterii Turnatensis, S. Isidori Hispalensis, S. Fructuosi Braccarenensis, Regulam Magistri, et Grimlaici regulam solitariorum. Parte tertia regulas virginibus obseruandas S. Augustini, S. Caesarii et Aureliani Arelatensium, S. Donati Vesontini, alterius cuiusdam Patris et S. Leandri Hispalensis, atque B. Aelredi Abbatis Rieuallensis, subiuncta adhortationum ad monachos et virgines appendice. Exstant etiam Hugonis Menardi notae ad concordiam regularum S. Benedicti, Abbatris Anianensis. Paris. 1638. 4. Petrum quoque Rouerium S. I. editioni codicis regularum monasticarum insudasse testatur Sirmondus tom. 4. operum p. 686. S. Hieronymi regulam monachorum e scriptis eius collectam per Lupum de Oliueto habes tomo V. operum S. Hieronymi pag. 343. edit. Ioan. Marcianaei.

XXV. Quum ita pro suo quique genio et captu viuerent et sectatores suos haberent, non mirum plures etiam ordines monachorum et monialium ortos fuisse, quorum numerus auctus praecipue per saeculum XIII et XIV. Illorum singulorum notitiam dare, integrorum voluminum opus, qualia sunt *Philippi Bonanni* S. I. catalogus ordinum religiosorum, italice et latine vulgatus Rom. 1706. 4. et germanice Norimberg. 1711. 8. vel *Hermantii* (diuersi ab eo qui vitas Athanasii, Basilii et aliorum condidit) historia ordinum religiosorum et congregationum regularium et saecularium Ecclesiae, Paris. 1710. 12. quatuor voluminibus, gallice. Paulli Morigii *Istoria de' personaggi illustri religiosi, diuisa in V libri, et Istoria dell' origine di tutte le religioni, che sono stato al mondo in tre libri.* 1569. Syluestri Maurolyci *Ma-re Oceano di tutte le religioni.* Messina 1613. fol. Petri Crescentii *Troupes* Ro-

⁴⁴ Quadruplex fuit vitae monasticae prorsus singularis species, medio aevo aut nouiter introducta, aut, quum iam antea vsitata esset, valde amplificata, quae religionis quadratae nomine insigniretur, quam accuratè exposuit Christ. Gott. Roeherus in commentatione de Religione quadrata, Lipsiae 1741. in lucem emissa.

Romaines, ou milices Ecclesiastiques, et religions militaires et claustrales. 1648. *Hippolyti Helioti* (cuius censura de Hermantii opere memoratur in *Ephemeridibus Parisiensibus* Anni 1711. mense Martio pag. 335. edition. Amstelodamensis) *Historia ordinum religiosorum*, quae gallice Parisiis 1714-1719. tomis octo in forma quadripartita edita est; et nuper germanice versa prodiit Lips. 1753 sqq. octo itidem tomis in forma quadripartita. *Histoire du Clergé seculier et regulier.* Amstelod. 1716. Voll. 4. in 12. *Gregorii Riuii* (*Georg. Burc. Lauterbachii*) *monastica historia Occidentis.* Lips. 1737. 8. Quae Bero- lini 1751. 8. Voll. 7. gallico sermone euulgata est historia monastica satirae potius, quam historiae nomen meretur. Praeterea ordines Monachorum persequitur *Franciscus Modius* in libro de ordinum Ecclesiasticorum origine, progressu et vestitus ratione. Francof. 1585. 4. *Ioannes Creccelius* de origine et fundatione monasteriorum, Francof. 1614. 4. et Michael Geddesius Anglus in tractatibus miscellaneis patria lingua editis tom. III. diff. V. Lond. 1706. 8. Iampridem quoque et gallice Amstel. 1688. 1695 et germanice A. 1692. 8. Augustae Vindelicor. prodiit historia ordinum religiosorum, kurze und gründliche Historien vom Ursprung der geistlichen Orden, der Mönche und Klosterjungfrauen, nebst beigefügter Vorstellung der Ordenshabite. A Bonanno ordines monachorum referuntur CXL. et monialium CVIII. His iungendus denique est *B. Lutherus* tom. 3. Opp. edit. Altenburg. p. 381 sq. *D. Ioa- chimi Hildebrandi* liber de Religiosis eorumque ordinibus, Helmst. 1701. 4. Praeterea de rebus et antiquitatibus monasticis videnda *Daldini Alteserrae* *Ascetica* siue origines monasticae libris X. tum *Claudius Delleus* in antiquita- tibus status monastici et religiosi, editis gallice A. 1699. *Ioan. Creccelius* de origine et fundatione ordinum monasticorum, Francof. 1614. 4. *Matthaei Galeni* origines monasticae, Dillingae 1563. 4. *Prosperi Stellartii* chronolo- gia monastica, Duaci 1627. 4. De studiis monasticis eximius Io. Mabillonii liber e gallico versus latine etiam lucem vidit interprete Vdalrico Staudigleo, Campoduni 1708. 8. quo in opere probat monachos perinde vt viros ecclesia- sticos neuiquam dedecentia aut illis indigna esse bonarum litterarum. sacra- rum praecipue studia. Quanquam enim Mabillonii sententiam infringere studuerunt Armandus Ioannes Bouthillier, Abbas Trappensis et I. Carrelius; tamen constat per multa saecula litteras alibi fere exulantes, in monasteriis hinc inde inuenisse perfugium, et monasteria passim fuisse scholarum loco in quo adolescentes erudirentur, (vti Hildebertus Cenomanensis p. 285 edit. quae scholares iungit claustralibus,) quum alios longe lateque studiorum vel odium vel certe ignoratio occupasset. Confer Iacobi Goetten lib. 2. obseruationum cap. 4. Similiter certum est monachos olim labore ho- nesto

nesto 45 vel opificio vitam tolerasse, neque per otium consumsisse quae alii Christiani sudore multo comparassent. Confer Alteserram lib. V. Asceticon. c. 8 sq. et Gundlingium ad Eustratii delineationem Ecclesiae Graecae p. 21 sq. Monachis praesunt Abbates, siue Archimandritae, Monialibus Abbatissae. Explicatio historica caerimoniarum benedictionis Abbatissae (quales describuntur in Pontificali Romano) inserta est memoriis litterariis Treuoltinis A. 1708. p. 1531 sq. auctore Claudio de Vert. id. p. 1336. Sed ad singula monastica instituta descendere non est nostri instituti, de quibus post *Ioannem Cassianum* aliosque, *Edmundus Martene* in praeclaro opere de antiquis monachorum ritibus, distincto in libros V. editoque Lugd. 1690. 4. atque in commentario historico ad regulam S. Benedicti, eodem anno vulgato Paris. in 4. *Ioannes Mabillonius* in praefatione ad Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, saecul. 1. p. 7-11. et *Ludov. Anton. Muratorius* antiquit. Ital. medii aevi T. V. p. 361 sqq. *Canonicorum* in Ecclesiis cathedralibus collegia originem debent saeculo VII. regulamque primum acceperere tempore Ludouici Pii Imp. vt notauit Baluzius ad Lupum Ferrariensem p. 372 sq. Confer M. Antonium de Dominis II. 9. Gabrielis Pennoti historiam Canonicorum regularium, quos non ab Apostolorum tempore, vt ille, sed ab A. 1039 repetit Antonius Pagi in critica Baroniana, et Raymundi Chaponelli Canonici Regularis S. Augustini et Prioris S. Eligii historiam Canonicorum quae sine nomine auctoris prodiit gallice Parisiis 1699. 12. et recensetur in actis Erud. tom. 3. supplementi p. 355. In eo autem quod Chaponellus contendit Clericos et Canonicos ante saeculum XII. nihil proprii possedisse, refellitur ab Ludouico Hugone Ord. Praemonstratensis monacho in censura historiae Canonicorum, *Critique de l'Histoire des Chanoines*, Luxemburg. 1700. 8. De vita communi Clericorum nihil proprii possidentium conferatur *Pompeius Sarnelli* in libro Italice edito Romae 1688. 4. qui inscribitur, *il Clero secolare nel suo splendore*; in cuius capite 17. is contendit, Clericos imitatos esse communionem bonorum, quae fuerit inter

Apo-

45 S. Maximus ad Dionysium T. 1. p. 395. Σημείωσαι ὅτι πολλά κολύβηται ὁ Μοναχὸς ποιεῖν, ὧν οἱ λαικοὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν, οἷόν ἐστι γάμος, καὶ τὸ σιτολαλείας ἢ ἐμπορίας ὀμιλεῖν, καὶ ἑτέροις ἐν οἷς ὁ λαικὸς οὐ κατακρίνεται. Nota, multa monachis esse prohibita quorum facultas et potestas laicis est, vt nuptias, militiam et commercia frequentare, et similia, quae in laico non damnantur. Theophilus Raynaudus, S. I. sub nomine Renati a Ville scripsit librum, cui titulum fecit *Hipparchum*, dicauitque Urbano VIII. atque in eo ostendit, monachum non decere exercere commercia. Idem liber gallice e latino versus A. 1714. Amstelodami in forma octopartita prodiit, sub titulo: *le Moine marchand*, ou *Traité contre le commerce des religieux*. De negotiatione Clericis interdicta vide Ferd. Mendozam ad concil. Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1156 sq. et de vsuris interdictis pag. 1161.

Apostolos; aut monachos imitatores fuisse primorum Christianorum laicorum. Omittimus alia quae videri possunt apud Casparem Thurmannum in Bibliotheca Canonorum. Halae Magdeburg. 1700. 4. De ordinibus equestribus siue cruciatis et religiosis, siue saecularibus atque militaribus videndi scriptores laudati in actis Eruditorum tom. 2. supplementi p. 498 et 502. et a Christiano Gryphio τῷ μακαρίτη in limine libri editi germanice anno 1709. 8. kurzer Entwurf der geist; und weltlichen Ritterorden, quibus addendi Hermantius supra memoratus in historia ordinum militarium, Rothomagi anno 1698. 8. et eorundem ordinum descriptio ⁴⁶ lingua flauonica siue russica, additis (ad Belgicae editionis exemplum ⁴⁷ quam anno 1697. 8. Amstelodami dedit Adrianus Schoenbeckius) iconibus in aes incisus insignium, vestium et ornamentorum, quibus equites ordinum CXIII vtuntur. Aegidius Andr. de la Roque in libro de origine nominum et cognominum, gallice vulgato Paris. 1681. 12. Petrus Lagerloef in disquisitione de ordinibus equestribus, Holmiae 1696. Philippus Reinhardus Vitriarius de equitibus et ordinibus equestribus Lugd. Batav. 1707. Ioan. Christophorus Becmannus in notitia dignitatum illustrium diss. XIX. sq. Francisci Menenii deliciae equestrium siue militarium ordinum, insertae Gualteri chronico chronicorum ecclesiastico, tomo 2. p. 46 sqq. Honoratus de S. Maria in *dissertations historiques et critiques sur la chevallerie ancienne et moderne*. Paris. 1718. 4. et *Histoire des ordres militaires ou des chevaliers, des milices, seculieres et Regulieres de l'un et de l'autre sexe, qui ont etablies jusqu' à present*, quae ex Iustiniano, Bonanno, Hermantio, Schonebeckio, Helio, et Honorato de S. Maria congesta, et praemissa Iacobi Basnagii diss. de duellis edita est Amstelod. 1721. 8. quatuor voluminibus. Vincentius Coronelli tomo XIX. Lexici vaegrandis vniuersalis, edi coepti Venetiis lingua italica, vbi sub voce *Canaglieri* comparet non sine auctario *Bernardi Iustiniani*, Veneti, historia chronologica ordinum equestrium, edita in lucem Vener. 1670. atque auctior 1692. fol. Idem, quem paullo ante laudauimus, *Philippus Bonanni*, S. I. etiam ordinum equestrium centum et quinquaginta imagines atque descriptionem Clementi XI. Pontifici Maximo obtulit, Romae anno 1713.

⁴⁶ Acta Erud. Tom. 3. supplem. p. 534. et A. 1714. p. 487.

⁴⁷ Titulus Belgicae editionis est: *Historie van alle Ridderlyke en Krygs-Orders, haar Dragten, Wapen, en Zintecken, in t' Koper gesneden door Adrian Schoonebeck.*

CAPVT XIV.

Scriptores de Republica ac Magistratibus Hebraeorum,
Graecorum, et Romanorum.

De Republica Hebraeorum. 1. *Synedrio magno.* 2. *Iure Regio.* 3. *Aechmatarchis etc.* 4. *De Politica Aegyptiorum.* 5. *Graecorum Republicae.* 6. *Atheniensium et Lacedaemoniorum.* 7. *De Corpore Achaico et Aetolico.* 8. *De Rep. et Magistratibus Romanorum.* 9, 10, 11, 12. *Inauguratio, Insignia, Tituli.* 13. *Ordines in Rep. Nobilitas, Ius Ciuitatis etc.* 14. *Notitia Dignitatum utriusque Imperii.* 15. *De Rebuspublicis commentitiis.* 16.

I.

Hebraeorum Rempublicam singulari quadam regiminis forma, quam *Theocratiam* vocat Iosephus IV. 8. Antiquit. et lib. 2. contra Apionem, p. 1071 administratam fuisse, tempore Mosis, Iosuae et Iudicum, licet Moses Deut. XXXIII. 5. et Iudices Iudic. IX. 6. XVII. 6. XVIII. 1. Reges appellentur, antequam in externae monarchiae formam¹ sub Saulo mutaretur, ostendit D. *Adamus Rechenbergius* in diss. de ficta Hebraeorum ante Regem Saulum monarchia ciuili, Lipsiae 1687. tom. 1. dissertat. historico-politic. p. 336 sq. contra *Seldenum* II. 2. de Synedr. *Nicolaum Apati* in vita triumphante ciuili. Amstelod. 1688. 8. et *Adr. Houffinum*, qui ante Saulis tempora monarchiam in republica Iudaica obtinuisse singulari libello probare conatus est, Lugd. Batav. 1685. 12. impugnato etiam a *Sam. Puffendorffio* in appendice ad librum de habitu religionis Christianae. Cum hac Theocratia non nisi temere aliquis contulerit *Διοκρατεῖαν* Atheniensium, aut Remp. Panensem et vniuersorum Panchaiae insulae incolarum, causas maioris momenti ad Sacerdotes referentem, de qua *Diodorus Siculus* V. pag. 220. 221. vel quod *Iulius Caesar* apud *Dionem Cassium* recusat Diadema, mittitque in Capitolium, dictitans quod *Iupiter solus sit Romanorum Rex*. Ceterum de

H 2

Theo-

¹ Etiam sub regibus adhuc durasse Theocratiam contendit *Dartisius* in singulari dissertatione Gallice edita in volumine, quod inscribitur, *Recueil de trois ecrits importants à la religion*. Hagae 1714. 8. Theocratiae insignia specialia Deo tributa, thronum, sedem, curru, sceptrum, librum, arma, exercitus, etc. illustrat *Ioan. Christo. Beckmannus* in dissert. de Anthropopathia actionum humanarum. c. 2. Franc. ad Viadr. 1715. *Ioann. Henr. Hottingerus* lib. 1. Smegmatis orientalis p. 205. obseruat in V. T. historia species quatuor administrationis, 1) oeconomicam ante Mosen. 2) theocraticam, 3) monarchicam, 4) aristocraticam.

Theocratia Iudaica agentes praeterea consuli possunt Ioan. Wandalinus lib. 3. de iure regio cap. 2 sq. et quae praeter Io. Marshamum pag. 226 sq. Canonis chronici, et Ioannem Spencerum lib. 1. de legibus Hebraeorum 111. 300 sq. Herm. Witfius oratione de Theocratia Israelitarum, quae in eius Miscellaneis et ante Th. Godwini Mosen et Aaronem, latine in Belgio et Bremae recensum exstat. Melchior item Leydeckerus de Rep. Hebr. lib. V. c. 1. Io. Iacobus Schudt prolegomenis ad vitam Iephthae, nec non in compendio historiae Iudaicae ad Iustini XXXVI. 2. Francof. 1700. 8. Auctor dissertationis de Theocratia Israelis ², editae, ut probet Christum semper Principem gentis Iudaicae peculiariter fuisse ab exitu ex Aegypto usque ad destructionem templi secundi. Salomo Deylingius in dissertatione de Israele Iehouae Dominio ad Pf. XIV. 2. Lips. 1723. Ioannes Fidalcke in dissertatione de Theocratia Iudaeorum. ibid. 1728. et Henricus Hulsius in dissertatione de Iehouah Deo, rege ac duce militari Israelis, quae prima est in Eius commentario in Israelis prisca prerogatiuas ac bona. Lugd. Batav. 1713. 4. euulgato. Henningi Bernh. Witteri liber editus Hildesiae 1711. 4. qui inscribitur, *Iura Israelitarum in terram Palaestinam*, est plenus paradoxis commentarius in Genesim. Ad eum obseruationes quasdam edidit Ioan. Hermannus ab Elswig. Witteb. 1712. 4. Iudaeorum populum in Aegypto atque Aegyptiorum tyrannide liberatum adeo stupidum et incultum haud fuisse, uti a viris quibusdam doctis arguitur, declarat Edmundus Dickinson in physica veteri et vera c. XIX. et D. Salomo Deylingius oratione de Israelitarum ingenio, ad calcem partis 1. obseruationum sacrarum, Lips. 1708. 4. De adolescentia Reipublicae Israelitarum sub temporibus Iudicum, hisque proximis, exstat D. *Gustavi Georgii Zeltneri* liber editus Norimbergae 1696. 8. ad 1. Regg. VI. et Act. XIII. 20. et *Daniel Guil. Molleri* de XII Iudicibus exercitatio, Altdorfii 1709. Praeterea notissimi sunt de Republica Hebraeorum libri praeclare scripti a Cornelio Bonaventura Bertramo, Carolo Sigonio, Ioanne Stephano Menochio, aliisque. *Bertrami* liber de Republica Hebraeorum, Theodoro Bezae inscriptus, lucem adspexit primum Geneuae 1574. 8. deinde notis illustratus a *Constantino l'Empereur* Lugd. Batav. 1641. ab eoque tempore cum huius viri docti notis recens inter criticos sacros Anglos, Londini primum deinde Amstelodami, tum Francofurti vulgatos, tomo VIII. Ioannis Nicolai annotationes in laudatum Bertrami libellum nunc primum edidit Sigeb. Hauercampus Lugduni Batav. 1740. 8. *Caroli Sigonii* libri III. de Republica Hebraeorum lucem primo adspexerunt Bononiae 1582. 4. deinde saepius prelis iterum subiecti tum seorsim, tum aliis iuncti scriptis ab eodem Sigonio compositis. Denique cum

² Journal littéraire, Tom. 3. p. 473. Hagae Comit. A. 1714. 8.

cum notis siue colleſtaneis *Ioannis Nicolai* Helmſt. 1685. 4. iisque longe au-
 ſtioribus Lugd. Batav. 1701. 4. *Ioannis* quoque *Braunii* viri clariffimi notas
 ineditas in Sigonium memorari video in Actis Eruditorum A. 1702. pag. 64.
Petri Cunaei libri III. de Republica Hebraeorum Lugd. Batav. 1632. et ſaepe
 poſtea excuſi, criticisque Anglis itidem inſerti ſunt, hinc in Belgicam linguam
 conuerſi, ſuppletique ac continuati a *H. W. Goerée* Amſt. 1685. et in Galli-
 cam 1705. 8. 3 Vol. Nec minus latine iterum editi cum notis *Ioannis Nicolai*.
 Lugd. Batav. 1703. 4. *Ioannis Stephani Menochii* opus de Republica Hebraeo-
 rum, omnis generis antiquitates hebraicas ſimul attingens, prodiit Pariſiis
 1648. 1651. fol. *Hermanni Conringii* de Republica Hebraeorum diſſertatio
 Helmſtadii ſeparatim primum, deinde cum eius libro de Numis hebraicis
 edita et nouiſſime a Thoma Crenio inſerta ſcicculo 2 opuſculorum ad hiſto-
 riam et philologiam ſpectantium, *Ioachimi Ludouici Reimeri* de Republica
 Hebraeorum libellus perbreuis vulgatus Hafn. 1657. 12. et Altenb. 1671. 12.
Edonis Hilderici, Friſii, oratio de Politia et Hierarchia populi Iudaici, Alt-
 dorffii edita. *Melchioris Leideckeri* Theologi Traiectini libri XII. de Repu-
 blica Hebraeorum, Ultraiecti 1704. fol. atque de vario Reipubl. Hebraeorum
 ſtatu libri IX. Amſtel. 1710. fol. *Ioannis* quoque *Conradi Danbaueri* Politia
 hebraea per varias aetates ſuccincte deſcripta huc ſpectat, poſt auctorem iam
 pridem deſunctum a Rev. D. Ioan. Andr. Schmidio vulgata Helmſt. 1700. 4.
 et pridem commendata a Wilhelmo Erneſto Tenzelio in dialogis vernaculis
 A. 1690. pag. 369. *Sebaſtiani Caſtalionis* Reſpublica Iudaica ex Iosepho ex-
 cerpta et ſeparatim edita eſt Helmſtadii 1616. 8. et nuper adiecta nouiſſimae
 editioni verſionis latinae Bibliorum Caſtalionis Lipſiae 1697. fol. D. *Ioannis*
Wandalini de iure regio opus in 3 libros diſtinctum et Hafniae editum 1663.
 1664. 1667. 4. liber tertius praecipue hoc loco non praetereundus, in quo
 de Republica Hebraeorum qualis praefertim ſub regibus fuit, fuſe agitur.
 Videnda etiam *Antonii Probi* diſſertatio de monarchia regni Iſraelis a Thoma
 Crenio ſubiuncta elenchis Iudaicis Chriſtophori Heluici, recuſis Lugd. Batav.
 1702. 8. quibus addes *Ioannis Franciſci Buddei* introductionem in philoſo-
 phiam Hebraeorum pag. 400 ſq. et *Ioannem Seldenum* lib. 1. de Synedriis
 capite vltimo. *Georgii Wendii* de Republica Hebraeorum diſquiſitiones theo-
 logico-politicas octo, Gedani 1696 et 1697. 4. quarum *prima* eſt de regi-
 mine Patriarcho, *ſecunda* de regimine Nimrodico, *tertia* de regimine Hege-
 monico, *quarta* de regimine Heroico, *quinta* de regimine Monarchico, *ſexta*
 de regimine dubio in Aegypto, *ſeptima* de regimine dubio in captiuitate et
 poſt captiuitatem Aſſyriaco-Babylonicam, et *octaua* de regimine ablato, ſiue
 de anarchia Iudaeorum hodierna. *Marchionis de S. Philippo* Monarchia He-

braeorum Gallice Hagae Comitum 1727. 12. 2 Voll. excusam. *Ioannis Eenbergii* dissertationem de varia forma regiminis in populo Iudaico. Vpsal. 1708. 8. euulgatam et *Henrici Benzeli* dissertationem de forma Reipublicae Iudaicae, in dissertationibus Eius Academicis Vol. 2. pag. 65 sqq. Notitiam suam Reipublicae Hebraeorum, sed adhuc ineditam memorat Philippus Iacobus Hartmannus in libro de rebus gestis Christianorum sub Apostolis pag. 60. Nicolaus quoque Hertius, ICTus praeclarus Gieslensis anno 1710 extinctus editioni parauit tractatum de Republica Hebraeorum post Babylonicam, qui fato eius inopino interceptus est.

II. De LXX. Senioribus per Mosem constitutis videndi interpretes ad Exod. XXIV. Grotius ad Matth. V. 22. Bertramus cap. 5. 6. de Republica Hebraica. Constantinus l'Empereur in notis ad cap. XI. Bertrami, vbi Synedrium Ecclesiasticum ex Scribis et Sacerdotibus constans, a Synedrio politico Seniorum populi probe distinguendum monet. Confer interpretes ad Num. XI. 14. Actor. V. 21. Chiliarchis, Centurionibus, Pentecontarchis et Decurionibus, qui a Mose constituti memorantur Exod. XII. 25. Deut. I. 15. Iosephus III. 4. Antiqu. addit Myriarchos, Pentecosiarchos, Triacontarchos, Icosiarchos. Sed de vniuerso hoc argumento circa Synedria et praefecturas iuridicas veterum Hebraeorum, extat opus eruditissimum *Ioannis Selaeni*, in III libros distributum quorum primus Londini 1650. secundus ibid. 1653. tertius, (qui per fata auctoris 1654 extincti imperfectus est relictus,) ibid. 1655 prodiit: deinde vno volumine recusum Amst. 1679. 4. Francof. 1697. 4. Francof. ad Viadr. 1734. 4. cum praefat. Ioan. Gottl. Heineccii. Praeterea videndus *Io. Cocceius* ad titulum thalmudicum Sanhedrin, siue de Synedrio, editum seorsim primum, sub nomine *Ioannis Koch Amst.* 1629. 4. deinde inter opera Cocceii iam triplici vice iunctim edita tomo VII. et inter tractatus Mischnicos a Guilielmo Surenhusio illustratos cuius videnda etiam praefatio ad tomum IV. *Rich. Montacutius* in apparatu ad origines Ecclesiasticas p. 236 sq. (Analect. p. 228 sq.) *Petrus de Marca* lib. 2. cap. 5. de concordia Sacerdotii et Imperii. *Ioannes Leusdenius* pag. 317. Philologi hebraeomixti. *Samuel Bucherus* in dissertat. de synedrio magno, pag. 1 sqq. Eiusdem antiquitatum passionum. *Blasius Vgolinus* ad Relandi antiqq. Hebr. P. II. cap. 7. tomo II. thesauri antiquit. Hebr. pag. 680 sqq. Tum *Henricus Benzelius*, *Andreas Boberg*, *Ioannes Ernestus Bornitius*, *Olauus Celsius*, *Ioannes Iacobus Freislebenius*, *Ioannes Frischmuthus*, *Dan. Henrici*, *Ioannes Georgius Carthausius*, *Christianus Ludouici*, *Ioannes Marckius*, *Gustauus Peringerus*, *Isaacus Pihlmannus*, *Laurentius Quist*, *Carol. Schulten*, et *Ioannes Vorstius*

in dissertationibus de Synedriis Hebraeorum: D. Io. Benedictus Carpzouius in notis ad Schikardi ius regium Hebraeorum p. 9 sq. vbi inter alia eiusdem Schikardi opus de synedriis morte praeuentum dolet, Ioannes quoque Henricus Otto historiae Doctorum Mischnicorum, Oxon. 1673. 12. et Amstelodami 1698. 8. editae adiunxit recensionem Praesidum et Vicepraesidum synedrii M. Controuersiam illam: *Num ab antiquo, ac inde a Mosis et Iudicum temporibus, synedrium magnum obtinuerit*, accurate discussit Eruditiss. Io. Gottl. Carpzouius in annotationibus ad Goodwinum p. 572 sqq. ostendens, Mosen, diuinis auspiciis, concilium eiusmodi LXX. senatorum instituisse: remque ipsam, etsi illa synedrii forma, quam Talmudistae describant, nec ab incubulis eius obtinuerit, nec per omnium saeculorum tractatum obseruata fuerit, vel ob insignes externi habitus diuersitates, vel ob hiatus nonnullos, e medio tolli et negari non posse. Confessum synedrii in sigmatis, siue hemicycli formam, ita vt Principis locus esset in medio, et collegarum reliquorum a dextra ac sinistra eius, ex Rabbinorum sententia describit Ioan. Saubertus in palaestra dissertationum pag. 287. 288. Valent. Ern. Loescherus XIV. 3. Decimar. Euangelicarum T. 3. p. 133 sqq. vbi icon aere descripta exhibetur ex Herm. Witsii T. 1. Misc. sacr. lib. 2. diss. 3. pag. 519 sqq. Parum digna esse fide quae de continuatione synedrii Mosaiici eiusque per omne tempus sub Iudicibus Regibus et sub templo secundo auctoritate traduntur, idque instauratum demum videri temporibus Seleucidarum contendit V. C. Ioan. Clericus in dissertatione de LXXII. virorum in Republica populi Hebraei Synedrio, quam commentario in libros V. T. historicos subiunxit: Et pridem in eandem sententiam plura disputauerat in iudiciis Theologorum Hollandiae de hist. critica V. T. Epistola X. eorumque iudiciorum defensione Epist. V. Videri tamen etiam possunt quae aduersus Clericum scripsit Richardus Simon. De Nasi, siue Principe et Directore synedrii magni Hebraeorum conferatur Io. Georg. Meuschenii commentatio, Coburgi 1724 edita, et recusa in Eius Nouo Testamento ex Talmude illustrato p. 1184 sqq. et Christoph. Kretzschmarii commentatio Dresdae 1738 euulgata. Quod Iudaei tradunt, assessores Synedrii M. septuaginta linguarum debuisse esse peritos, non proprio, sed metaphorico sensu esse accipiendum ostendit Vir Acutissimus, Collega mihi coniunctissimus, Hermannus Samuel Reimarus in dissertatione de Assessoriis Synedrii M. septuaginta linguarum peritis, Hamburgi 1751 edita, contendens, nihil aliud velle Talmudicos, quam vt Assessores synedrii artem calleant, multiplicem sensum ex singulis sacrorum dictis eruendi. De potestate Synedrii M. tempore Romanorum consulantur scriptores quos laudarunt I. C. Wolfius Vol. 1. Curar. critic. et philolog. in N. T. pag. 965. et Petrus

Zornius in *Historia fisci iudaici* p. 214 sqq. Quibus addantur Nathan. Lardner P. I. lib. I. c. 2. fidei historiae euangelicae, p. 49. interpretat. latinae cura eiusdem Wolfii enulgatae. Ioan. Phil. Barattierius in dissertat. de auctoritate Iudaeorum sigillatim in Iudaea ante captiuitatem Babylonicam, tomo II. interpretationis latinae itinerarii Beniam. Turdulensis, p. 88 sqq. Conr. Ikenius in dissert. de iure vitae et necis tempore mortis Seruatoris apud Iudaeos non amplius superstite. Bremae 1740. 4. S. I. Baumgarten nota 310. ad T. IV. *Historiae vniuersalis* p. 310. et Chr. Guil. Franc. Walchius in dissertatione de Feliciae Iudaeae Procuratore, Ienae 1747. 4. edita, in qua §. IX. pag. 24. probat, tempore mortis Christi ius vitae et necis Iudaeis fuisse ademptum. Quam sententiam quoque tuetur Iac. Doitsma in oratione, qua negatur, Iudaeos tempore passionis Dominicæ merum habuisse imperium. De minoribus iudiciis Iudaeorum annotant nonnulla interpretes eruditi ad Matth. V. 22. Adde Seldenum de Synedriis lib. II. cap. 5. pag. 643 sqq. Ioannem Lundium in *den jüdischen Heiligthümern* pag. 549 sq. ed. Wolfii. I. G. Carpzouium ad Goodwinum pag. 564. Seniores populi siue Senatores Synedrii M. a Senioribus Urbium distinctos obseruat praeter Constantinum l'Empereur supra laudatum Grotius ad Matth. V. p. 83. ad Matth. XXVI. 47. et Lucae XIX. vlt. De *Phylarchis* apud Iudaeos videndi interpretes ad librum Numerorum cap. I. Grotius et Hammondus ad Matth. XIX. 28. De *Principibus familiarum* agit etiam Ioan. Seldenus in libro de successione apud Hebraeos in bona defunctorum, qui post editionem Londinensem 1636. fol. prodiit Lugd. Batav. 1636. 8. et Francof. ad Oderam 1673. 4.

III. Quum Israelitae aliorum populorum orientalium exemplo Regem a Deo flagitassent, Samuel Propheta iubetur iis proponere *Mischpat hammelech*, ius regis, siue vt Scaliger Epist. XV. transfert *modum Regis* I Sam. IIX. 11 sq. Vtrum enim eo in loco describatur ius Regis, quale illud voluerit et probauerit Deus O. M. an potius modus agendi, quo inclementius et incircumscripata potestate vti solebant Reges plerique Orientis, et qualem adeo imitaturi etiam essent Reges Israelis, fusc et magna animorum contentione disputatur a variis scriptoribus. ³ Posteriores sententiam scopo Samuelis, vt videtur, congruentiorem amplectuntur Iosephus, tum Maimonides, Abarbanel et alii Iudaei: e Christianis Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Gregorius M. Sulpitius Seuerus, Beda aliique quam plurimi, allegati a Io. Wandalino lib. 2. de iure regio c. 2. Leydeckerus de Republ. Hebraeor. pag. 432. Gisb. Voetius tom. IV. dissert. select. p. 214. Ioan. Miltonus in defensione

po-

³ Diuersas interpretum sententias exhibet Io. Christoph. Wolfius B. H. Vol. II. p. 225.

populi Anglicani contra Salmasium, Algernonius Sidneyus de regimine, (qui liber ex Anglico Gallice versus Hagae Comitum 1702 prodiit) et Monarchomachi communiter. Prior sententia praeplacet non modo Machiauellistis vniuersis, sed etiam aliis praeclaris viris et scripturae interpretibus. Vide Ioannem Wandalinum lib. I. de iure regio c. 3 sq. et ab eo laudatos, quibus addes Sam. Puffendorium in analectis politicis pag. 68 sq. D. Carpzouium τὸν μακαρίτην in limine notarum ad *Guil. Schickardum* de iure regio ex sacris litteris et scriptoribus hebraicis illustrato, editoque primum Tubing. 1621. 4. et cum Carpzouii notis recuso Lips. 1674. 4. Frider. Vlricum Pestelium in vindiciis iuris regii, Rintelii A. 1725. 4. editis, et *Eberhardi Rudolphi Rethii* bonum principem in Hebraeorum regibus repraesentatum. Vlmae 1684. In hanc sententiam multis quoque disputat Claudius Salmasius in defensione regia toties recusa. Vide et D. Calouii Biblia illustrata ad I Sam. VIII. Marshami Canonem Chronicum pag. 238 sq. De regibus Hebraeorum eorumque iuribus, *Maimonidis* librum latine a se versus separatim cum notis edidit Melchior Leydeckerus Roterod. 1699. 8. atque iterum inseruit lib. 7. de Repub. Hebr. c. 4. p. 232 sq. et c. 13. p. 485 sq. Vide sis etiam Frischmuthi diss. de rege eligendo et deponendo. Ienae 1653. 4. et Petrum Petitem p. 7. diatribae de iure edictis Principum Ecclesiae quaesito et annis non vindicato, vbi Regem Synedrii iudicio subiectum fuisse negat, qui refellitur a Benedicto Bacchino p. 117 sq. de Ecclesiae Hierarchiae origine. Vide tamen quae pro Petiti sententia Casaubonus XIII. ad Baronium, Seldenus III. 9. de Synedriis et Salmasius c. 2. defensionis regiae attulerunt. Iudicum a regibus differentiam succincte explicare instituit Bailletus in *Vitis Sanctorum Vet. Test.* vbi Iudicum vitas expositurus negat eos perinde vt reges potuisse nouas ferre leges, noua imponere tributa. Nec sceptrum gestasse nec diadema, neque cinctos fuisse satellitio custodibusque corporis. Neque vnctione sacra fuisse inauguratos, neque haereditariam dignitatem ad filios transmisisse, neque absoluto vsos imperio in populum, sed exercitum duxisse et libertatem populi aduersus hostes asseruisse, iuraque ei dixisse. Addatur Abarbanelis diss. de iudicum et Regum conuenientia et differentia, quam Buxtorfius dissertationibus Philologicotheol. p. 450 inseruit. Primus post liberationem a captiuitate Babylonica A. CCCXXXI. diadema sibi imposuit Aristobulus, Ioannis Maccabaei filius teste Iosepho lib. 1. de bello iudaico cap. 3. Aristocrata restituta a Gabinio est, qui iudicia siue synodos quinque populo praefecit. Id. lib. 1. c. 6. De fori siue iudiciorum ratione in portis, erudita Ioan. Danielis Iacobi dissertatio lucem vidit Lipsiae A. 1714.

IV. De *Aechmalotarchis*, *Ethnarchisque* Iudaeorum, de *Patriarchis* et *Primatibus*, qui post captiuitatem fuere, consules praeter scriptores supra p. 643 et 644. laudatos *Samuelem Petitem* lib. 2. var. lectionum c. 10. et lib. 3. var. obseruationum c. 3. *Iacobum Godofredum* ad codicem Theodosianum de Iudaeis et Coelicolis, *Grotium* c. 10. de imperio summarum potestatum circa sacra pag. 272. *Iacobum Rhenserdum* dissert. de Arabarcha vel Ethnarcha Iudaeorum, Franegu. 1702. et in eius operibus philologicis p. 584. *Iacobum Cuiacium* obseruationum lib. 8. cap. 37. *Simonem Bosium* ad lib. 2. Ep. 17. Cic. ad Attic. *Turnebum* Aduersar. XXVII. 25. *Henricum Valesium* ad Euseb. H. E. L. II. C. 5. *Dionysium Godofredum* ad L. X. Cod. de Vestigalibus. *Eusebium Renaudotum* in annotationibus ad veterem relationem de itinere in Indiam Chinamque p. 331 sqq. *Ioan. Tob. Krebsium* obseruat. in N. T. e Iosepho p. 315 et 316. *Ioan. Gottl. Heynium* binis dissertationibus de Ethnarcha Aretae Arabum regis Paulo Apostolo infidante. Witteb. 1755. et *Celeb. Ioan. Ern. Imm. Walchium* antiquit. Damascen. p. 28. Nobiles in republica Hebraea nulli nisi a dignitate officiorum. Vide Franc. Wokenii Bibliothecam p. 425 sqq. De ciue in republica Hebraeorum exstat dissertatio Bernhardi von Sanden. Regiomonti 1689 euulgata.

Iudaeis *Catholici* (קתוליקין) vocantur generales vicarii Pontificis maximi sub Sagane, vt e Maimonide praeter alios obseruatum Thomae Reinesio est Epist. ad Vorstium pag. 12. Adde Mishnam Surenhusii tom. 2. pag. 193. Qua ratione etiam Christianis in Asia et Africa Primates quidam Catholicorum nomine veniunt. Vide W. E. Tentzelii dialogos vernaculos anni 1691. p. 296 sq. vbi de Catholico Musulensi Babylonico, et Cangium in glossario, voce *Catholicus*. Sed et generales procuratores siue rationales reddituum Imperatoris, dictos fuisse Catholicos notant Petauius ad Epist. 8. Iuliani, et Pearsonius ad symbolum Apost. p. 610. Sed vt ad Hebraeos redeamus, de *scribis politicis* mentio occurrit Actorum XIX. 35. cui loco addes vbi lubebit *Marshamum* p. 36. Canonis chronici, *Drusium* ad 1 Maccab. V. 42. *Ezech. Spanhemium* epistola secunda ad Andream Morellum, *Ioannem Lomeierum* parte dierum genialium diff. 9. et *Antonium van Dale* diff. V. de antiquitatibus ex marmoribus illustratis p. 425.

V. De Aegyptiorum politia agunt Herodotus, Strabo XVII libro, Diodorus Siculus: atque e recentioribus Athanasius Kircherus Tom. 1. Oedipi Aegyptiaci. *Marshamus*, *Witfius*, et in hist. vniuersali *Bossuetus* etc. Iucundum etiam Viri Clariss. Io. Braunii somnium de Delta Aegyptiaco lib. 5. selector. sacror. Exerc. 4. quo Aegyptum cum Belgio, Pelusium cum Amstelodamo

Iodamo confert. Tota Aegyptus olim tributa in inferiorem, superiorem et mediam, singulae harum iterum in nomos siue prouincias decem. Confer Philippum Bertherium, libro 1. *πιδανων*, cap. 4. Regum immanes opes ac potentia, vrbium et incolarum incredibilis plane numerus traditur. Et Theocritus Ptolemaeo Philadelpho adhuc ait subesse ciuitates 33353. Idyll. XVII. v. 82. Plures quam termille ciuitates sua etiamnum aetate agnoscit Diódorus Siculus lib. 1. pag. 27. antea non pauciores duodeuiginti millibus extitisse professus. Incolas 3000000, antea 7000000. Thebae Metropolis longitudine fuit octoginta stadiorum. Ptolemaeo Auletæ, attritis ac defectis iam pridem regni viribus annuatim redibant talenta 12500 teste apud Strabonem p. 798 Cicerone. De synedriis et iudiciis Aegyptiorum exstat liber Ioannis Nicolai, Lugd. Bat. 1706. 8. Historiam regum Aegypti post Alexandrum M. quemadmodum Syriae ⁴ quoque, ex numis et aliis veteribus monumentis egregie illustrauit V. C. Ioannes Vaillant, Amst. 1701. fol. Cui addatur Reineri Reineccii historia Iulia parte 3. pag. 58 sqq. Primorum et antiquissimorum minus exploratae res sunt, vti successio temporum incerta.

VI. Respublicas centum et duodesexaginta descripsit Aristoteles, vt est apud Laertium et Anonymum Menagii de vita Philosophi, siue vt Graeuus praefat. thesauri antiqu. Roman. tom 1. nescio quo e scriptore, centum et octoginta: siue vt Ammonius denique seu Philoponus in Aristotelis vita, ducentas et quinquaginta quinque, Graecorum maxime, tum etiam Barbarorum, quo in opere peculiariter dixerat de iis quae Monarchico et quae Democratico atque Aristocratico imperio vterentur. In Arabica illius operis versione quae memoratur ab Herbeloto in Bibl. Orientali, de CXXIV. ciuitatibus mentionem fieri affirmat scriptor Arabs Hagi Kalfah. Vulgauerat illas rerump. descriptiones atque de illarum constitutione censuras Aristoteles ante libros Politicorum, Ethicorumque, siue de ciuili et morali doctrina. Quod illustre opus auctori ipsi in extremo Nicomachaeorum laudatum, temporum iniuria siue librariorum negligentia intercidisse vehementer dolendum est, nec desiderium illud leuatur perpaucis fragmentis quae vndecunque collegit H. Casaubonus, et recentioribus Aristotelis editionibus subnexuerunt editores. Nomina rerumpublicarum ab illo celebratarum haec LXXXIV. reperiuntur: *Abydenorum, Achiuorum, Acarnanum, Adramyddenorum, Aeginensium, Aetolorum, Alydensium, Ambraciotarum, Amphipolitanorum, Antissaeorum, Apolloniatarum, Arcadum, Argiuorum, Atheniensium: Bottiacorum, Byzantiorum,*

⁴ Eius historia regum Syriae ad fidem numismatum accommodata prodiit Paris. 1681. 4.

tiorum, Carum, Carthaginensium, Cataneorum, Ceorum, Chalcidensium in Italia, Chalcidensium in Thracia, Chiorum, Cianensium, Clazomeniorum, Cnidiorum, Colophoniorum, Coorum, Corcyraeorum, Corinthiorum, Crotoniatarum, Cretensium, Cythniorum, Cypriorum, Cyrenaeorum, Deliorum, Delphicorum, Eleorum, Epidamnensium, Epirotarum, Erythriensium, Euboensium, Geloorum, Gilensium, Heracleonitarum, Heraeensium, Hestiaeensium, Himeraeensium, Iapygium, Istrensiu, Lacedaemoniorum, Larissaeorum, Leontinorum, Leucadiorum, Locrensiu, Lyciorum, Mantinensium, Massaliotarum, Megarensium, Meliensium, Methonensium, Milesiorum, Molossorum, Mytilenaeorum, Naxiorum, Notiensium, Opuntiorum, Oraeensium, Orchomeniorum, Pariorum, Pelleniorum, Phocensium, Rheginensium, Rhodiorum, Samiorum, Samothracum, Sicyoniorum, Sybaritarum, Syracusanorum, Tarantinorum, Tegeatarum, Tenediorum, Tyrrhenorum, Troezeniorum. Scripserat de rebus publicis etiam Critias de quo Casaubonus ad Athenaeum XI. 3. nec minus Dicaearchus, vide quae viri docti ad Ciceronem II. 2 Epist. ad Atticum. Quae de Graecorum politiis ad calcem Nicolai Cragii de republica Lacedaemoniorum, et ad calcem Variar. Aelianii historiarum in antiquis editionibus leguntur sub nomine *Heraclidae* Pontici, non respublicas integras describunt, sed singulos quosdam ritus vel mores rerumpublicarum quarundam adnotant. Eiusdem generis sunt, quae sub *Nicol. Damasceni* nomine de rebus publicis leguntur, et ex *Stobaei* sermone 42 sunt excerpta, atque ab *Daniele Heinsio* subiecta praeclarae editioni *Politicorum* Aristotelis, et recusa tomo VI. thesauri antiquitatt. Gronouiani. Inter recentiores *Bartholomaeus Keckermannus* in systemate systematum tom. 3. post corpus politicum exhibet exercitationes quatuor 1) de principatu seu monarchia *Perfarum* (de qua diligentissime *Barnabas Briffonius*) 2) de sexaginta rebus publ. priscis, in qua non quidem iustae harum descriptiones, sed de singulis earundem vnus alterue mos vel lex vna alterue memorata Aristoteli, Heraclidi, Nic. Damasceno, a Keckermanno Politicis animaduersionibus illustrata: 3) de republica *Atheniensi*, et 4) de *Spartana* paullo diligentior tractatio. Post hunc *Vbbo Emmius* tom. 3. Graeciae Veteris, seorsim pluribus vicibus editae et tom. 4. thesauri Gronouiani recusae descripsit respublicas *Atheniensium*, *Lacedaemoniorum*, *Carthaginensium*, *Cretensium*, *Argiuorum*, *Thebanorum*, *Corinthiorum*, *Syracusanorum*, *Corcyreorum*, *Samiorum*: *Chiorum*, *Rhodiorum*, *Achaeorum*, *Aetolorum*, *Acarnanum*, *Epiri*, *Massiliensium*, et *Locrensiu*. De republica *Carthaginensi* collegit nonnulla in Carthagine sua *Christophorus Hendreich*, Francof. ad Oderam 1664. 8. Cui addas auctores historiae vniuersalis T. XV. pag. 223. Interpretationis Germanicae. De Atheniensium republica libri IV. *Caroli Si-*

gonii cum libro eiusdem de rebus Atheniensium ac Lacedaemoniorum chronologice digesto prodierunt iuncti aliis quibusdam Sigonii scriptis, Hanov. 1611. fol. et recusi sunt in tom. V. antiquitatum Graecarum, vbi etiam occurrit *Guilielm. Postellus* de republica et magistratibus Atheniensium, *Antonii Thyssi* de republ. Atheniensi diss. politica, et *Achaia vetus Martini Schockii* qua eius situs, antiquitates, respublica, reges, tyranni, leges et bella describuntur. Idem Gronouius tom. 4. recudi fecit *Io. Meursii* de tribubus et pagis Atticae librum cum luculentis *Iac. Sponii* ex eius itinerario supplementis, Meursii regnum Atticum siue de regibus Atheniensibus, et Archontes Athenienses auctoris supplementa quaedam ad hos libros ex eius chirographo in praefatione ad illum tomum a Gronouio exhibentur. In tomo 5. eiusdem thesauri recusi exstant Meursii Pisistratus siue de regno Pisistrati liber auctior, et liber de regno Laconico. Rationes veteris reipubl. Atheniensis insigniter illustrat *Ioan. Vincentius Luckesinius* in notis historicis ad Demosthenis XII orationes de republica ad Athenienses habitas. Romae 1712. 4. Integrum de republica Atheniensium commentarium promisit Vir in hoc studiorum genere versatissimus *Ioan. Taylorius* lectionum Lyfiacar. pag. 507. De fati reipublicae Atticae duae exstant dissertationes *Israelis I. Nesselii* et *Laur. Arrhenii* Vpsal. 1722. editae. In eodem tomo V. thesauri Gronouiani recusi sunt *Nicolai Cragii* Ripensis de republica *Lacedaemoniorum* libri 4. pereruditi post editionem Genev. 1593. 4. et Lugd. Bat. 1670. 8. auctiores atque emendatiores, Ioannisque Meursii libri totidem *Miscellaneorum Laconicorum*, quibus Cragius passim suppletur vel confirmatur. Ceterum falli eos qui non Cragium sed Cuiacium librorum illorum auctorem faciunt, ostendit *Henr. Ernstius* in obseruationibus lib. 2. cap. 27. Denique in eodem tomo 5. habes Meursii fortunam Atticam siue tractatum breuem de fati reip. Atheniensis, ex chirographo auctoris locupletatum. In T. VI. thesauri Gronouiani occurrit *Iosephi Laurentii* disquisitione de rebuspublicis, suffragiis, conciliis, accusationibus et tormentis veterum, ex Polymathia eius excerpta. *Leonb. vero Aretini* rerum Graecarum liber ad Angelum Acciaiolum; qui in eodem tom. obuius est, praecipuum Graeciae ciuitatum casus ruinas et mirificas conuersiones complectitur. Habentur etiam tomo VI. thesauri Gronouiani *Ioachimi Stephani* de iurisdictione veterum Graecorum ex eius libro

I 3

de

⁵ Inter Archontes nouem Athenis vni tantum erat *ἐπώνυμος* siue cuius nomen eo anno annotabatur in fastis, vt docet praeter illos *Philo* lib. de Abrahamo pag. 275. Confer veterem inscriptionem in Montfauconi *plaeographia* pag. 149. et *Antonium van Dale* antiquitatt. e marmoribus pag. 203 sq. archontes Eponymos ordine alphabetico exhibuimus supra pag. 284.

de iurisdictione Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum, Francof. 1604. 8. et *Ioachimi Perionii* de magistratibus Graecorum Romano-
rumque libri 3. editi pridem Paris. 1560. 4. At *Persei Stoici* (qui apud
Athenaeum corrupte *Saeus*) opus de republica Lacedaemoniorum intercidit,
de quo *Ioan. Ionsius* pag. 11. de scriptoribus hist. philosophicae. Sed post
Cragium, *Meursium*, *Keckermannum*, et *Vbbonem Emmium* (ne de ve-
teribus dicam *Plutarcho* et *Xenophonte*) de *republica Lacedaemoniorum* viden-
dus etiam *Guilleterius* in Lacedaemone veteri et noua, gallice edita: vti de
Athenis harumque fortuna idem *Guilleterius*. *Franciscusque Fanellus*, vt
omittam diatribam quam de republica Laconica, *Wittebergae* vulgavit *Hen-
ricus Theophilus Schneiderus*, perpaucis constantem foliis. *Wilhelmum Bos-
sardum* de magistratibus⁶ *Atheniensium* quem laudat *D. Io. Conradus Dieteri-
cus* in antiquitatibus biblicis V. T. pag. 569. et *Antonii Montecatini* veterum
rerumpublicarum antiqua fragmenta, cum eius commentario ad *Platonem* de
republ. et legibus, *Ferrariae* 1595. fol. edita haud vidi. *Postelli* vero librum
eius argumenti etiam cum notulis suis recudi curauit *Ioan. Frider. Hekelius*,
Lipf. 1691. 8. De *Prytanibus* Graecorum agit *Ezech. Spanhemius* in tractatu
quem *Clariff. Graeuus* tomo V. thesauri sui inseruit. *Antonius* item *van Dale*
in diss. ad antiquitates ex marmoribus illustrandas editis, vbi etiam de *Agono-
thetis*, *Principibus Sacrorum*, *Stephanophoris* et similibus. *Eduardus Cor-
sinius* *Fastor. Atticor.* dissert. 6. in qua de *Atheniensium* senatu, et ecclesiis,
de *prytanibus*, *proedriis* ac *epistatis* illorumque muneribus ac varietate dispu-
tat. Et *Elias Blanchardus* in commentatione de origine et muneribus *Pryta-
num* et de *Prytaneis* T. IV. histor. acad. inscript. pag. 89 sq. Idem eodem
T. IV. laudatae historiae p. 79 sqq. singulari commentatione egit generatim
de tribunalibus Athenis constitutis, et pag. 106 sq. de *Heliastis*, tribunalis
quadam apud Athenienses specie. De *Delphinio*, *Atheniensium* tribunali,
egit *Iacob. Henricus Bornius*, in commentatione *Lipsiae* 1735 euulgata. De
Atheniensium magistratibus consulatur quoque *Ged. le Cointe* praefat. ad ver-
sionem gallicam orationis *Demosthenis* contra *Leptinen*, *Gottingae* et *Lugd.
Barav.* 1756. 8. editam, et *Wilhelmus Possarus*, adiectus *Zamosii* libro de se-
natu Romano, *Argentorati* 1608. 8. p. 425 et insertus *Clausingii* iuri publi-
co Romanor. T. 3. pag. 313. Apud *Daleum* paullo ante laudatum, et *Ioan.
Schilterum* opere mox laudando, tum etiam *Andream Morellum* in specimi-
ne rei numariae pag. 27 sq. et *Ioan. Valentm* in *Numismatibus* Graecis im-
pera-

⁶ De *δομωσία* magistratuum apud Atheniensesiue probatione vitae eorum, morum-
que vide *Boeckleri* diss. T. 2. pag. 942 sq. ad *Lyae* orat. 15 et 30. De officiis diuerso-
rum diuersis *Suidas* in *ἡγεμονία*.

peratorum p. 221 sq. plura videri possunt de Κοινῶ siue variis communitatibus urbium Graeciae, Asiaeque. De communi Ionum Bandurius T. I. Numismat. pag. 64.

VIII. De corpore foederato *Achaeorum* ex Polybio et aliis agit *Io. Schildius* libro secundo de coalitione populorum ac rerumpublicarum pag. 101 sq. et *Martinus Schoockius* in *Achaia vetere* tom. 5. thesauri antiquitatum Graecarum, qui c. 24. foedus Achaicum confert cum Belgio foederato. Vti cum eodem corpore formam reipublicae nostrae Romano Germanicae compararunt *Iacobus Godofredus*, *Hermannus Conringius* et alii, praesertim *Io. Ludovicus Praschius* in assertionem reipublicae Achaicae, eiusdemque cum germanica comparatione, Ratisbonae 1686. 4. de quo libro vide sis acta Eruditor. Lipsiens. anno 1687. p. 99. De corpore *Aetolorum* idem *Schildius*, p. 130 sq. cuius libri III. de coalitione populorum ac rerumpubl. prodierunt Hagae Comitum 1661. 4.

IX. De magistratibus urbis Romae dum in libertate ciuitas fuit, *Iani Guilielmi* libellus post editionem Rostochiensis anni 1557. 8. recusus est plus simplici vice in *Petri Scriuerii* republica romana. et T. III. thesauri *Sallengeriani*. *Ioannis Kirchmanni* opus non paucis constans foliis de magistratibus Romanorum adhuc ἀνέκδοτον vidi in *Bibl. Gudiana*, cuius ἀπόγραφον etiam est apud *Cl. amicum* et coniunctissimum collegam nostrum *Michaellem Richey*, gymnasii nostri per 43 annos Professore praecclare meritum. Alioqui de magistratibus Romanorum praeter *Perionium* supra laudatum noti sunt *Andreas Dominicus Floccus*, cui libellum sub falso *Lucii Fenestellae* nomine saepius editum recte restituit *Aegidius Witsius Brugensis* Antw. 1561. 8. licet *Iacobo Borratio* illum *Robertellus* tribuere mallet. Tum *Iulius San Seuerinus*, *Pomponii Laeti* nomine notior, et *Henricus Bebelius* Argent. 1513. 4. qui cum *Flocco*, *Laeto* et *Volaterrani* iis quae lib. 29. commentar. Urbanorum de hoc argumento scripsit, legitur ad calcem antiquitatum Rom. *Philippi Caroli*: *Andreas Alciatus* de magistratibus ciuilibusque et militaribus officiis, T. IV. operum: *Petrus Faber* Ictus itidem doctissimus, cuius tractatus de magistratibus Romanorum (consulibus maxime) legitur ad calcem lib. 1. Semestrium: et T. III. Thesauri *Sallengeriani*: *Petrus Poisson* de veteribus et nouis magistratibus et dignitatibus pop. Rom. gallice, Paris. 1583. 8. *Claudius Praenotius* de magistratibus pop. Romani, Laufannae 1579. 8. *Ioan. Pyrrhus*, cuius lib. III. de magistratibus Romanis exstant in *Oceano iuris*, siue tractatu tractatum

Ve-

Venet. 1584. fol. tomo I. *Georgius Vauchopius*, Scotus, Rom. 1595. recusus in Petri Scriuerii republ. Romana, et T. III. Thesauri Sallengriani: *Scipio Gentilis* in libro de iure publico populi Romani, Altdorf. 1662. diff. 1. de quo libro vide sis Clariff. Struuii Bibliothecam antiquam tomo 1. pag. 405. *Franciscus Hotomannus* tomo tertio operum et tom. 2. thesauri Graeuiani: *Guerinus Pifo* de Romanorum et Venetorum magistratuum inter se comparatione. Patauii 1563. 4. et Lipsiae 1669. 8. *Augusti Campiani* libri duo de officio et potestate magistratuum Romanorum et iurisdictione. Geneuae 1725. 4. *Bernhardi Oricellarii* commentarius de magistratibus Romanorum veterum ex libro Mspto Florentino editus a V. C. Ioan. Ern. Imman. Walchio, Lips. 1752. 4. vt scriptores generales antiquitatum reipublicae Romanae praetereamus, *Onufrium Panuinium* tom. 1. Graeuii, *Wolfgangum Lazium*, aliosque: nec non libellum ex *Iusti Lipsii* scriptis de magistratibus Romanis collectum, qui in Antonii Thyssii Roma illustrata, Petri Scriuerii republ. Romana, et Clausingii iure publico Rom. plus semel prodiit.

X. *Regum Albanorum et Aeneadarum Dynastiam et successionem ante Romulum*, illustrat Carolus Neapolis ad Ouidii fastos pag. 159. et Theodorus Rycquius de aduentu Aeneae in Italiam pag. 453. A regibus Romanis prouocationi locum fuisse ad populum, Cicero, Liuius lib. 1. cap. 26. et Seneca Epist. 108. dubitare nos non sinunt, licet hoc neget Scipio Gentilis libro iam laudato, diff. 1. §. 3. et Ioan. Henricus Boeclerus de Roma sub VII regibus Romanorum, tom. 2. diff. pag. 494. De senatus auctoritate etiam sub regibus vide quae viri docti disputarunt ad Ciceronis orat. in L. Pisonem cap. 10. T. V. edit. Graeuii p. 643. Ad politicas rationes Romanae sub regibus infantiae intelligendas faciunt quoque inprimis *Nic. Machiaueli* libri 3. dissertationum ad librum primum T. Liuii, Italica primum lingua ab auctore scriptae, et deinde in Latina etiam Gallicaque lingua saepius editae. *Ioannis Schefferi* Regnum Romanum, siue Exercitationes 7. politicae ad Liuii lib. 1. Vpsaliae 1665. 4. *Casparis Facii* Politica Liuiana. Altenburgi 1617. 4. *Marci Zueri Boxbornii* dissertationes XVI. de Imperio Romanorum cum obseruationibus Ioan. Schmideli editae Ienae 1664. 12. et *Henrici Benedicti Richteri* Res Romana exemplar. Lipsiae 1747. 4. Rationes *Reipublicae Romanae* compendio perspicere licet ex libro saepius recuso, et tironibus inprimis commendando *Petri Iosephi Cantelii*, S. I. Selectas quaestiones de Romana Rep. magistratibus, legibus et iudiciis Romanis illustrauit *M. Antonius Ferratius* libris tribus Epistolarum, vulgatis Patauii 1699. 8.

Conspectum pleniorum singulorum *Magistratum*⁷ Romanorum, maiorum minorumque, ordinariorum et extraordinariorum exhibet Onufrius Panuinius lib. 1. de Ciuitate Rom. c. 56. T. 1. thesauri Graeuiani, et Hubertus Goltzius in Thesauro rei antiquariae pag. 163 sqq. vbi magistratum et dignitatum officiorumque publicorum nomina ex numis et inscriptionibus ordine alphabetico refert. De *Consulibus* qui ab A. vrbis 244. post exactos reges annui centuriatis comitiis creari coepti sunt bini, et quorum eadem paene potestas quae Regum, videndus in primis Petrus Faber ad calcem libri 1. Semestrium. Tum Albertus Mazolenus in numismata aenea selectiora maximi moduli e museo Pisano, P. 1. animadv. 6. Denique singulae dissertationes Ionaë Sundelii. Vpsal. 1658. 8. Christi. Frid. Franckensteinii. Lips. 1660. Christi. Klengeii. Witteb. 1663. Iac. Arrhenii. Vpsal. 1705. 8. Christi. Henr. Haufotteri. Lips. 1748. Singularis eorum praerogatiua, vt quemadmodum Athenis ab Archonte, ita Romae a Consulibus anni nominarentur: quod factum etiam sub Imperatoribus est vsque ad annum Christi 541. (vrbis 1292.) ex quo Imperatorum annis tempora signata sunt, Iustiniano ita iubente, suasu vt volunt Triboniani. Atque ex quo consulatus a Iustiniano abrogatus est, semel nec pluries processisse Imperatores notauit Cangius ad Chronicon Paschale p. 606. Vti vero Athenis Archontes quidam non erant *ἐπώνυμοι*, ita Romae consules medio suffecti anno in fastis non nominabantur. Ita primo statim anno post eiectum Tarquinium, quinque fuere Consules, vno abeunte in voluntarium exilium, altero occiso, tertio morbi vi hausto, sed a duobus primis tantum Bruto & Collatino annus nominatur. Non mediocres vero inde in veteri historia et chronologia constituenda tenebrae, dum scriptores modo ordinariorum tantum et *ἐπώνυμων* rationem habeant, modo etiam suffectorum. Vide Reinesii Epistolas ad Rupertum pag. 43. 445 sq. Consules suffecti vocantur etiam *suffragatores* apud Sponium pag. 115. Miscell. De consulibus suffectis differit Celeberrimus H. S. Reimarus in litteris ad Eminentissimum Card. Quirinum datis, quas is inseruit Epistolae ad Hieronymum Lagomarsinum, Brixiae 1749 editae. Consules, dictatores, censoresque temporum or-

⁷ Magistratum potestas omnis in *Imperando*, quo spectat ius vocationis, prehensionis, animaduersionis, coercitionis, in prouinciis etiam ius securium, vide Io. Gottl. Heineccii praefat. ad Ezech. Spanhemii orbem Romanum, et Celeberrimum Io. Aug. Ernesti in clauis Ciceroniana voce *Imperium*: in *Iure dicundo*, vide Gerhardi Noodtii libellum de iurisdictione, et eundem Ernesti clauis Cicer. voce *Iurisdictionis*: in *Referendo*, ἐν τῷ χρηματισμοῖ, vnde iura primae, secundae, tertiae relationis: in *Auspicando*, Cic. III. de legibus c. 3. 4. Conf. viri Illustris Io. Iac. Mascouii dissert. de iure auspicioꝝ apud Romanos, Lips. 1721. cap. 3.

ordine exposuit *Bartholomaeus Marlianus*. Rom. 1560. fol. Accuratus *Stephanus Vinandus Pighius* in annalibus magistratuum et prouinciarum S. P. Q. R. Antwerp. 1615. fol. et varii tom. XI. Graev. nec non *Onufrius Panuinius* in libris V. Fastorum a Romulo rege vsque ad imp. Carolum V. subiecta appendice in qua fasti imperatorum et consulum ordinariorum, a Caesare dictatore vsque ad Iustinianum Augustum, M. Verrii Flaccii Consularia et Triumphalia fragmenta, atque chronica *Cassiodori*, *Prosperi*, *Incerti* auctoris et *Marcellini Comitis*, Venet. 1558. fol. et Heidelbergae apud Commelin. 1588. fol. Exstant et fasti consulares ac triumphorum aetorum a Romulo vsque ad Imp. Tiberium illustrati commentario *Caroli Sigonii*, Venet. 1556. fol. et Tom. I. Operum eius Mediolani 1732. fol. iunctim editorum. Alios fastos consulares vsque ad annum urbis 1107. ex codice MS. Bibl. Caesareae vulgavit *Henricus Noris* ad calcem libri de anno et Epochis Syro-Macedonum Lipsi. 1696. 4. Eisdem cum *Noris* diff. ad illos fastos et illius epistola consulari, in qua ex antiquis inscriptionibus et aliis monumentis *Onufrius* § subinde castigatur, habes etiam in tomo XI. thesauri *Graeuiani*. Non omittendi etiam fasti *Liuiani Eliae Constantini Trewenschroeder* ab vrbe condita ad annum urbis 742. Gedani 1675. 4. et quae de consulum successione constituenda et serie ac nominibus et praenominibus accurate exponendis monuerunt *Antonius Pagi* in diff. Hypatica siue de consulibus Caesareis Lugd. 1682. 4. *Baronius*, idem *Pagi* et *Samuel Basnage* in annalibus, *Tillemontius* in historia imperatorum, *Henricus Dodwellus* in chronologia *Dionysii Halicarnassei*, vt fastos ab *Aegidio Bucherio*, et cum chronico Paschali a *Cangio* editos, Io. Cuspinianum aliosque praetereamus. Nam de *Theodori Iansonii Almelouenii* fastis consularibus duplicibus, serie temporum et ordine alphabeti digestis instituto vtilissimo, Amstelod. 1705. 8. iam meminimus supra cap. VII. / quales dedit etiam *Benjamin Hederichius Witteberg*. 1713. 8. sed annis urbis conditae non adscriptis. *Christoph. Adami Ruperti* fasti consulares, quorum in *Reinesii* epistolis ad eum scriptis p. 663. mentio, non viderunt lucem. Neque praeter eundi sunt *Barthol. Marliani* Annales Consulium, Dictatorum Censorumque Romanorum vsque ad Tiberium Caesarem Romae 1560. fol. *Huberti Goltzii* Fasti magistratuum et triumphorum Romanorum ab V. C. ad Augusti obitum ex antiquis tam numismatum quam marmorum monumentis restituti. Item Catalogus Consulium post obitum Augusti vsque ad Iustinianum. Burgis Flandror. 1566. fol. et Antwerp. 1617. fol. *Petri Relandi* Fasti consulares in Codicem Theodosianum et Iustinianum, quos post Petri obitum vulgavit

§ *Onufrium* in praenominibus addendis saepius hallucinari, notauit etiam *Sirmondus* Tom. I. Opp. pag. 856.

uit frater Hadrianus Relandus. Ultraiekti 1715. 8. De chronologia Consul-
 lum Romanorum confer M. *Antonii Ferratii* Epistolas, pag. 229 sqq. De
 Fastor. Romanorum formula, *post Consulatum* Chr. Gottl. Schwarzii disserta-
 tionem Altdorfii 1735 euulgatam. De diptychis eburneis, quibus Consul-
 lum nomina aureis inscribebantur litteris, quae cap. XXIX. /fufius recens-
 bimus, vide praeter scriptores tum laudandos, Prosperum in peroratione
 libri de promissionibus Dei, Sirmondum ad Sidonii VIII. Epist. 6. et Henricum
 Noris de Synodo V. cap. 5. p. 23. Fastos eiusmodi *ὑπατάριαι* vocat Chro-
 nicon Paschale pag. 381. De Consulibus honorariis et Codicillaribus, κα-
 λουμένοις μόνον, quales sub Imperatoribus fuere ornamentis et praerogatiuis
 aucti Consularibus, sine munere ac potestate, vide A. Pagi diff. Hypaticam
 pag. 70 sq. et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyri. pag. 261. De po-
 testate et regio Imperio Consulum (quorum ambo ad A. V. 388. Patricii,
 deinde alter e plebe Liv. VI. 42. Plutarch. Camillo pag. 151.) vide et quae
 post deperditos Marcelli et Vlpiani de officio Consulis viri docti ad Li-
 uium IV. 2 et 3. Begerus ad Florum p. 87. Alexander ab Alexandro III. 3.
 Onufrius commentario ad lib. I. fastor. pag. 57 sq. Petrus Iosephus Cante-
 lius de Rep. Romana p. 248. De *Proconsulibus* confer Ioan. Nic. Funccii dis-
 fertat. de proconsulari dignitate in Contr. Ikenii symbolis litterariis Tom. II.
 pag. 581 sqq. et Christ. Henrici Hausotteri commentationem de eodem ar-
 gumento Lipsiae 1748 editam.

XI. *Praefectos+urbis* Romae et CPoleos vsque ad A. C. 478. fastis suis
 Consularibus subiunxit laudatus *Almelouenius*, cum quo conferendus Catalogus,
 quem ex Mscto Bibliothecae Caesareae dedit Ioan. Georg. Eccardus in corpore
 scriptorum medii aevi T. I. pag. 17. et Graeuus Tom. XI. thesauri A. R.
 p. 387. *Felix Contelorius*, Protonotarius Apostolicus, libro de praefecto Urbis,
 Romae 1631. 4. recusus T. I. thesauri Sallengriani p. 518. qui et ipse seriem
 praefectorum urbis Romae addidit, eamque vsque ad A. C. 1630. produxit.
 De officio Praefecti urbis, praecipue sub Imperatoribus, quales ex Maecena-
 tis consilio apud Dionem LII. pag. 478. constituit Augustus, vide etiam Pro-
 copium historiae arcanae cap. 20. Sirmondum T. I. Opp. p. 866. Guido-
 nem Pancirollum notit. dignit. imperii occidental. cap. 3. Arnoldi Dracken-
 borgii dissertat. de Praefectis urbi, sub Petri Burmanni praesidio habitam
 A. 1704. et recusam Vtraiekti 1752. 8. et Ioan. Tobiae Krebsii commentat.
 de praefecto urbis Romano, Lipsiae 1747. qui cum Graeuo ad Suetonii Au-
 gustum, cap. 37. contra Torrentium et Pancirollum affirmat, Praefectum Au-
 gusteum nouum fuisse magistratum, ab altero illo, Reipublicae liberae tem-

poribus creatum, longe diuersum. A Romulo vsque originem huius magistratus deriuat Tacitus Annal. VI. 11. De Praefecti vrbis iurisdictione in suburbicarias regiones⁹ intra centesimum milliarium de qua Cassiodorus VI. 4. Var. vide Salmasii Eucharisticam ad Sirmondum cap. 1. Praefectus vrbis iudicabat etiam de Senatorum et aliorum Romanorum causis, quae in prouinciis mouebantur, Id. p. 23. In vrbe et agro Romano intra vicesimum milliarium habebat potestatem gladii, et merum imperium, extra urbem intra centesimum milliarium tantum pro iure magistratus poterat iubere iudicare. De Praefecto classis et orae maritimae confer Ezech. Spanhemium de vsu et praestantia numismatum T. II. pag. 183 sq. De Praefecto Praetorio consulatur Marci Antonii Surgentis Neapolis illustrata, vbi cum Vicerege Neapolitano confertur. Prodiit iste liber primum Neapoli 1597. fol. deinde ibidem 1602. sub hoc titulo: Aureus tractatus, Praefecti praetorio reliquorumque antiquorum magistratum, cum Vicerege aliisque magistratibus nostri temporis comparationem instituens. Tum insertus est T. IX. Thesauri Italiae parti tertiae. Iac. Perizonii¹⁰ disquisitio de Praetorio, quum alibi, tum maxime in vrbe Roma eiusque praefecto. Lugd. Bat. 1696. 8. Iacobus Gutherius de offic. domus Augustae lib. 2. cap. 1 sq. Iul. Caesar Bulengerus de Imperio Rom. lib. 3. cap. 2. Laeuinus Torrentius et Isaacus Casaubonus notis ad Suetonium T. 2. p. 147 et 276. edit. Burmanni. Ioan. Henr. Boeclerus ad Herodian. lib. 1. cap. 9. p. 374. Petrus Faber Semestrium lib. 1. c. 1-3. Petrus Wesselingius lib. 2. variarum obseruationum capite vndecimo, et Ioan. Dan. Ritteri historia praefecturae praetorianae. Witteb. 1745. 4. Probe autem distinguenda est vocis *Praetorii* significatio, si de re urbana adhibetur ab ea quando de rebus prouincialibus vsurpatur. Priori enim sensu denotatur et *locus, in quo Praetor ius dicit, et cohortium praetorianarum corpus*; posteriori *habitatio praesidum Romanorum in prouinciis*. Vide Ioan. Tob. Krebsii libellum de vsu et praestantia Romana historiae in N. T. interpretatione. Lipsiae 1744. 8. p. 14. Prouincias Galliarum non nisi vnum habuisse praefectum Praetorio, qui dictus sit praefectus Praetorio Galliarum, et

⁹ Italiae regiones quatuor *suburbicariae* siue suburbanae fuerunt intra vicesimum lapidem, Piceni pars, Tusciae pars, Valeria, Latina; ceterae longinquae *annonariae* a Diocletiano, quae Vicario Italiae parebant, annonamque exercitibus conferebant, Picenum, Tuscia, Campania, Samnium, Lucania Bruttiorum, Apulia, Calabria, Umbria, Flaminia, Venetia, Istria, Liguria, Aemilia, Alpes Cottiae, Rhetia prima et secunda, Sicilia cum Corsica et Sardinia.

¹⁰ Historia litis inter Vlricum Huberum et Iacob. Perizonium de origine et significatione vocis *Praetorii* agitatae recensetur in A. E. A. 1691. p. 327.

et quidem ita, vt sub vno hoc Galliarum nomine tres huius praefecti Praetorio dioeceser simul sint intellectae, Galliae, Hispaniae et Italiae, obseruat Celeberrimus Ioan. Casp. Hagenbuchius in epistola epigraphica de Diptycho Brixiano p. 67. Idem Vir Doctus p. 107. libri laudati differit de praefectis Praetorio sub Marco Imperatore, et p. 112. de praefectis Praetorio sub Antonino Pio.

De *τιμωταῖς* siue *Censoribus* populi Romani (quos binos ab A. V. C. 311. primum creatos fuisse constat) eorumque quinquennali per lustrum spatium durante potestate videndi Plutarchus in Paulo Aemilio p. 275. Onufrius ad lib. 1. fastor. p. 87 sq. Iac. Perizonii dissertatio Lugd. Batav. 1697. 4. edita, quae recensetur in Ephemeridibus Parisiensibus anno 1698. p. 497. Gundlingiana Parte XVI. integra. Carolus Valesius de la Mare Tom. 1. Historiae Inscriptionum pag. 75 sqq. edit. Amstelod. M. Antonius Ferratius Epistol. pag. 102 sqq. De iisdem Censoribus agunt Alexander ab Alexandro III. 13. H. Dodwellus p. 627. praelect. Cambden. Georg. Eberlinus et alii ad titulum Pandectarum de origine iuris, Petrus Aerodius in Pandectis rerum iudicatarum, Christianus Thomafius in dissert. de censura morum cap. 2. Cuiacius XXIV. 7. Obseruat. et Ezech. Spanhemius T. II. de vsu et praestantia numismatum pag. 99 sqq. Addantur dissertationes Ioan. Mich. Dilherri, Ienae 1638. et T. 1. Eius dissertat. academicarum pag. 515 sqq. Ioan. Christfried Sagittarii, Ienae 1646. et in eius Otio Ienensi pag. 261. Petri Fontellii, Holmiae 1665. 8. Christi. Donati, Witteb. 1670. Laurentii Normanni, Holmiae 1686. 8. Magistratus fuit praecipuae auctoritatis, vt notauit Plutarchus in Flaminio p. 379. et in Camillo pag. 129. 135. Marcius Censorinus bis ea dignitate functus, inde lex ipso suatore lata, ne cuiquam illam plus quam semel capere liceret. id. Coriolano, sub init. (pag. 214. A.) Censoris perpetui honorem renuit accipere Augustus Dione teste LIII. pag. 521. (730. ed. Reim.) Postremi Censores e priuatis A. V. C. 732. fuerunt Paullus Aemilius Lepidus et L. Munatius Plancus. Idem ibid. Caesari minus honorificum fuit nomen Censoris, itaque a Senatu pronunciatus τῶν τρεῖτων ἐπιστάτης; *Praefectus morum*. Dio XLIII. p. 220. (350. R.) adde Spanhemium T. 2. p. 472 sqq. Idem placuit Pompeio, vide Pitiscum ad Suetonii Caesar. c. 76. Subcensores memorantur, Dioni Cassio LII. p. 478. (676. R.) Ad quem locum obseruat Cel. Reimarus a Suetonio in Augusto cap. 37. sex eiusmodi censores commemorari; triumuiros legendi senatus, et triumuiros recognoscendi turmas equitum. In Coloniae, Censorum officium obibant *Quinquennales*, vt obseruatum Henrico Noris dissert. 1. Cenotaph. Pisan. cap. 5. De censoribus in coloniis videndus etiam est Spanhemius T. 2. de vsu numismatum

matum p. 102. De *Censualibus*, qui fuerunt scribae publici, censuales tabulas conficientes, vide tit. 2. lib. 8. Codic. Theodosiani, et Herm. Conringium de studiis liberalibus vrbis Romae. p. 30 sqq. Praefecti morum apud Carthaginenses memorat Nepos in Hamilcare cap. 3.

Primos siue *Principes Senatus*, qui proprie fuit is, quem Cenfor Senatum recensens primum legit, vide Plutarchum in Paulo Aemilio pag. 275. et Ernesti clauem Ciceronian. voce Princeps, refert Onufrius Panuinius lib. V. Fastorum pag. 96. ex quo patebit, falli Salmasium, qui de primatu Papae pag. 26. ait, Senatus principes censitos, qui nullum dum magistratum capesserant. Nulli enim senatus principes nisi cenforii vel consulares. Augustus censuram gerens, *πρόκριτον τῆς γερουσίας*, appellari se passus est, Dio lib. 53. pag. 496. Similiter Tiberius, v. eundem pag. 607. et Pertinax Imperator, idem pag. 832.

De *Senatu Romano* ¹¹, senatorumque diuerso pro diuersis temporibus numero, conuentibus, potestate, officiis et censu videntur *Paulli Manutii* liber Venet. 1581. 4. Colon. 1582. 8. et *Ioan. Sarri Zamoscii* libri 2. Venet. 1563. 4. Argentor. 1608. 8. Ambos Manutium et Zamoscium habes etiam T. 1. thesauri Graeuiani, et in Clausingii Iure publ. Rom. T. 2. p. 256. et T. 3. p. 1. His addi possunt *M. Antonius Maioragius* de Senatu Rom. Mediolan. 1516. 4. *Georgius Vauchopius* in laudato supra de magistratibus populi Romani opere. Auctor libri in Ephemeridibus Parisiensibus anni 1702. part. 2. pag. 218. et in Diario Londinensi The History of the Works of the Learned 1703. pag. 323. recensiti editique Gallice Paris. 1702. 12. sub titulo *le Senat Romain*, et recusi ibidem 1713. 8. sub titulo: *le Tableau de l'ancien Senat Romain*. Dissertatio de eodem argumento inserta memoriis Triuultinis anni 1703. mense Iunio pag. 425. *Petrus Danetius* in dictionario antiquitatum Graeco Rom. pag. 733 - 736. *Guilielmi Bellenden* Consul, Senator Senatusque R. e Cicerone descripti. Paris. 1612. 8. *M. Antonii Ferratii* Epistolae pag. 71 sqq. *Vertoti* Responso ad difficultates ab illustri Stanhopio propositas, inserta secundae editioni Historiae reuolutionum in administratione Reipubl. Romanae, et separatim excusa Hagae 1721. 12. *Conyers Middletoni* liber anglice sub hoc titulo: *A Treatise on the Roman Senate*, Lond. 1747. 8. editus, qui germanice versus a Chr. Ern. a Windheim prodiit Gottingae 1748. 8. Italice Venetiis 1747. 8. et Gallice Amst. 1755. 8. *Thomae Chapmanni* liber itidem anglice sub hoc indice: *An Essay on the Roman Senate*, Cantabri-

¹¹ Velut Regum multitudo in vnum coacta, asylum mundi totius. Valesius ad Ammian. Marcellin. XVI. 11. p. 129. In numis *ἱερά σύγκλητος*, *θεός σύγκλητος* apud Fustanum pag. 128 et 97.

tabrigiae 1750. 8. editus. Observations¹² on 1. the Answer of M. l'Abbé de Vertot to the late Carl Stanhope's Enquiry concerning the Senate of ancient Rome, dated December 1719. 2. a Dissertation upon the Constitution of the Roman Senate by a Gentleman published in 1743. 3. A treatise of the Roman Senate by Conyers Middleton published in 1747. 4. An Essay on the Roman Senate by D. Thomas Chapman published in 1750. By M. Hooke. Londini 1758. 4. Dionysium Hookius scriptorem esse perhibet nulla fide dignum: ius enim creandi senatus primitus haud penes populum, sed penes Reges fuisse, quippe qui senatum legerint. Quam Hookii sententiam sub examen vocavit Anonymus edito hocce libello: A short Review¹³ of Mr. Hooke's Observations concerning the Roman Senate, and the Character of Dionysius of Halicarnassus. Londini 1758. 8. De relatione et sententia in Senatu dicenda consules Alexandrum ab Alex. IV. 11. Ioan. Frid. Gronouium lib. 1. Observationum cap. 22. et Octauium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 10. Aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est Senatus consultum. Vopiscus Aureliano cap. 20. Confer Laurentium Vallam libro IV. contra Barthol. Facium pag. 710. vbi illustrat illud Quintiliani in Declamat. *pedibus manibus iuimus in sententiam necessitatis*, et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyricum pag. 376. Numerata suffragia, non ponderata, ita vt maior pars in sententiis valeret. Confer Iuretum ad Symmachi II. Ep. 36. Licuit senatoribus egredi relationem Consulis sententiam rogantis, et quod visum esset loco sententiae proferre. Vide Ioan. Frid. Gronouium Observat. I. 22. pag. 173 sq. De Senatus consulto per discessionem facto Fuluius Ursinus pag. 157. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. De Scto tacito Casaubonus ad Capitolini Gordianos c. 12. et Ern. Martin. Chladenius duabus dissertationibus Witteb. 1743. editis. De iis quae Senatus in religione decerneret, vel ad Pontifices reiceret, vide Iac. Gutharium lib. 1. de iure Pontificio cap. 33 sq. tomo V. thesauri Graeuiani. De censu senatorio, qui primo fuit octingentorum millium HS. deinde ab Augusto redactus ad quadringenta millia, tum ad decies millia, denique ad duodecies millia, vide Iac. Perizonii dissertat. de lege Voconia, et Graeuium ad Suetonium pag. 791. De aetate senatoria vide quae Viri docti ad Gellium XIV. 3. Senator siue Dominus urbis magna fuit dignitas medio aeuo. Vide Martenium T. 2. anecdotorum passim, et Christi. Guil. Franc. Walchii comm. de Senatore Romano medii aeui, Ienae 1753. 4. editam. De Patriciis, conscriptis, ascitis senatoribus

con-

¹² Monthly Review Vol. XIX. pag. 187.

¹³ Monthly Review Vol. eod. pag. 310.

confule notas Ioan. Duiatii ad Liuium lib. V. cap. 12. De Patriciis sigillatim Ioan. Iac. Draconis de Patriciorum origine et iure libros III. Basil. 1627. 4. M. Antonii Ferratii Epistolas, pag. 92 sq. Octauiani Gentilii de Patriciorum origine, varietate, praestantia et iuribus libros IV. Romae 1736. 4. De Patriciis medii aevi egit Carolus Frideric. Pudor singulari dissertatione Lipsiae 1758 euulgata. Plures ex equestri ordine lectos notauit etiam Iosephus XIX. 1. p. 652. De ciuibus Romanis iniussu populi agere non poterat Senatus, vt docet Liuius XXVI. 33. vbi Plebiscitum: *Quod Senatus iuratus maxima pars censeat qui assidetis, id volumus censemusque.* Legatis externorum Principum Gentiumque Senatus dari solitus extra urbem in aedibus Martis vel Bellonae. Vide Dausqueium ad Silium pag. 274. De *Consilio Sapientum* quod in variis Italiae urbibus fuit veluti Senatus quidam inferioribus saeculis, videndus Felix Osius tom. 3. thesauri Antiquitat. Italiae Graeuiani p. 1040 sq.

De *Praetoribus* qui ius dicebant videndi Interpretes Pomponii in titulo Digestorum de Origine iuris. Liuius VII. 1. Alexander ab Alexandro II. 15. Wolfg. Lazius de Republ. Romana libro 2. Gerardus Noodt de imperio et iurisdictione, libro 1. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. p. 103 sqq. Ioannes Richey in vindiciis Praetoris Romani et iuris honorarii¹⁴ quas sub praesidio Gottl. Kortii Lipsiae 1730 defendit. M. Anton. Ferratius p. 105 sqq. Epistolarum. Caroli Gottl. Knorrii dissertatio de vsu practico I. R. de praetore et iudice pedaneo. Halae 1726 edita. De praetore *peregrino* consulatur Ioan. Henrici Myllii dissertatio Lipsiae 1732 euulgata. Franc. Carol. Conradi Parerg. p. 1 sqq. Comes de Guasco Dissertat. historicopoliticolitterar. Tom. 1. diss. 2. De praetore *fiscali* commentat. edidit Carol. Acoluthus Ienae 1758. De *iurisdictione* Praetorum differunt Car. Sigonius de antiquo iure P. R. I. 20 et II. 5. Ioan. Ern. Imm. Walchius ad Cellarii comp. A. R. p. 192 sq. et Corn. Maur. a Felde in diss. de iis, quae olim in iure apud praetorem peragebantur. Ultrai. 1749 edita. De iurisdictione sub Caesaribus Celeberrimus I. A. Ernesti Exkursu II. ad Suetonii Caesares. Cur actiones praetoriae *annales* sint disquisiuit Car. Ferd. Hommelius in commentatione Lips. 1756 in lucem emissa.

De *Tribunis plebis* eorumque annua potestate conferantur Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 3. et ibi Tiraquellus. Henr. Dodwellus Praelection. Camb-

¹⁴ Heineccium quum refutasset Richeius affirmantem Histor. Iur. I. 69 sq. et Antiq. Iur. P. I. pag. 51. Praetores edictis suis leges sub specie aequitatis euertisse, ille in repetita editione Historiae iuris ad §. 70. et in Historia Edictorum pag. 100. Opusc. postumorum, Cortio qui iam in viuis esse desierat et Richeio summa cum iracundia respondit, castigatus a Rittero ad dictam H. I. paragraphum.

Cambden. pag. 417 sq. p. 573 sq. p. 680 sq. Iustus Lipsius lib. II. Elector. cap. 13. Ian. Vinc. Grauina de ortu et progressu iuris ciuilibus lib. I. cap. 27. Onuphrius Panuinius de ciuitate R. cap. 69. Franc. Hottomannus lib. I. de magistr. Rom. T. II. Thesauri Graev. p. 1888. M. Anton. Ferratius Epistol. p. 112 sqq. et Ioan. Nicol. Franckii dissertatio de Tribuno plebis. Jen. 1668 edita. Sicut legem de prouocatione ab omnibus Magistratibus ad populum tulit Valerius Publicola Consul, de qua vide notas ad Aurelium Victorem p. 91. edit. Clarissimi Pitisci, ita ab omnibus Magistratibus (excepto Dictatore) etiam ad tribunos erat prouocatio, quae tamen non longius valebat ab vrbe mille passuum, teste Liuius III. 20. neque tribuno moenibus vrbis egredi aut vna nocte abesse licebat. Vide Dionem lib. 49. pag. 284. Appianum lib. 2. Ciuil. p. 447. Ius intercessionis etiam Sulla iis reliquerat, teste Caesare I, 5 et 7. de bello ciuili, qui tamen potestatem eorum circumscripsit, et omnibus aliis rebus nudauit. Vide viror. doctor. notas ad Vellei. Paterc. II. 30. 4. sed restituit tribunos Pompeius in consulatu suo. Vide Plutarchus pag. 630. Appianus lib. I. Ciuil. p. 413. et lib. 2. p. 445. et Dio pag. 78. Quamuis vero a Dictatore prouocare non licebat, quam rem maximi momenti notat Plutarchus in Camillo p. 137. tamen idem in Antonio pag. 919. et in Fabio p. 179. docet etiam sub Dictatore sacrosanctam perinde vt alio tempore ¹⁵ ceteroqui fuisse tribunorum potestatem. De auctoritate tribunorum aduersus Pontifices adeundus Gutherius II. 10 sq. de iure Pontificio tom. V. Graev. vno autem tribuno plebis vetante, reliqui perferre nihil poterant, vt iterum docet Plutarchus in Graccho p. 828. A tribuno fas erat Consulem, nedum alios in carcerem mitti, vt eodem auctore constat p. 831. Appiano lib. 4. Ciuil. p. 598. et Dione p. 52. C. vnde *δημαρχίαν ἀνεπίτητον ὑπατείας* vocat Coriolanus apud eundem p. 221. Fuerunt tribuni duo primum ab A. V. 261. tum quinque, id. p. 216. denique decem. (Liv. III. 30. et Diodor Sicul. XII. pag. 300.) IV Idus Decembris (non Calend. Ianuar. vt alii magistratus) dignitatem ingrediebantur teste Dionysio Halicarnassensi. Antequam munus suum deponerent, alios in proximum annum creare debebant, *ἢ τοῦτο μὴ πράξαντες ζῶντες κατακαίθηται.* Diod. Sicul. I. c. Ex eodem Plutarcho p. 829. 831. nouimus XVIII. tribuum (quae in vniuersum fuere XXXV.) suffragiis potuisse tribuno abrogari Magistratum, quod tamen ante Ti. Gracchum nunquam factum fuit. Porro falli eundem Plutarchum, quando Quaest. Rom. p. 283. Tribunos plebis Magistratibus accensendos negauit, quod praetexta et lictoribus non vterentur, neque in sella curuli ius dice-

¹⁵ Tamen Tribuni plebis in carcerem ducti meminit Dio p. 141. D.

dicerent, docuit Io. Rualdus in obseruationibus ad illum scriptorem p. 128 sq. De iudiciis tribunorum plebis exstat commentatio Iusti Christi. Stuffii, Gotingae 1747. euulgata. De Tribunis plebis e Senatu lectis Lipsius II. 13. electorum, Vossius ad Velleii lib. 2. cap. 3. et H. Dodwellus praelect. 12. Cambden. et 19. vbi etiam de tribunatu Caesarum Augustorumque. Vide et A. Pagi criticam Baronianam tom. 1. pag. 104. Consuli quoque merentur de ista Augustorum Caesarumque tribunitia potestate, quam die, quo auspiciabantur imperium, suscipiebant, et anniuersario illo die recurrente iterum renouabant Imperatores, Christi. Gottl. Schwarzii dissertatio, Altorfii 1715. Eiusdemque dissertationes de numeranda tribunitia potestate Augustorum Caesarumque Romanorum; ibid. 1721. et de antiqua numeri senarii nota *ἐπίσημον* dicta. ibid. 1723. in qua duae exhibentur tabulae, in quarum altera numeri tribunitiae potestatis et consulatum M. Vlprii Traiani Imperatoris, altera T. Aelii Antonini Aug. Pii secundum fastos veteres sunt digesti. Adde Ezech. Spanhemium de vsu numismatum T. 2. pag. 424 sqq. et p. 430 sq. vbi Harduini commentum de duplici Imperatorum tribunitia potestate, in exercitibus et prouinciis, refellit.

De *Quaestoribus urbanis, capitalis*, (qui primus Magistratum gradus obiri legitime poterat anno aetatis XXV.) idem Alexander agit II. 2. et Franckensteinus in dissert. de aerario populi Romani pag. 668 sq. in Syntagmate Graeuiano: Scaliger ad Festum in *Quaestor*, vbi etiam de quaestoribus paricidii, qui capitales res quaerere poterant. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum p. 169 sqq. vbi etiam de Quaestoribus siue Propraetoribus prouincialibus et Proquaestoribus p. 166. Henric. Dodwellus Praelection. Cambden. p. 362. Franc. Hottomannus lib. 1. de magistr. Rom. T. 2. thes. Graev. p. 1884. Claudius Praeuotius de magistr. Rom. p. 1884. M. Anton. Ferrarius pag. 112 sqq. Epistol. Erh. Reuschii dissert. de P. R. quaestoribus et potissimum aerariis. Helmst. 1725. Et Lipsius ad Taciti XII. Annalium, vbi etiam de constitutis in eorum locum ab Augusto praetoribus aerarii, de quibus vide ad Alexandrum II. 15. Confer et Procopium Historiae arcanae cap. 20. pag. 59. A. V. C. 716. primum Consules singuli binos Quaestores habuerunt, vt notat Dio XLVIII. pag. 383. A. Nam quod A. V. C. 334 fuerat relatum, vt praeter duos Quaestores urbanos crearentur duo alii, qui Consulibus ad ministeria belli praesto essent, res illa tunc est omissa, quia tribuni plebis partem ex plebe fieri volebant. vide Liuium IV. 43. De Quaestoribus *candidatis*, qui epistolis principis, in senatu legendis, praerant confer Guid. Pancirollum in Notitia dignitat. Imperii orientalis c. 73.

De *Aedilibus* siue ἀγορανόμοις et ἀσυνόμοις Romanorum, viri docti ad Pomponium de origine iuris et Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro libro IV. cap. 4. Lipsius ad Senecam de vita beata cap. 7. Casp. Zieglerus de edicto aedilitio pag. 773 sqq. dissertationum selectarum. Ioan. Augusti Olearii diss. de Aedilibus Romanorum, Lipsiae edita A. 1692. et Euerardus Otto libro erudito de Aedilibus Coloniae et Municipiorum, Francof. 1713. et Ultraï. 1732. 8. quo in libro pleniorē insuper Aedilium qua plebeiorum qua Curulium Historiam promisit, vna cum vberiore tituli Digestorum de edicto Aedilitio explanatione. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 143 sqq. Io. Christ. Gottl. Heineccii florū sparsio ad edictum aedilitium: Halae 1738. 4. Incendiorum, vt et ludorum atque spectaculorum curam ad aediles spectasse constat ex Dione pag. 513 et 514. Aediles *cereales* a Iulio Caesare instituti fuerunt, teste Dione lib. 43. pag. 239. vt frumento praeesent, iisque cura ponderum et mensurarum, ne qua fraus in iis esset, demandata est.

De *viginti viris* quibus maiores in Senatu honores patebant, triumuiris capitalibus, triumuiris monetalibus, quatuoruiris viarum curandarum, et decemuiris quos iudiciis centumuiralibus praefectos memorat Dio LIV. p. 540. vide Io. Massonum in Ouidii vita p. 56 sq. qui vigesimo iam aetatis anno vigintiuiratum datum obseruat.

XII. Inter Magistratus maiores extra ordinem constitutos summus erat *Dictator*, de quo Alexander ab Alexandro lib. I. c. 6. Ioan. Iensius in ferulo litterario cap. 8. pag. 112 sqq. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 171 sq. Viri docti ad Velleii II. 28. et dissertationes Io. Christfr. Sagittarii, Ienae 1648. rec. in eius Otio Ienensi pag. 346. Godofr. Straussii. Witteb. 1667. Ioan. Roeferi. ib. 1668. Io. Olearii Lips. 1669. Christi. Hoffmanni. Ienae 1670. Vlr. Obrechtii. Argent. 1677. rec. in eius dissertat. academic. p. 388. Io. Paulli Felwingeri. Altorf. 1678. Ioan. Iac. Mülleri. Ienae 1682. Causae, ob quas creatus est dictator, annotantur a Goltzio pag. 164 sq. thesauri rei antiquariae: octo Iensius loc. cit. obseruat 1) *rei gerendae*, vnde eum ἀυτοκράτορα πολέμων vocat Diodorus Siculus XIX. p. 713. 2) *comitiorum habendorum*, 3) *quaestionum exercendarum*, 4) *clauis figendi*, 5) *feriarum constituendarum*, 6) *explendi senatus*, 7) *feriarum Latinarum*, 8) *ludorum*. Primam, secundam, quartam et octauam iam Nicol. Gruchius lib. I. de Comitibus cap. 2. obseruauerat. Dictus olim *Magister populi* teste Festo in optima Lex, et Seneca Ep. 108. Et vere Magister non populi modo, sed etiam Senatus, ac sine prouocatione fuit, omnibus interim Magistratibus

tibus cessantibus, nisi quod tribunorum tamen potestas sub eo etiam sacrosancta, ut iam ex Plutarcho notavi, et Sacerdotes sacrificiorum causa ipsum si Roma abesset in urbem reuocare poterant, ut idem Plutarchus docet in Fabio p. 176. De primo dictatore omnia incerta, ut fatetur Liuius II. 18. ad annum urbis 253. Inscriptio vetus reperta Aretii: *M. Valerius Volusi F. . . Maximus Dictator Augur primus &c.* Vide Memorias Treuultinas 1721. p. 540 sqq. Camillus quinquies dictator, et qui quatuor vicibus triumphauit, Consul tamen nunquam fuit. Plutarch. in eius vita f. 129. neque fuit ante Camillum Dictator ullus ultra sex menses id. f. 144. F. Nec Dictatori licebat equo vehi populi iniussu. Liv. XXIII. 14. et Plutarch. Fabio 175. Consulem ipsi sine licitoribus fascibusque oportebat occurrere, et ipse procedebat cum XXIV. fascibus. id. pag. 176. Magistrum equitum ipse dicebat, quem poterat indicta causa in carcerem mittere et supplicio afficere p. 179. Bis tamen factum ut Dictatoris et Magistri equitum auctoritas aequaretur. Id. Antonio p. 919. Non a populo autem nec Senatu, sed a Consule vel Praetore siue Stratego Dictator dicebatur siue eligebatur. Quod si Consules de dictatore creando dissiderent, plebiscito res definiebatur. Plutarchus Marcello pag. 312. Prodictator creatus bello Punico secundo, absentibus Consulibus, Q. Fabius Maximus. Liuius XXII. 8. De Dictatore municipali obseruationem Casp. Barthii e MScto edidit Christi. Schoettgenius. Dresdae 1738. 4.

De *Decemuiris* Legum ferendarum, qui itidem sine prouocatione erant, sed post biennium abrogati sunt, vide Liuium III. 32. Dionysium Halic. lib. X. sq. Onufrium ad fastos anni urbis 303. Georg. Goezii dissertat. de Decemuiratu legibusque decemuiralibus Romanorum. Ienae 1670. Io. Nic. Funcii de Decemuirum a Romanis creandorum diuersa ratione, quae legitur pag. 309. Eius dissertat. academic. Lemgouiae 1746. 8. editarum, et Caroli Ludov. Vollharti historiae decemuiratus ἀποσπασμάτια quaedam ex Liuiio et Dionysio. Lipsi. 1736.

Omittimus alios Magistratus sigillatim commemorare, de quibus laudati §. IX. scriptores consuli possunt. De *Praesidibus Prouinciarum* et qui illis adiuncti erant, videndus Onufrius in Imperio Romano et Carolus Sigonius libro secundo de iure prouinciarum, ille primo, hic secundo tomo thesauri Graeuiani: Bergierius lib. IV. de viis Imperii Romani cap. 17. et 28. T. X. Graev. M. Antonius Ferratius Epistol. pag. 126 sq. Wilh. Henr. Brukneri dissert. de Praesidibus prouinciarum apud Romanos. Ienae 1698. et Guilielmi te Water dissert. de consilio Praesidum in Prouinciis, inserta T. 2. Miscell. Duisburgensium p. 51 sqq. De Proconsulum et Praesidum differentia

videatur Cuiacius XX. obs. 37. De Procuratore Caesaris exstat Gottfr. Mascouii dissertatio Altorfii 1724 edita. De Correctoribus Imperii Romani Sigism. Frid. Drefigii commentatio, Lipsiae 1739 euulgata est. De *Duumuiris Coloniarum* Aedilibus, Quaestoribus, Decurionibus Henricus Norisius Cenotoph. Pisan. diff. 1. cap. 3. qui etiam de Coloniarum Patronis videndus diff. 2. cap. 7. De *Decurionibus* sigillatim differit Scipio Maffei P. I. Veronae illustratae pag. 169. et Ioannes Lamius in obseruationibus in antiquam tabulam aeneam Decurionum nomina et descriptionem continentem. Florentiae 1745. fol. in quas stricturas euulgauit Anonymus in *Lettere critiche scritte da un' Accademico Fiorentino à un' Accademico Etrusco sopra l'osservazione fatte à una Tavola di Metallo, che si conserva in Firenze nel Museo Riccardiano*. Luccae 1745. 4. De ornamentis Decurionalibus differuit Christian. Ludov. Stiglitz in Epistola ad Christi. Guil. Küstnerum Lipsiae 1743. 4. aduersus Pancirollum ostendens, ad illa quoque ius conuiuia publica municipiorum frequentandi esse referendum. Magistratus municipales Graecis scriptoribus dicuntur ἀρχοντες et στρατηγοὶ vt notauit Valesius ad Ammiani lib. 31. De magistratibus colonicis et municipalibus accurate commentatus est Onufrius Panuinius II. 12 et 31. Antiquitatum Veronensium. Fuere illi: *Duumuiri, Duumuiri quinquennales, Decuriones, Patroni, Decuriones quinquennialicii, ablecti, duumuiralicii, Quaestoricii, Pedani, Praetextati, Quinqueprimi, Vigintiprimi, δεκάπρωτοι, εικοσιπρωτοι, τιμῶχοι, Quinquennales*; vide Abbatis Damadeni expositionem tabulae veteris Canusii repertae, quae exstat T. IX. thesauri Italiae parte V. Ipsam tabulam exhibet Sponius Misc. p. 280. Adde Fulv. Ursinum pag. 195 sq. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. *Iuridicos conuentus* in vna prouincia Baetica Romani habuere quatuor teste Plinio III. I. H. N. in citeriore Hispania conuentus septem, III. 3.

XIII. De inauguratione et vnctione Regum Hebraeorum praeter Schickardum in iure Regio fusc et ex instituto agit Fortunatus Scacchus in Myrotheo praecipue tertio, *Balthasar Scheidius* de oleo vnctionis sacro ex Hebraeorum antiquitatibus, Argentorati 1665. 4. *Simeon de Muis* ex Abarbanele ad Exod. XXX. *Ioan. Buxtorfius*, Nepos, in dissert. de vnctione regia, p. 41. Dissertationum varii argumenti. *Dan. Weimarus* in dissert. de vnctione sacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1677. *Ioan. Palmroot* de sollempni inauguratione Regum Hebraeorum. Vpsal. 1699. *Dan. Lundius* in dissertat. de vnctione Regum Hebraeorum. Vpsal. 1707. 3. *Ioan. Hagerus* in dissertat. de vnctione Regum. Witteb. 1716. *Ioan. Conr. Clasngii Διάσκεψις* de vnctione sacra typicoumbratili. Lemgov. 1718. 4. *Ioan. Meyeri* animaduersiones

ad illam *διόκηψιν*. Harderouici 1718. 4. *Clasingii* vindiciae, quae insertae sunt Relationibus innoxiiis 1719. p. 866. *Ioan. Vdalrici Tresenreuteri* dissertatio epistolica de ritibus in regibus Hebraeorum inaugurandis adhiberi solitis; quae exhibetur p. 96. memoriae Tresenreuterianae, a Io. Paulo Roedero Norimb. 1745. 4. editae, et Bibliotheca Bremensis T. 1. pag. 936 sqq. Nec Prophetarum, qua Prophetarum sed Sacerdotum hoc fuisse officium, ex aliarum gentium vsu probat Scacchus c. 49 et 50. Oleumque sacrum cuius effusione operto capite inaugurati sunt, diuersum fuisse ab eo quo consecrati sunt Sacerdotes, id. cap. 47 sq. Prophetas non esse vnctos, licet ex 1 Reg. XIX. 16. id voluerint quidam probare docet *Georg. Christo. Dachsel* in dissert. de vnctione Elifaei et reliquorum Prophetarum, Lipsiae 1708 edita, et praemissa Eius Bibliis Hebraicis accentuatis pag. 53 sqq. Apud Persas perinde vt apud Romanos inaugurationem factam sollempni ritu in templo, idem Scacchus, ibid. cap. 31. De vnctione Regum in genere vide dissert. *Ioan. Ioach. Zentgrauii*. Argentor. 1688. et *Nicol. Hennelii* commentat. de vnctionis ritu in Imperatorum ac Regum inaugurationibus, quae caput XIV. absoluit Otii eius Vratislaviensis. De Christianorum Principum inauguratione et coronatione *Iac. Goar* ad Euchologium pag. 294 sq. *Gretserus* III. 12. ad Codinum, *Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. et *Ioannes Morinus* pag. 243. de sacris Ordinatt. vbi morem vngendi Reges apud Graecos Imperatores ferius receptum obseruat. De coronatione Imperatorum Graecorum *Ioan. Cantacuzenus* lib. 1. cap. 41. et ex illo *Codinus* cap. 17. de officiis aulae CPol. De ritu gentium quarundam Principem recens creatum scuto imponendi atque ita sublimem ferendi, *Frid. Lindebrogius* ad *Pauli Diaconi* Historiam Longobard. et ad *Ammiani* XX. 4. *Christi. Gottl. Schwarzii* in dissert. de ritu eleuandi Principes inaugurandos et de quibusdam sacris formulis et eleuandi ritibus. Altorfii 1730. et *Io. Ludov. Leuinus Gebhardi* in Programme de ficto quodam Caesarum eleuandorum scuto. Luneb. 1750. fol. Multa etiam de inaugurationibus Principum, recentioris praesertim aetatis *Io. Christoph. Becmannus* in notitia dignitatum illustrium diss. V et VI. cui iunge si placet *D. Ioannis Francisci Buddei* diss. de eo quod decet circa sollempnia Principum, Halae Sax. 1712. 8. subiectam eius commentationi de Concordia Religionis Christianae statusque ciuilibus. De variis tradendi ius et possessionem symbolis, et inuestiturae modis ritibusque *Cangius* in Glossario. *Le Cointe* T. 4. Annal. pag. 116 sq. *Ioan. Nicolai* in libro de chirothecis c. 14. et *Ioan. Georg. Estor* de inaugurationibus beneficiariis, harum symbolis ac ritibus, itemque de Inuestitura siue litteris inuestiturae. Marp. 1744. et auct. ibid. 1746. 4. De inuestitura per *Birretum* vide *Lud. Mart. Kablii* dissert. Gottingae 1749. rec.

T. I. Eius Opusculor. per *gladium* Christi. Gottl. Buderum pag. 113. amoenitat. iuris feudalis: per *Sceptrum* Gottl. Sam. Treuerum in dissert. Gottingae 1741 edita. De *inuestitura Episcoporum per baculum et annulum* vide Seldenum ad Eadmenum pag. 104. ad calcem Anselmi Cantuariensis, et dissertationes Dieter. Herm. Kemmerichii, Ienae 1750. et Otton. Christi. de Lohenschield. Tubingae e. a. euulgatas.

Quod ad tempus ineundi apud Romanos Magistratus attinet, in illo valde pro diuersis temporibus variatum, vt docet Martinus Lipenius in strenarum Historia, tomo 12. thesauri Graev. pag. 429. Laurentius Arrhenius in dissert. de anno petendi magistratus apud Romanos. Vpsal. 1728. 8. et Ioan. Hermansson in dissert. de aetate magistratuum Romanorum legitima. Vpsal. 1736. Tribuni plebis inibant Magistratum die decimo Decembris. H. Dodwellus praelect. Cambden. pag. 428. Quaestores Nonis Decembris, id. p. 385. et Ezech. Spanhemius p. 706. de vsu et praestantia numismatum: Vel etiam die XXII Ianuarii. Dodwellus pag. 387. Tempus quo Regnum et Consulatus vacabat Romae, a Liuio et aliis vocatur *interregnum*. Graeci vt Plutarchus appellant *μεσοβασιλείαν* et Interregem *μεσοβασιλέα*. Sic Baronius vocat *Interpontificium* tempus quo vacat sedes Episcopi Romani. De ritu spargendi sub auspiciis magistratus flores, stipem et pecuniam inter populum consulatur *Cerda* c. 175. aduersarior. p. 458 sqq. *Henricus Gunther Thulemarus* in libro de ostouiratu cap. 28. *Cangii* Glossarium in *ἐπικόμπια* et *ὕπατειων*. *Conr. Samuelis Schurzfleischii* dissertatio de ritu spargendi flores. Witteb. 1691. et *Henrici Theodori Pagenstecheri* oratio inauguralis de missilibus spargi solitis Calendis Ianuarii a nouis magistratibus edita Lingae 1722. 4. Huius sollemnitatis prodigentiaeque veritatem imitatus est Corippus de laudibus Iustini IV. 105 sqq. vide Clariss. Saxium ad Diptychon Magni Consulis pag. 35. De adoratione saerae purpurae Philippus Rubenius libro 2. electorum, capite 30.

Insignia Regum, Principum, Magistratuumque etiam paucis attingenda, et de *Coronis* quidem ac *Sceptro* aliisque eiusmodi consulendus Seldenus in titulis honorum cap. 8. Barnabas Brissonius III. 14 sqq. antiquitatum iuris. Andreas Cirinus lib. de vrbe Roma c. 40. T. II. thesauri Sallengriani. Claudius Salmasius ad Trebellium Pollionem de Tetrico iuniore cap. 25. Coelius Rhodiginus XXI. 16. antiquar. lectionum. Alexander ab Alexandro I. 28. dierum genialium, Io. Michael Heineccius de Sigillis p. 86. Io. Harduinus p. 413. de numis vrbium, vbi etiam de sceptro eburneo Roman. cum imposita aquila, Casp. Barthius lib. XXIII. aduersar. c. 2. Adrianus Turnebus aduersar. lib. XXIII, cap. 12. Ioan. Christoph. Bemannus in notitia dignitatum

illustrium diff. VII et VIII. vbi etiam de ritibus cultus Principum ac venerationis: Ioan. Henr. Boeclerus pag. 187 sq. tom. 1. dissertat. Ioan. Georgius Roeferus diff. de sceptris Principum, Francof. ad Viadrum 1690. Ern. Frider. Cobii dissertatio de sceptrorum origine. Witteb. 1722. Frider. Henr. Jacobs de scepro. Ienae 1704. Christi. Godofr. Hoffmanni de origine et iure sceptrorum. Frfti ad Viadr. 1724. Ioan. Casp. Struuii de scepro regiminis eminentioris symbolo. Helmstadii 1728. Henrici Theodori Pagenstecheri dissertationum trias, Lemgouiae 1739. 4. edita, quarum prima agit de scepro maiestatis insigni. Ioannis Christophori Strodtmanni dissert. epistolaris de sceptris veterum. Guelpherbyti 1744. De hastae vsu pro scepro vide Tristanum I. p. 254. cum scepro, Heineccium lib. laud. p. 116 sq. et Chronicon Gotwicense T. 1. pag. 108 sqq. De sceptris Regum Francorum, iter secund. litterarium duorum monachorum Benedictinorum pag. 36 et 37. De sceptris Reſtoralibus academicis Carol. Arndius T. IX. misc. Lips. pag. 59 sqq. De *solio* siue *throno*, Pineda III. 5. de rebus Salomonis, Scacchus Myrothec. III. 64 sq. pag. 1138 sq. et Valentinus Chimentellius de honore bissellii c. 13 et 19. T. 7. thesauri Graeuiani. De *Diademate Regum Hebraeorum* agit Scacchus in Myrothecio tertio c. 38 sq. *Imperatorum Romanorum* Ezech. Spanhemius de praestantia numismatum T. 2. p. 385 sq. Fuit autem diadema fascia quaedam alba, qua caput vel pileus circumdabatur, interdum pura interdum *λιθοκόλλητος* siue gemmata: vide Ioan. Braunium lib. 2. de vestibus Hebraeorum, cap. 4. §. 8. Alexandrum ab Alexandro lib. 1. cap. 28. Carol. Paschallium lib. 9. de coronis cap. 3. Ioan. Pierium Valerianum lib. 41. Hieroglyphicon, cap. 3. Solerium (siue qui sub hoc nomine latet Theophilum Raynaudum) libro de pileo §. 9. Martinum Schmeizel Corona - Transiluanum erudita commentatione de coronis tam antiquis quam nostrae aetatis Ienae 1712. 4. p. 139 sq. et quae viri docti notant ad Gellium V. 6. Icones varias coronarum ex veteribus sigillis exhibet I. M. Heineccius p. 208. libri saepius laudati. I. A. Rudolphus in Heraldica curiosa pag. 202. et Ioan. Iac. Chiffetius pag. 104. Operum historicorum. De corona Regum veterum Hiberniae vide A. E. 1724. p. 432. De cidari apud Persas videndus Briffonius libris de regno Persarum et Pitiscus ad Curtium, et, si nostrae aetatis Regum Persarum coronam lustrare placet, Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis pag. 37. Praeterimus quae de aliis Coronis ¹⁶ et diuerso coronarum, tum etiam fertorum vsu collegerunt Anton. Thylesius libro de Coronis, Guil. Stu-

¹⁶ Glyceram inuentricem corollarum vocat Plinius lib. XXXV. II, ita enim libros MSS. constanter legere testatur Harduinus, licet Salmasius p. 246 malit *vitricem*, *στειφανηπλό-ηος*, quae corollas viceret. De eadem Glyceria coronaria vide eundem Plinium XXI. 2.

Stuckius III. 16. Antiqu. Conuiual. Ioan. Andreae Bosii *σεφανοφορία* seu de Coronarum gestatione Ienae 1669. 4. et Carolus Paschalius qui prae ceteris hoc argumentum per decem libros illustrandum sumsit Paris. 1610. 4. et Lugd. Batav. 1671. 8. quanquam Ampliff. Cuperus ad apotheosin Homeri p. 218. eum late quidem de hoc argumento sed non accurate scripsisse atque cum iudicio vbique fere legendum esse affirmat, tum Gatakerus pag. 265. Aduersariorum notat *πολυμαθέστατον* hunc operis coronarii auctorem in vocabula Hebraica inquirere, linguae forsan minus scientem, prorsus neglexisse. Post Paschalius commemorandus venit Ioan. Meursii Fil. liber de Corona, Sorae 1643. 4. et Hafniae 1671. 8. cum Caii Riccii diasepfi de coronatione Regia eiusque rituum rationibus. Ludouici Moscardi Museum parte 2. p. 429 sqq. Germanici (Germain) de Caen *Traité de l'origine des Couronnes et de leurs especes*, qui exhibetur in diario gallico, l'extraordinaire du Mercure galant A. 1682. T. XVIII. p. 235. T. XX. pag. 3. A. 1683. T. XXI. pag. 313. T. XXII. pag. 3. T. XXIII. pag. 276. T. XXIV. pag. 230. Beneton de Perrins in dissertatione de coronis earundemque origine et forma, quae inserta est Sallengrii Continuation des Memoires de Litterature T. X. p. 357 sqq. De *coronis aureis* quae libera Rep. victoribus mittebantur in honorem triumpho, et de auro coronario ab Imperatoribus subinde indulto, vide Henricum Valesium ad Ammiani XXV. 4. et Io. Alb. Fabricium ac H. S. Reimarum ad Dionem Cassium passim. De coronis aureis oblatis a Prouincialibus ob imperii primitias, et in Quinquennialibus, Decennialibus etc. Valesius ad Euseb. p. 276. De *laurea* Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 477. et Ioannes Franc. Madrisius de lauro, eiusque vario vsu apud antiquos, in diario Italico, Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici, T. IV. p. 272 sqq. De coronis *militaribus* ciuica, triumphali, obsidionali, murali, castrensi siue vallari, rostrata, siue nauali et exploratoria, quibus donabantur qui bene rem in bello gesserant, omniumque nobilissima graminea, quam Imperatori dabat exercitus seruatus vide Plinium H. N. XXII. 3 sqq. Alexandrum ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquell. atque Stewechium ad Vegetii lib. 2. Forestum Foresti in libro italice Brixiae 1745. 8. edito, *Trattatto delle gentilizie infegne, volgarmente delle arme degle Famiglie*, vbi quoque de coronis triumphalibus, oualibus et ciuicis Romanorum exponit. Ioachimus Ioannes Maderus Vir doctus et de Antiquitatis studiis insigniter meritus in libro suo de Coronis sacris pariter et profanis, qui Helmstadii prius 1660. in 4. excusus et tomo VIII. antiquit. Romanarum Graeuiani thesauri insertus est, copiose etiam agit de *Coronis nuptiarum*, quae Iudaeis etiam vsitatae vt notum ex Esaiiae LXI, 10. tum a Christianis primum quidem propter Ethnicorum

superstitiones reiectae, postea tamen itidem admissae vt notauit Sirmondus ad Sidonii lib. 1. Epist. 5. tomo 1. pag. 852. quod argumentum etiam persequutus est Christoph. Ziegenhals in dissert. de coronis nuptialibus, Annaeb. 1713 edita. De corona *ciuica*, Lambecius II. de Bibl. Vindob. pag. 729. De coronis *conuiuialibus* consulatur Iosephi Lanzoni exercitatio de coronis et vnguentis in antiquorum conuiuuis, T. III. thesauri Sallengriani p. 669. Io. Grefii dissertatio de coronis epularibus. Lips. 1670. et Frid. Gotthilf Freytagii dissert. de coronis conuiuialibus veterum. ibid. 1712. De *corona Poetarum*¹⁷ primo tributa Albertino Mussato, Mapheus Vegius IV. 1. de educat. liberorum tomo 26. Bibl. PP. p. 658 sq. Frid. Rappoltus¹⁸ singulari diss. Paschalius libro de coronis p. 60 et p. 317-329. D. Henelius in otio Vratislauenfi cap. 13. Scaliger lib. 1. lectionum Aufonian. c. 10. Aegidius Menagius in miscellaneis italice editis p. 294 sqq. Iac. Thomafius in obseruationibus Halensibus tom. 6. obs. 7. et Michael Piccartus oratione XI. quae est de commissionibus et coronatione veterum Poetarum. De *coronis Oratorum* Ioan. Georg. Walchius §. 14. 15. dissert. de veterum Sophistarum, Rhetorum atque Oratorum praemiis.

Diademate vti voluit Caligula teste Suet. cap. 22. at primus vsus est inter Impp. domi Elagabalus, publice Aurelianus. Vide Tillemont. Hist. Imperatorum tomo 3. p. 531 sq. Diademate vsae etiam sunt Reginae, vt ex Cleopatrae numo probat C. A. Rupertus in Oratore historico pag. 793. Eodem etiam vsos supremos militiae duces dubitat Begerus I. thesauri Brandenburgensis p. 288. adde p. 293. De triplici Corona Imperatoris Romani, Germanica, Lombardica atque Romana, prima Aquisgrani argentea ab Archiepiscopo Colonienfi, secunda Modoetiae ferrea, tertia aurea a summo Pontifice, Martene III. 9. de antiquis Ecclesiae ritibus, et T. 2. thesauri anecdotorum p. 488 et 497. exstat Ioachimi Felleri, τοῦ μαλακίτου dissertatio A. 1662. Lipsiae edita. Horatii Blanci dissertatio de tribus coronis Longobardicis ad Paullum Diaconum apud Muratorium T. 1. scriptor. vet. Italiae pag. 460 sq. Ioan. Iac. Mascouii dissertatio de Regali Imperialique Augustorum Germaniae Augustarumque coronatione Lipsiae 1723 euulgata. Christi Weidlingii Progr. de triplici Imperatoris coronatione, longobardica, romana et germanica.

¹⁷ Bene Conradus Celtes in lauream suam, quam ab ipsa Imperatoris manu acceperat:

*Si me non pietas, virtus, doctrina coronant,
Ecquid proderit haec nexa corona mihi.*

¹⁸ Ex hac sub Rappolti praesidio habita dissertat. Heckelius, Respondens, postea libellum confecit de Poetarum coronis, Cygnaeae 1672. 12. editum.

manica. De corona *argentea* vide Gundlingiana XX. 3. vbi et de eo, an Henricus VII. corona Imperii Germanici Aquisgrani fuerit coronatus. De ferrea illa corona, aurea quidam, sed ferreo circello interius et clavis crucis Christi subtexta, consulendi sunt V. C. Ludov. Antonius Muratorius T. 2. Anecdoron Bibliothecae Ambrosianae A. 1698. 4. edito. p. 267 sqq. Iustus Fontaninus in dissertatione de corona ferrea Longobardorum, Rom. 1717. 4. edita, et cum Muratorii commentario recusa Lipsiae 1719. 8. Bartholomaeus Zucchius in historia coronae ferreae Italice edita, et Bzouius ad A. 1431. p. 19. num. 49. De Imperatorum CPolitanorum coronis vide Cangium dissert. 24. ad Ionuillam. Ordo ad benedicendum Imperatorem quando coronam accipit obuius est apud Mabillonium T. 2. Musei Italici p. 215 sqq. De coronatione reginae, idem ib. p. 404. regis, pag. 407. Liturgiam coronationis Mediolanensis, Henrici I. deprehendes apud Muratorium T. 2. Anecdor. pag. 328 sq. De triplici corona Pontificis Romani B. D. Mayerus libro de electione Pontificis Romani. R. D. Henricus Pippingius in dissert. de corona illa Lipsiae vulgata et in eius dissertationibus iuuenilibus recusa. Vide etiam, si placer, Theoph. Raynaudum de corona et mitra triplici Papae, tomo X. Operum, D. Io. Wolfg. Jaegeri Hist. Eccles. saeculi 17. Decade 1. p. 150 sq. Matthiam Zimmermannum de montibus pietatis pag. 371 sq. et Iacob. Basnagium ad Canisii lectiones antiquas tom. IV. pag. 174. Ceterum Choisio in historia Philippi Valesii et Ioannis Galliae Regum, Gallice edita lib. 1. §. 11. recte obseruatum est, a Ioanne XXII. primum coronam Paparum fuisse triplicatam, ¹⁹ quum veteres Pontifices mitra Phrygiae fere simili vti fuissent, Hormisda datam sibi a Clodoveo Galliae R. coronam auream primus gestasset, et Bonifacius octauus eam duplicasset, saeculare ²⁰ non minus quam Ecclesiasticum siue spirituale ius atque imperium suum indicaturus. De mitra Pontificis conferatur Cangius in *Camelucicium*, et Angelus Rocca in thesauro antiquitatum sacrarum T. 1. p. 7 et 8.

De praelatione fascium, securis, ignis, aliorumque eiusmodi consulendus Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 27. I. C. Becmannus diss. 8. notitiae dignitatt. illustrium, et D. Frid. Rappoltus diss. de insignibus principatus

M 2

¹⁹ Ad Bonifacium vsque simplex, ad Vrbanum V. duplex, inde triplex corona. Vide Franc. Pagi praef. ad vitas Pontificum pag. 18.

²⁰ Angelus Roccha in Bibliothecae Vaticanae descriptione pag. 5. *Quum Pontifex coronatur, capiti eius tiara, quam regnum mundi vocant, imponitur, tribus constans coronis, tres potestates, h. e. imperatoriam, regiam et sacerdotalem, plenariam scilicet et vniuersalem totius orbis auctoritatem repraesentantibus.* Innocentius III. Romanus Pontifex in signum imperii vtitur regno (corona) et in signum pontificii vtitur mitra: sed mitra semper vtitur et ubique, regno vero nec ubique nec semper. Vide Cangium in *Regnum*.

patus ac potestatis quo etiam referenda est praelatio Crucis, Episcopi et Pontifici fieri solita. Regibus XXIV, fasces cum securibus praelati, Consulibus singulis in vrbe duodecim, extra urbem etiam secures; Praetoribus sex; Dictatoribus fasces et secures XXIV. Vide Ezech. Spanhemium de usu numismatum dissert. decima. Non vterque sed tantum alter consulum duodecim fasces habebat per mensis vices; vide Benedicti Aueranii dissert. 22. ad Liuium T. 2. p. 61. Formam fascium sellarumque curulium quae vtraque ab Hetruscis Romani acceperunt teste Diodoro Siculo V. pag. 219. ex veteribus numis exhibent Moscardi museum, et Graevius atque Begerus ad Flori lib. 1. c. 5. De fascibus consuli potest Fabiani Toernerii dissertatio Vpsal. 1722. 8. edita. De fascium submissione Iac. Sponius rei antiq. sel. quaest. dissert. 13. I. Lipsius Elect. lib. 1. cap. 23. et Ioan. Matthiae Gesnerii dissertatio de presentatione, osculo, fascium et signorum in nauibus submissione. Goettingae 1745. edita. De sella curuli praeter Chimentellum supra laudatum Ioannes Schefferus de re vehiculari lib. 2. cap. 16. pag. 199. Ez. Spanhemius de usu numismatum diff. 6. p. 584. Isaac. Casaubonus ad Suetonium p. 200. et Henr. Norisius de numo Diocletiani, T. 1. thesauri Sallengriani. De igne Asiaticis Regibus et Romanis Augustis praelato Cotelerius ad Clementina IX. 4. p. 680. Andreae Christiani Eschenbachii diff. pag. 519 sq. Paullus Voetius ad Herodianum p. 114. 198 sq. et Christianus Franc. Paullini P. III. der zeitfürzenden erbaulichen Lust p. 143 sqq. De taeda Imperatoribus et Patriarchis praegestari solita, Cangius Glossar. in *διάμβουλον* et Petrus Possinus ad Pachymerem T. 1. p. 446 sq. et T. 2. p. 470 sqq. Aquila praelata Clearcho. Justin, XVI. 5. Ignis praelatus Regibus Persarum, Lips. excursu 1. ad Taciti Annales. Varia insignia illustribus officialibus in regno Iaponico praeferri solita vide in Kaempferi Iaponia tab. XXX. De ornamentis et honoribus Augustarum librum singularem edidit Rudolphus a Bunau. Lips. 1733. 4. Angeli Roccae commentarius de SS. Christi corpore Pontificibus iter facientibus praeferendo Rom. 1599. 4. et Augustini Molari Fiuizanensis Ordinis S. Augustini de antiquitate et causis ritus praeferendi S. S. Eucharistiae Sacramentum summo Pontifici extra urbem proficiscenti, et de ritu SS. Crucis Rom. Pontifici praeferendae commentarius Romae 1592. 4. et Andreae du Saussay de sacro ritu praeferendi crucem maioribus Praelatis Ecclesiae. Parisiis 1628. 4. De insignibus Sacerdotum et Episcoporum, mitra, baculo, annulo etc. Christian. Falsterus T. 2. amoenitat. philolog. p. 111 sqq.

De *Titulis* Honorum Opus Io. Seldeni ex editione tertia Anglica anni 1672. Latine versum est a Simone Ioanne Arnoldi, Antistite praefecturae

Sonnenbergensis, Francof. 1696. 4. Cui iungendum Io. Christophori Becmanni syntagma dignitatum illustrium ciuiliū, sacrarum, equestrium, ibid. et eodem anno excusum, Danielis Morhofii dissertat. de diuinitate Principum p. 83 sqq. eius diff. iunctim editarum. D. Adami Rechenbergii diff. de titulorum indole et natura part. 1. diff. historico-polit. pag. 134 sq. Gerh. Feltmannus de titulis honorum, Antonius Matthaeus de nobilitate. Guidonis Pancirolli Trattato dei Titoli dignita, con annotazioni del P. Stanislao Santinelli, qui exstat T. 2. supplem. al Giornale de' Letterati d'Italia p. 344 sqq. Augustini a Leyser dissertatio de titulis honorum. Witemb. 1748. Georg. Casp. Kirchmaieri commentatio titulos aliquot honorum ex antiquitate erutorum exhibens, recusa Ienae 1752. De titulis *viri illustris, spectabilis, clarissimi, magnifici, excellentissimi et amplissimi*, olim aulicis nunc scholasticis, confer Gottfr. Leonh. Baudisii dissertationem, Lipsiae 1706 editam. De titulo *Domini* Ant. Borremansii Vesperas Gorinchemenses cap. 1. et Frider. Caroli Moseri commentarium de titulo Domini moribus aevi et saeculi accomodato. Lips. 1751. De titulo *serenissimi* Christo. Aug. Heumanni Poecile T. 3. p. 484 sqq. De titulo *Nos Dei gratia* Friderici Geilleri dissertationem Lipsiae 1677 euulgatam. Barth. Tilefii comment. de sensu tituli: *Nos Dei gratia*, Regiomonti 1751 editam, et Anonymi Anmerkung vom Titel: von Gottes Gnaden, quae exhibetur P. 3. der auserlesenen Anmerkungen über wichtige Materien und Schriften, p. 248. De titulo *Excellentissimi* Frid. Carol. Moseri kleine Schriften Vol. secundo, et Ioan. Gottl. Bidermanni Acta scholastica, Vol. 1. p. 409 sqq. et 427 sqq. De ambitu antiquo et hodierno liber Menteti Ketwig, excusus Bremae 1695. 8. De candidatis et de ambitione ac blanditiis candidatorum apud Romanos consulantur Benedictus Aueranius ad Ciceronem diff. XXXVIII. T. 2. Opp. p. 370. Lipsius Elector. L. 1. c. 13. Ferrarius de re vestiaria P. 1. L. 1. c. 21. et L. 3. c. 2. Bosius de Toga cap. 13. Schwarzius ad Plinii Panegyricum pag. 348. et dissertationes Georg. Henrici Goezii. Witteb. 1687. Fabiani Toernerii Vpsal. 1712, et Christi. Frid. Georg. Meisteri. Goettingae 1740.

XIV. Paulli Manutii liber de ciuitate Romana post editionem Romanam 1585. 4. exstat tomo 1. miscellaneorum Gaudentii Roberti, et tomo 1. thesauri Graeuiani, in quo tomo occurrit etiam Onufrii Panuini opus praeclarum de Ciuitate, Imperio et Republica Romana, ex editione recognita Paris. 1588. 8. nec non Caroli Sigonii libri eruditi de antiquo iure ciuium Romanorum, et prouinciarum. Scipionis Gentilis liber de iure publico populi Romani recusus est in Io. Poleni supplementis T. 1. p. 1125. Vt ab eodem

Manutio prolixius demonstratum est, sub Romulo ²¹ primum populus diuisus fuit in Tribus tres, quarum singulae mille peditum et centum equitum erant, diuisae iterum in Curias 10. quarum singulae in decurias diuisae constabant ex 100 peditibus et equitibus 10. His praecerant Tribuni, Curiones et Decuriones. Postea quum Sabinis ciuitas data esset, eadem tres tribus, quas Romulus instituerat, et Rhamnensium, Tatientium, et Lucerum nomine appellauerat, seruatae sunt, sed ita vt singulae iam essent peditum bis mille, equitum ducentorum. Sub Tullo Hostilio 300 equitibus, tribus ac millibus peditum; sub Tarquinio Prisco equitibus sexcentis, et sexies mille pedibus vnaquaeque tribus constitit. Sub Seruio Tullio ²² sex Tribus introductae sunt, primi et secundi Rhamnenses, primi et secundi Tatientes, primi et secundi Luceres. Ab eo tempore Tribuum numerus auctus in vndeicesimum, ita vt 4 urbanae essent Palatina, Esquilina, Suburbana et Collina, et 15 rusticae seu eorum, qui agros possidebant. Post eiectos Reges aliae 16 tribus additae, vt simul essent 35. Post ciuitatem Italicis datam additae tribus octo. Vide Velleium II. 20. et Sigonium III. 1. de antiquo iure Italiae, et quae de tribubus illis diligenter differuerunt Paullus Manutius ad Ciceronis Epistol. ad diuersos lib. VIII. 8. Didacus Couarruias lib. 4. variarum resolutionum cap. 1. T. 2. Oper. pag. 313 sqq. Onufrius Panuinius de ciuitate Romana libro secundo, Andreas Schottus ad calcem antiquitatum Roman. Ioannis Rosini, et Boindinus in dissertatione de tribubus Romanis, cuius pars prima, exstat T. 2. memor. academ. Inscriptionum p. 91 sqq. secunda, T. 5. p. 88 sqq. et tertia, ibid. p. 118 sqq. Nomina ex priscis inscriptionibus ordine alphabetico collegit Goltzius p. 206. thesauri rei antiquariae. Ante pulsos reges totus populus distinguebatur in Patricios et Plebeios, ex Patriciis alii erant Senatores (ducenti primum a Romulo lecti, nouis aliis centum, qui minorum gentium appellabantur, a Tarquinio Prisco adscitis; teste Aurelio Victore cap. 6.) alii Equites, alii Patricii simpliciter sic dicti. Ad illos spectabat, sacra administrare, Magistratus et iudicia exercere, publicis de rebus deliberare et similia. Plebeiorum erat colere agros, pecus alere, quaestuarias artes et opificia exercere, quod postremum an ciuium fuerit disputat Octauius Ferrarius p. 539 sq. et frequenter memorata in veteribus collegiorum opificum mentio dubitare nos haud sinit. Confer Ioannis Hermanssonii dissertationes binas de ordinibus Romanorum. Vpsal. 1722. 8. et Ioan. Adolphi Falckii Epistolam de antiquissimis ciuium Romanorum diuisio-

²¹ Vide Rupertum ad Florum p. 117. et Andreae Cirini librum de vrbe Roma c. 41.

²² Populum a Seruio Tullio in quinque classis tributum scribunt Tubero apud Gellium X. 28. Arnobius, Charisius et Festus. Vide Meursium parte 2. exercit. critic. p. 206 sq.

uisionibus. Ienae 1750. 4. editam. Post pulfos reges, patriciorum ordinis paullatim minus semper habita ratio, ita vt Equites, ac Senatores quoque, quin etiam Consules ex plebe creari possent, praeter Senatores vero et equites, omnes essent plebei. Hinc Manilius lib. 5.

*Vtque per ingentem populus describitur urbem
Praecipuum patres retinent, et proximum equester
Ordo locum, populumque equiti, populoque subire
Vulgus iners videas, etiam sine nomine turbam.*

De *Patriciorum* origine et iure conferantur libri III. Ioannis Iacobi Draconis, editi Basil. 1627. 4. in quibus aliarum etiam gentium similis distinctio confertur cum Romana. Octauiani Gentilii libri 4. de *Patriciorum* origine, varietate, praestantia et iuribus. Romae 1736. 4. et M. Anton. Ferratius *Epistolar.* pag. 92 sqq. De *Patriciis* *medii aevi* exstat dissertatio Caroli Frid. Pudoris, Lips. 1758 edita. De *Graecorum* *Patriciis* vide Pfeifferum pag. 189. *antiq. Graec.* et Lakemacheri *antiquitates Graec. sacras* pag. 265. Sub Constantino M. *Consilarii Imperatoris* *Patriciorum* nomen acceperunt: v. Schwarzius de vetusto quodam Diptycho consulari et ecclesiastico, p. 32 sq. De *Patriciis Germanicis* consule Ioachimi Meieri diatribam Goetting. 1698. 4. editam. Ioan. Schilterum de sublimi *Patriciatus* honore. Ienae 1673. Alb. Christi. Giebelii disputat. de iuribus *patriciorum* singularibus iisque supereminentibus. Erford. 1709. et Polycarpi Leyseri *obseruata diplomaticohistorica* de origine *patriciorum* Germaniae. Helmstadii 1727. De *ordine equestri* veterum Romanorum confer dissertationem Christiani Wilhelmi Eybenii *Frankofurti* 1684. fol. primum editam, et deinde recusam cum patris Huldrici Eybenii scriptis *Argentorati* 1708. fol. ac in Sallengrii thesauro T. 1. p. 1089. M. Anton. Ferratium p. 77 sqq. *Epistolarum.* Ioan. Frid. Gronouium III. 25 *Obseruat.* Io. Harduinum in *numis illustratis* pag. 428. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro II. 29. et Christi. Gottl. Schwarzii *exercitationem* de insignibus ordinis *equestris* veterum Romanorum. Altdorfii 1715 euulgatam. De annua *equitum* transuentione consuli possunt Franc. Mediobarbus in *numismat. imperii* pag. 83. Laurent. Begerus *comm. in Florum* pag. 66. Ezech. Spanhemius de *usu numismatum* T. 2. pag. 101. et Ioan. Erh. Kappii *dissertatio* Lipsiae 1734 habita. De nobilitate veterum Romanorum videndi idem. Tiraquellus opere *eximio* de Nobilitate, quod operum eius *Frankofurti* 1574. fol. editorum Tomum primum constituit. Stanislaus Santinellus in *dissert. de Romanorum veterum nobilitate* Venetiis 1717. 8. recusa in eius *dissertationibus, orationibus, epistolis et carminibus, iunctim editis*

Venetiis 1734. 4. p. 1 sqq. Nic. Hieronymus Gundlingius P. XXX. Gundlingian. pag. 470 sqq. De iure imaginum Io. Sam. Luppii dissertatio Wittebergae 1712 edita, et Ioan. Nic. Funccius p. 409. dissertationum academicarum, et memoriae Treuultinae A. 1708. p. 494. ex dissert. Abbatis le Roy. Noui homines, ἀφ' ἑαυτῶν ἐν τῶν προγόνων γνώριμοι, nobilitas etiam in plebe. Desiderius Heraldus IV. 1. animaduers. pag. 273. Graecis quinam εὐγενεῖς, γνώριμοι, εὐπατρίδαι vide apud Desider. Heraldum animaduersion. in Salmasium III. 15. pag. 250 sqq. εὐ γεγονότες, Horatio *claris patribus orti* IV. Ode 6. v. 31. Edmundus Chishull pag. 163. antiquitat. asiaticarum. De Nobilibus apud Iudaeos videatur Grotius in 1 Corinth. 1. 26. et Campegius Vitringa obs. sacr. p. 495. De Nobilitate veterum Germanorum consule Philippum Knipschild in libro de Nobilitate speciatim Germanorum. Campoduni 1693. fol. Neueröfnete Bibliothek p. 485 sqq. Caroli Gottlieb Knorrii diss. de differentiis iuris Romani et Germanici in Nobilitate adoptiua. Halae Sax. 1721. Ioan. Georgii Estor commentarios de ministerialibus, in quibus Nobilium hodiernorum verae origines, eorumque status, iura, differentia a Comitibus, selecta de Ministerialibus regni, eorumque muneribus, ac de Nobilitate Germanorum vera, et differentia eius a Romana euoluuntur. Argentorati 1727. 4. et Auctores, quos citauit Lipenius Bibl. Iurid. Tom. 2. p. 71 sq. et Struuius Bibl. Iurid. p. 788 edit. Buderianae.

De iure Romano seu ciuitatis Romanae, quo aditus patebat ad officia publica vrbs, vel sine vel cum iure suffragii in electione Magistratum: de iure Latii, Quiritium, Italico, siue immunitate tributorum tam capitis quam soli (Vales. ad Sozomeni VII. 2.) Prouinciarum, Coloniae, Municipii, Praefecturae, Foederatae Ciuitatis, et Fori, compendio bene differit Petrus Iosephus Cantelius S. I. in libello de Republica Romana pag. 208 sq. H. Dodwellus pag. 194 sq. praelect. Cambden. Pluribus hoc argumentum persequuti sunt, Onuphrius de Imperio Romano, cap. 5 sq. Alexander ab Alex. IV. 10. et ibi Tiraquellus, Wolfgangus Lazius de Republica Romana, Carolus Sigonius libris duobus de antiquo iure prouinciarum nouissime cum eius libris XI. de antiquo iure populi Romani excusis Halae Saxonum 1715. 8. Nicolaus Bergierius lib. 4. de viis Imperii Romani cap. 7 sq. Henr. Christ. Henninius in notis ad Bergierium latine a se redditum p. 742. Illustris Vir Ez. Spanhemius in exercitationibus duabus ad Legem Antonini Caracallae, (qua vniuersis ille Imperio Romano subiectis ciuitatem concessit teste Triboniano lege 17. D. de statu hominum) quae tom. II. antiquitatum Romanarum, primum in lucem editae, ac deinde sub titulo *Orbis Romani* Londini 1703. 4. et cum praefatione Io. Gottl. Heineccii Halae Saxon. 1728. 4. longe locu-
ple-

pletiores recusae sunt. Idem Heineccius Antiquitatum Romanar. iurisprudentiam illustrantium syntagmate, p. 262 sqq. et Alb. Dieter. Trekell parte prima selectarum antiquitatum Romanarum, supra pag. 95. laudatarum, in qua potissimum agitur de iure ciuitatis, Quiritium, Latii, Italico, coloniarum atque municipiorum. Vide et Seldenum II. de Synedriis p. 62 sq. et Tillemontium in Historia Imperatorum, vita Caracallae, tomo 3. Artic. 8. De iure *Quiritium* sigillatim vide Io. Frider. Christium Noctium Academic. II. 6. Vonckii obs. p. 101. Onufrium Panuinium II. 18. antiquit. Veronensium. Ioan. Henr. Mylii dissertationem, Lipsiae 1732 editam, recusamque in eius Opusculis Lugd. Batav. 1738. 8. editis p. 81 sqq. et Franc. Car. Conradi dissertationem de iure Quiritium a ciuitate Romana non diuerso, Helmstadii 1742 editam. De iure *Italico* Christiani Gottlieb Schwarzii Specimen iurisprudentiae antiquariae de iure Italico. Altdorfii 1720 editum. *Coloniae* a Romana veluti ciuium examinibus conditae quadruplicis generis erant quoad immunitatem, aliis remittebatur tributum capitis, aliis solum immune erat (vt *Coloniis iuris Italici*) aliis vtrumque, aliae denique erant *Coloniae saluis* tributis, quibus neutra remittebantur: Confer Onufrium Panuinium II. 13. antiquit. Veronensium. Sam. Petitum II. 4. Obs. et Val. Alberti dissertat. de coloniis. Lipsiae 1671 habitam. Colonias Romanas LIII. ordine temporis quo deductae sunt, refert Sigonius ad Liuii XXVII. 9. Plures ordine alphabetico Goltzius p. 236 sqq. thesauri rei antiquariae. Michael Antonius Baudrand et ex eo Io. Iac. Hofmannus in Lexico, voce Colonia. Prima extra Italiam colonia Carthago condita est Gracchanis legibus. Velleius Paterculus II. 15. De Coloniarum ratione post Lipsium de magnitudine vrbis Romae, et Sigonium de antiquo iure Italiae erudite M. Velferus libro IV. rerum Augustanarum, et Ioan. Georg. Scherzius in dissert. de Coloniis. Argentorati 1711. Vide etiam Andream Schottum notis ad Velleium, et ad Frontinum de Coloniis. De reuerentia Coloniarum erga vrbem matrem, Rupertus pag. 98. ad Florum, qui et de vtilitate earum videndus p. 102 sq. De Patronis Coloniarum agit Petrus Polydorus T. VII. Opuscul. scientificor. pag. 417 sqq. De coloniis Graecorum in Asia locus insignis est apud Vitruuium IV. 1. Adde Tristanum II. p. 204. De eruditione Graecorum per colonias eorum propagata vide Lamberti Bosii orationem inauguralem habitam Franequerae A. 1704. In numis Coloniae plebeiae aratro, militares signo militari communiter denotantur. Quae aratrum et signa iungunt, indicant primam deductionem e ciuibus, supplementum e veteranis militibus fuisse, vt notat Raph. Fabrettus ad Columnam Traianam p. 10 sq. De Coloniis *militaribus* quae militibus veteranis dabantur a Sylla primum, deinde a Caesare et aliis

(vnde Coloniae *Iulianae*) vide H. Noris Cenotaph. Pisan. dissertat. I. c. 22. *Praefecturae* ²³ nullos habebant ipsae Magistratus, sed ius ibi dicebatur a Praefecto Roma misso. Vide Festum in *praefectura*. Talis post expugnationem Capua, de qua Liuius XXVII. 16. *Municipia* suis moribus legibusque vivebant vt notum vel e Gellii XVI. 12. Melior igitur fuit eorum conditio quam coloniarum, vt recte obseruauit Iustus Vicecomes siue Mazzuchellus in coloniae Ticiniae commento exsufflato: vide Giornale d'Italia T. 13. p. 379 sq. et T. 14. p. 141 sqq. 148 sqq. Confer de municipiis Maffeiium Veronae illustratae Part. I. pag. 161 sqq. Ioan. Dan. Schoepflinum Alsatiae illustratae T. I. p. 285. Iac. W. Schlicheri dissert. de iure municipum et municipiorum. Lugduni Batav. 1714. et Ioan. Guil. Waldschmidt dissert. de differentiis municipiorum Romanorum et vrbium Germaniae mediatarum. Marb. 1729. Municipia ex numis et inscriptionibus ordine alphabetico refert Goltzius p. 242 sq. thesauri rei numariae. De magistratibus municipalibus vide Guidonis Pancirolli tractatum, Notitiae dignitatum vtriusque imperii adiectum, et recusum T. III. thesauri Graeuiani; Euerh. Ottonis librum de aedilibus coloniarum et municipiorum, editum Francof. 1713. 8. et recusum Lipsiae (Ultraiecti) 1732. 8. De Patronis municipiorum Philippus a Turre P. I. cap. 11. ad monumenta veteris Antii. Quenam differentia fuerit inter Colonias, municipia sine et cum iure suffragii, ciuitates Latio donatas, libertate, foedere, et stipendiarias exponit Ioan. Harduinus ad Plinium T. I. p. 389. edit. in forma quadripartita, et Onufrius Panuinius II. 9 sqq. antiquit. Veronenfium. Vniuersae Hispaniae ius Latii tribuit Vespasianus, Plinius H. N. L. III. c. 3. p. 108. De ritu depalandi atque aratro pomoeria nouae ciuitatis condendae determinandi, Philippus Rubenius in electis, libro et capite primo, et Andreas Cirinus de vrbe Roma cap. 1.

Ex prouinciis, quanam consulares, proconsulares, praesidiales, praetoriae, vide quae notant Lipsius ad Tacitum, Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 27. Wolfg. Lazius in Commentario de Republica Romana, imprimis vero Onufrius et Sigonius in libris quos modo laudauimus. Duetu Pompei M. terminus Romani Imperii Oruros in Mesopotamia, vide Plin. VI. 36. T. I.

XV. De variis Magistratibus officiisque in aula Imperatorum et Prouinciis Imperii quum Orientis tum Occidentis, per Media ac sequiora saecula, adire licet notitiam dignitatum vtriusque Imperii commentario Guidonis Pancirolli illustratam, de cuius editionibus variis dixi in Bibliotheca latina lib.

²³ In numis *ἡγεμονία περπορηνῶν*. Vide Harduinum de numis vrbium p. 400.

lib. IV. cap. 5. §. 6. Tum notitiam dignitatum siue administrationum tam ciuilium quam militarium in Partibus Orientis et Occidentis, quam ad illustrationem Codicis Theodosiani confecit Iacobus Godofredus tom. 6. post pag. 312. His addendus idem Godofredus in Commentariis ad eundem Codicem Theodosianum, Valesius ad Ammianum Marcellinum, Reinesius ad inscriptiones veteres, Iac. Gutherius in praeclaro opere tribus libris distincto de officiis domus Augustae publicae ac priuatae Paris. 1628. et Lipsiae in 8. Georg. Codinus de officiis et officialibus Curiae et Ecclesiae Constantinopolit. cum notis Franc. Iunii, Iac. Gretseri et Iac. Goari. Constantinus Porphyrogennetus libris duobus de caerimoniis aulae Byzantinae, cura Ioan. Henrici Leichii et Ioan. Iac. Reiskii Tomis duobus editis Lipsiae 1751 et 54. folio. Ioan. Meursius in glossario, et Cangius in glossario utroque Mediae Latinitatis et Graecitatis. De differentia inter Proconsules, Legatos, Proprætores et Procuratores, eorumque duplici genere exponit Io. Dan. Schoepflinus T. I. Alfatiae illustratae p. 269 et 270. qui etiam ibid. p. 274 sqq. Caesar. præsid. Alfat. recenset. De Procuratoribus *Ducenariis* Scaliger in Manil. pag. 166. Casaubonus et Salmasius ad Capitolinum in Pertinace, Rigaltius ad Cypriani Epistol. 67. p. 174. et Pearsonius ad Symbolum Apostolicum. Praefectura praetorii *vertex omnium dignitatum.* Ammianus. ἡ πρώτη καὶ κορυφαία τῶν ἀρχῶν. Euagrius III. 39. De *Perfectissimorum* dignitate Pancirollus ad notitiam Imperii c. 3. Gothofredus ad Codic. Theodosian. VI. 37. Fabrettus ad Inscriptiones veteres p. 277 sq. Fontaninus lib. I. de antiquitatibus Hor-tae Coloniae c. 3. §. 8. 9. De *Comitibus Consistorialibus* tractatum edidit Ioannes Filleau, Parisiis 1638. 8. Historiam Comitum Consistorianorum in Imperio Orientis singulari dissertatione persequutus est Iustus Christ. Thorschmid. Witteb. 1720.

XVI. Claudemus hoc caput breui recensione quum eorum, qui quum humili loco nati vel vltimae fortis homines essent, propter qualemcunque oris similitudinem principis alicuius personam sibi imposuere, et per aliquod tempus hominum credulitati illuserunt, publica calamitate plerumque suoque ludibrio; tum plerarumque Rerumpubl. commentitiarum, quae siue a veteribus siue a Recentioribus excogitatae sunt, et pro ingenio ipsorum ita descriptae, uti optari fortassis quaedam ex parte, aliae ne optari quidem, sperari certe non possunt; et nusquam gentium reperiuntur. Prioris argumenti exempla collegerunt ex antiquioribus *Valer. Maximus* IX. 15. e recentioribus *Gregorius Richter* axiomat. oecomoniac. CCXIII. p. 328-343. *Io. Bapt. Rocolesius* in libro Gallice edito, cui titulus: les impostures insignes, ou histoire des plusieurs

sieurs hommes de neant de toutes nations, qui ont vsurpé la qualité des Empereurs, Roys et Princes et de guerres, qu'ils ont causées. Paris. 1679. et auct. Amstelod. 1682. 12. et Bruxellis 1728. 8. *Baptista Fulgosus* lib. .9 memorabil. capite vltimo. *Io. Schmidius* in dissert. de Pseudoprincipibus. Lips. 1695. *Ioannes Vpmarckius* in diatriba de personatis Regibus, Vpsal. 1703. 8. vulgata. *Ernestus Salomo Cyprianus* de Regibus subditiis, in eius Programmatibus selectis Coburgi 1708. 8. editis p. 96 sqq. *Martinus Lipenius* in libro inedito, quem de hoc argumento composuit et Lubecae asseruant haeredes. Idem argumentum tangunt etiam *Adrianus Bailletus* des auteurs deguisez p. 4. c. 2. *Henricus Stephanus* praefatione ad Apologiam Herodoti gallice scriptam. *Ioan. Burch. Menckenius* in dissertationibus litterariis pag. 192 sqq. *Ioannes Hildebrandus* in Pseudo Friderico, siue comoedia de impostore Fridericum II. Caesarem se ementito molitoque factionem, quam dissipauit Rudolphus I. Imperator. Tubingae 1598. 8. *Christianus Flottwell* disputationibus binis de Pseudoprincipibus. Regiomonti 1706. et *Christi. Iunckerus* in programmate, quod praemisit actui oratorio Isenaci 1708. folio. de conatibus pseudoprincipum in Republica ad Velleii lib. 1. c. XI. 1. In illo Programmate Iunckerus disserit de impostore, qui A. 1502. quum esset acupictor (*Sendensticker*, ita B. Lutherus T. 8. Altenb. p. 8. licet Cyriacus Spangenberg p. 247. Chronici Hennebergensis ferat fuisse carnificem) venditauit se Comitem Hennebergensem, et ab Erfurtensis Academiae Rector honoris causa est creatus. De suppositio partu pro principe venditato Christoph. Gottl. Wenzelius in commentatione de periculo ex partu suppositio familiis ordinumque dignitatibus metuendo, quae exstat Tom. 3. misc. Lips. pag. 179. Posteriorius argumentum persequuti sunt Georgius Paschius *ὁ μακαρίτης* diatriba de fictis Rebuspublicis edita Kiloniae 1704. Carolus Arndius in Bibliotheca Heraldica Rostoch. 1705. 8. p. 400 sq. et Ioan. Georg. Iochius in dissert. de politicis idealibus. Notissima e Veteribus est Respublica *Platonis*, cuius Politia decem descripta libris etiamnum exstat, licet quae Zeno Stoicus contra scripserat, et quae Cicero libris 6. de Republica ex Platone magnam partem expresserat, iam pridem interciderint. Ad Platonem respicit Liuius XXVI. 22. *Non equidem, si qua sit Sapientum Ciuitas, quam docti fingunt magis quam norunt.* Ex recentioribus *Thomae Meri* Vtopia huc pertinet, primum Louanii 1516. 4. edita ²⁴ et deinde saepius recusa, atque etiam in Operibus eius Louanii 1566. fol. et Francof. 1689. fol. editis obuia, libris duobus pulcherrimum reipublicae statum exponens, et in germanicum sermonem versa Lipsiae

²⁴ Vide S. I. Baumgartenii *Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, Vol. I. p. 548.

psiae 1612. 8. ²⁵ a Guil. Burneto in Anglicum, a Guedeuillio nuper, et pridem a Sam. Sorbierio et ante eum a Ioanne Blondo et Barthol. Anello ²⁶ in gallicum, atque a F. von Hoogstraten in Belgicum sermonem ²⁷ versa, lectuque iucunda ²⁸, etsi vocabulum *Vtopiae* male Graecum videtur Iuoni Villiomaro siue Ios. Scaligero X. 9. ad locos Rob. Titii et Rich. Simoni III. 14. Epist. select. pag. 86. pro quo *Vdepotiam* dixit Guil. Budaeus. Huic succenturiatur alterius Angli *Baconis Verulamii Noua Atlantis*, ²⁹ quae non modo Anglice et Latine saepius excusa est, sed et 1702 Gallice translata, et quum ab Auctore imperfecta relicta esset, continuata ab Interprete, additis de academia Regia vtraque Parisiensi obseruationibus. Parisiis 12. *Christ. Aug. Heumanni* Vtopia litterata, cuius specimen edidit in Poecile. *Iosua* quoque *Glanuillius*, pariter Anglus, Baconis exemplo rempublicam finxit, et cum Atlantide Anglice edidit, quam appellauit Antifanaticam. Satis etiam superque nota est Ciuitas Solis *Thomae Campanellae*, ³⁰ vt Terram Australem *Mercurii Britannici*, siue librum Alberici Gentilis cui titulus *Mundus alter et idem*, *Ioan. Bisselii* Icariam 1667. et Vtopiam *Didaci Bernardini*, siue, qui sub illo nomine latet, *Iacobi Bidermanni: Casparis Stiplini* Eudaemonensium Rempubliam, Melchiorisque Inchoferi sub *Lucii Cornelii Europaei* nomine editam Monarchiam Solipforum, Iesuitas Satyrice perstringentem: et Rempubliam sub Monarchia vel Aristocratia quadam vniuersali Christianam, cuius summas lineas ducit in memoriis suis *Sullius*, nostraque aetate variis scriptis *Abbas de Saint Pierre*, praetereamus. Ingeniosissime vero conficta est exceptis quibusdam locis in quibus parum Christiane nonnulla tradere et per cuniculos petere sanctissimas de miraculis narrationes videtur *Historia Seuerambium*, quae

N 3

Gal-

²⁵ Baumgartenius ibid. p. 556.

²⁶ Antonii Verdierii Bibliotheca Gallica p. 111 et 653. Clerc Bibliothéque ancienne et moderne T. 7. p. 211.

²⁷ Mandelyk Uittrekfels 1701. p. 487.

²⁸ Nomina peregrina quaedam in hoc Mori scripto occurrentia illustrat G. I. Vossius Epistola 548. ad Sam. Sorbierium.

²⁹ Desinit illa in descriptione Collegii Salomonei, siue operum sex dierum, inuestigandis naturae miraculis atque in vsus humanos promouendis: Cui geminum commentum de sodalitatibus Fratrum Roseae Crucis, de quibus Morhofius lib. 1. Polyhistor. cap. 13. Reip. Litterariae festiua descriptio occurrit in Vignolii Maruillii Miscellaneis Historicolitterar. editis Gallice Tom. 2. p. 61 sq.

³⁰ Vide unparthenischen Bibliothecarium p. 709 sq. et Iacobum Echardum T. 2. scriptorum ordinis Dominicanorum p. 516.

Gallice, Italice, Anglice, Germanice et Belgice exstat, atque ita scripta est ab auctore, siue illustris Sidneyus ille sit, siue Allasius, siue Veirasius ³¹ denique, vt lector incautus facile crediturus sit veram se historiam legere. Non est cum hac lucubratione conferenda, quanquam et ipsa hinc inde ingenium atque acumen Auctoris demonstrans, Historia Terrae Australis, Gallice scripta a *Iac. Sadero* siue qui sub illo nomine latet, *Gabr. Foignio*, ex Franciscano, ac Germanice etiam edita Dresdae 1703. 12. sub titulo *neuentdecktes Südländ*. De quo libro Clariss. Baelius in Lexico vbi de Sadero differit, videri potest. Tum alius qui exstat sub titulo *Idée d'un regne doux et heureux, ou relation du Voyage du Prince de Montberaud dans l'Isle de Naudely* 1703. 12. Qui recensetur in Nouellis Reipublicae litterariae mense Sept. anni 1704. pag. 334. et Detleui Cluueri *historischen Anmerkungen* A. 1706. p. 222 sq. *Relation du Royaume de Coqueterie* par Mr. Hedelin. Paris. 1689. Vide *Memoires de Litterature* A. 1715. p. 296 sq. Eiusdem Hedelini *Maca-raise, ou la Reine des Isles fortunées, histoire allegorique contenant la Philosophie morale des Stoiques*. 1664. Eaedem memoriae a. e. pag. 303. *Songe de la Reformation d'un Etat* par Mr. Cordemoy, pag. 155 sqq. eius Operum iunctim Gallice editorum Parisiis 1704. 4. *La Decouverte de l'Empire de Cantahar*. Paris. 1730. 12. Vide *Journal des Savans* A. 1731. mense Septembr. p. 68. *Respublica Babinensium* ³² siue stultorum, cuius descriptionem habes apud *Stanislaum Sarnicium* *Annali VIII. de rebus gestis Polon. et Lithuanor.* p. 395. et in *Bernardi Connorii Beschreibung des Königreichs Pohlen* pag. 102 sqq. *Ianii Nicii Erythraei Eudemiae* libri X. primum Lugd. Batav. 1639 editi, deinde Coloniae Vbiorum 1645. et denique *ibid.* (siue potius Ienae) 1740. 8. recusis, et *Naudaeo* Epistola 93. vehementer probati, et *Iacobi Harringtoni Oceana*, de quo ingenioso libro *Acta Eruditorum* A. 1705. pag. 145 sq. et *Nouvelles de la Republique des Lettres* A. 1700. Tom. 2. pag. 253. Alteriusque Angli *Noua Hierosolyma*, Clariss. Paschio pag. 20 memorata. *Jonathanis Swiftii* Dublini anno 1745. anno aetatis septuagesimo octauo denati

³¹ Clericus T. XXV. *Bibl. selectae* p. 402. *Mr. Heumann attribue l'Histoire de Severambes à un nommé d'Allais. Ce livre à été composé originairement en François par un Provençal, nommé Veiras, que feu Mr. Locke avoit connu particulièrement, et ensuite il à été traduit en diverses langues. L'auteur avoit mis au titre, traduit de l'Anglois, pour de païser les lecteurs; finesse que Mr. Bayle a imité depuis dans son Commentaire Philosophique, adde T. XXVI. p. 460. 461.*

³² Vide *Christophor. Hartknochium de Republica Polonica* lib. I. cap. 2. pag. 86 sq. *D. Sam. Schelwigii Bibliosophistas Gedanenses* p. 78 sq. et *gelehrten Criticum Centur.* 3. quaest. 23.

nati ³³ liber anglice sub titulo: *Tale of a Tub*, Londini editus, et in gallicum germanicumque sermonem conuersus; eiusdem iter in Cacklogalliniam, anglice editum, et in varios sermones itidem conuersum; eius *Travels into several remote Nations*, qui liber sub ficto Lemuelis Gulliuerii nomine editus, et itidem in varias linguas translatus est; denique iter Lulliputtianum, quod etiam in varios sermones est conuersum. *Bernhardi de Maindeville* fabula apum, quae primum anglice 1706. ³⁴ ligato sermone prodiit, deinde ve-

ro

³³ Vide London's Magazine 1745. p. 564. vbi quoque stipendii 12000 librarum, quod in usum nosocomii, in quo homines mente capti alantur, conuerti voluit, mentio fit. Ipsam, quod condidit, testamentum germanice versum exhibetur in den bremischen Beyträgen p. 255 sqq. Quod ei positum est epitaphium recensetur in Gentleman's Magazine A. 1745. p. 663. quod, vt hic repetamus, haud iniucundum fore lectoribus confidimus:

Hic iacet

Democritus ille neotericus,

Rabelaeus noster,

Jonathan Swift, S. T. P. ecclesiae huius cathedralis

Nuper Decanus;

Momi, *Musarum*, *Minervae*

Alumnus perquam dilectus,

Insulsis, hypocritis, theomachis

Iuxta exofus;

Quos tributim summo cum lepore

Derisit, denudauit, debellauit.

Patriae infelicis

Patronus impiger et propugnator.

Primores arripuit populumque interritus,

Vni scilicet aequus virtuti.

Hanc fauillam

Si quis ades, non penitus excors viator

Debita sparges lacryma.

Opera Swiftii iunctim edita sunt Londini 1751. vndecim voluminibus in 12. Vide Journal Britannique T. V. p. 324.

³⁴ Baumgartenii Nachrichten von einer hallischen Bibliothek Vol. 8. p. 62. et eiusd. Nachrichten von merkwürdigen Büchern Vol. 8. p. 445.

ro 1714 auctior est recusa; cui deinde pars secunda 1729 addita est. Haec gallice versa, adiectis nonnullis aliis Maindeuillii scriptis, quatuor in forma octopartita voluminibus, euulgata est Londini 1740. Non sine plausu excepta est *Iosephi Aurelii de Ianuario* Respublica Iureconsultorum, in qua iter nonnullorum iuuenum describitur, in insulam quandam susceptum, in quo Iureconsulti, fato functi, tanquam ciues, optimam condunt rempublicam. Haec prodiit Neapoli 1731. 4. et cum Frider. Ottonis Menckenii ad auctorem epistola recusa est Lipsiae 1733. 8. Hisce ex Germanis nostris addentur confictae eiusmodi Respublicae Platonicae quatuor, quarum prima Latine scripta est a *Magno Daniele Omeisio*, Profess. Altorfino τῶ μακροβίτη, sub titulo Insulae fortunatae, de quo libro adeundus V. C. Ioan. Georg. Eckartus in excerptis mensuris Ianuar. 1702. p. 76. Reliqui tres Germanice scripti sunt, atque primus ex illis, inscribitur, nescio quo Auctore, *Ophirischer Staat* ³⁵ de quo idem Eckartus p. 18. secundus, *die allerglücklichste und vollkommenste Regierung*, Auctore Cordesio a Verimund, siue Treuherz von *Wahrmund*, sub quo nomine personato latet *Iacobus Dornkrell ab Eberherz*, edita Harmonia Biblica et aliis scriptis non ignotus, atque anno 1704 defunctus. Tertius inscribitur Constantini von Wahrenberg ³⁶ *glücklichste Insel, oder das Land der Zufriedenheit*. Regiomonti 1723. 8. E Danis notari meretur Ludouicus Holbergius, qui et elegantissimis acuti ingenii foetibus, et illustri in academiam equestrem Soranam ³⁷ liberalitate nominis immortalitatem consequutus est. Is enim sub ficto Nicolai Klimmii nomine edidit iter subterraneum, in quo perfectae reipublicae formam delineauit, adeo auide, vt omnia Viri acutissimi scripta, arreptum, vt in varias conuerteretur linguas.

³⁵ Hic liber recusus est Nordhusae 1723. 12. sub titulo: *Vorschlag zu einer wohl-eingerichteten Landesregierung*.

³⁶ Sub Wahrenbergii nomine latet Celeberrimus ille, scriptisque theologicis et politicis notissimus, Phil. Bartholdus Sinold, dictus Schütz, cuius vitam recenset Ern. Frid. Neubauerus in Lexico Theologorum Lutheranae Reformataeque religioni addictorum P. II. pag. 1119. vnde discas, libellum hunc sub ascitio illo, quo saepius Schützius est, Ludouici Ernesti a Faramond nomine Franc. 1732. 8. esse recusum.

³⁷ Vide *Formeii* nouam Bibl. germanicam T. XV. p. 90.



CAPVT XV.

Scriptores de Legibus, Comitibus, Iudiciis, Poenis,
Seruisque Hebraeorum, Graecorum, Romanorumque: Et de
Sanctionibus et Iudiciis Christianorum Canonicis
atque Synodicis.

*De septem Praeceptis Noachi. 1. Legibus Mosaicis. 2. 3. 4. 5. Legumlatores
Gentium 6. Leges Atticae et Laconicae. ibid. Aegyptiorum. 7. Roma-
norum. 8. Conuentus et Comitia. 9. Iudicia Hebraeorum. 10. Graeco-
rum. 11. Romanorum. 12. Christianorum Concilia et Canones Ecclesiasti-
ci. 13. Poenae Hebraeorum. 14. Excommunicatio Ecclesiastica. 15.
Poenae Graecorum, Romanorum et aliarum Gentium. 16. De Seruis et
eorum manumissione. 17.*

I.

De legibus Patriarcharum antemosaicis, tam ante quam post diluuium vi-
deatur Richardus Cumberland in appendice Latine addita ad opus po-
stum Anglice a S. Payne editum de originibus gentium antiquissimis, Lon-
dini 1724. 8. Celeberrimus Herm. Samuel Reimarus in dissertatione de le-
gibus Mosaicis ante Mosen. Hamb. 1741. et Conr. Ikenius in dissertationibus
binis de institutis et caerimoniis legis Mosaicae ante Mosen. Bremae 1751 edi-
tis. De septem praeceptis quae Noacho data esse perhibent et a profelytis
etiam domicilii obseruari volunt Iudaei, copiose atque erudite egit Ioan. Sel-
denus in opere de iure naturae et gentium secundum disciplinam Hebraeo-
rum, Lond. 1640. fol. Argent. 1665. 4. quod iustos veluti commentarios in
illa exhibet: breuius Melchior Leydeckerus de Rep. Hebraeorum pag. 28.
aliique in codice pseudepigrapho Vet. Testamenti pag. 269 a me allegati.

II. Leges Mosaicas exponunt interpretes Pentateuchi, tum Philo Iudaeus
in plerisque scriptis; et Eduardus Bernhardus ad Iosephi librum 3 et 4.
antiquitatt. Iudaicarum: ne de Talmudicis iam dicam, per traditiones suas
legibus Mosaicis dubium plusne lucis an tenebrarum et dubiorum afferenti-
bus. Distinguuntur ¹ leges Mosaicae in morales, מצוה, προσάγματα siue
ἐν-

¹ Ignotam fuisse Philoni, antiquis Iudaeis et Maimonidi hanc distinctionem, obseruat
Ericus Benzelius in notitia litteraria sect. 1. parte 3. p. 48 sq.

ἐντολαίς, Forenses siue Ciuiles, מִשְׁפָּטִים, κρίματα, (praecepta Noachidarum) et Caerimoniales seu Leuiticas, δικάϊώματα, νόμιμα, (statuta Iudaeis peculiaria ².) Ad moralium illustrationem faciunt innumeri scriptores morales atque catechetici, quos recensere ab instituto nostro est alienum. Ad forenses leges Mosaicas illustrandas non praetereundi, qui easdem cum legibus aliarum gentium contulerunt, vt fecit auctor collationis legum Mosaicarum et Romanarum, a Petro Pithoeo editus, siue Licinius Rufinus siue iunior aliquis I. C. Christianus, aut si Marquardum Freherum libri I. *παρέργων* iuris cap. 9. audimus, Iudaeus, qui quum videret laborare sectam suam invidia, quod disciplina iureque a Romanis diuerso vti nosceretur, amoliri eam studens, demonstrauit non vsque adeo multum legibus Iudaicis et Romanis inter se disconuenire, atque adeo ex patriis suis legibus fluxisse Romanas. Vide si iuuat quae de hac collatione dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 9. vbi etiam plures recentes scriptores eiusdem argumenti laudo, quibus addendus Wilhelmus Zepperus in legum Mosaicarum forensium explicatione. Herbornae 1604. 1614. 8. et cum Ioan. Henrici Schrammii notis. 1714. 4. Laelius Mancinus de triplicis iuris collatione ac consensu. Patauii 1648. fol. Claudius Kloot in synopsi caussarum criminalium, qua collationem iuris Diuini, Suecici et Romani instituit; et Ioan. Franc. Buddeus in legum Solonis cum Mosaicis collatione. Halae 1699. Leges forenses Mosaicas ad decalogi praecepta refert Bened. Piætetus lib. IX. Th. Christi. c. 10. Ceterum legislatores celebres Ethnicorum ac Philosophos leges praeceptaque sua a Mose sumfisse merito negat Augustinus Calmet in diss. praefixa commentario suo in Prouerbia, licet aliud videatur Ehregott Daniel Colbergio in legislatoribus Graecorum et Romanorum Mosaizantibus.

III. Quod ad leges caerimoniales Mosaicas attinet, earum Originem ab Aegyptiis repetunt Angli duo eruditi Io. Spencerus in opere de legibus Hebraeorum ritualibus ³, Cantabrigiae primum 1685. in fol. et deinde 1686. 4. Ha-

² Drufius ad Sulpitium Seuerum p. 106. et Herm. Witfius Misc. sacr. T. 2. p. 482 sq. Aliter Geierus ad Psalm. LXXXIX. 32. et Relationes innoxiae 1702. p. 325 et 326.

³ Noua editio ex Msepto Spenceri Cantabrigiae prodiit 1727. fol. duobus voluminibus cura Leonhardi Chappeloni, Arabicae linguae Professoris Cantabrigiensis, addito etiam quarto auctoris libro de ritibus et consuetudinibus Hebraeorum repetitis ab vsu ethnicorum nec a Deo praeceptis, et dissertationibus de natura et origine phylacteriorum Iudaicorum, de ratione legis vsuram prohibentis, et tertia ad locum Martialis XI. 95. Quae editio repetita est Tubingae 1732. fol. cum C. M. Pfaffii dissert. praeliminari, in qua scripta Antispenceriana recensentur, quibus adde Ioach. Langii Spencerum *ἐλεγχόμενον*, in eius opere Germanice edito Halae Saxon. 1732. fol. *Mosaisches Licht und Recht.*

Hagae Comitum et Lipsiae 1705. in 4. recuso, et Io. Marshamus in chronico canone. Lond. 1672. fol. Lipsiae 1675. 4. et Amst. 1698. 4. Idem praeter typicum respectum ad Christum (ad quem omnia antiqui foederis sacrificia collineabant teste scriptore sacro epistolae ad Hebraeos) alias plerumque rationes ad Ethnica sacra Aegyptiorum vitanda vel imitanda pertinentes vrgent, impugnati, ne interpretes Leuitici et aliorum Mosis librorum scriptoresque de sacrificiis et typis sacris, supra laudatos iam memoremus, ab Hermanno Witfio in Aegyptiacis Amstel. 1683. 1696. 4. Claudio Fressenio lib. 1. disquisit. Biblicarum cap. 4. sq. Natali Alexandro in aetate 4. Testamenti Veteris, Ioanne van der Weyen in variis sacris, Ludouico Ferrando in parte 1. obseruationum de religione Christiana Gallice editarum, a Iac. Triglandio in diss. de origine et causis rituum Mosaicorum, Lugd. Bat. 1702. 4. et a Ioanne Friderico Weidlero dissert. de corruptis legum Hebraearum rationibus apud ipsos Hebraeos (Maimonidem praecipue) deprehensis Witteb. 1713. Leges caerimoniales ad Decalogi praecepta refert Christoph. Sonntagius in Decade theologica siue *δείγματα* de moralitate legum caerimonialium et forensium. Altorfii 1708. 4. Quod lex caerimonialis post aduentum Christi cessare debuerit adeoque a Christianis recte fuerit abrogata, ostendunt praeter Iustinum Martyrem, et alios Veteres Robertus Grossetest, Episcopus Lincolnensis circa A. C. 1240. clarus in libro de cessatione legalium, cuius vix tertia pars edita est Lond. 1658. 8. Iacobus Altingius in Schilo libro 5. cap. 4. vsque ad 10. Wagenfeilius in Telis igneis Satanae pag. 544 sq. Philippus a Limborch in collatione cum erudito Iudaeo Isaaco Orobio Hispano, p. 372 sq. et Isaacus Iaquelotus in diss. de Messia, Gallice editis p. 250 sq.

IV. Leges vniuersas Mosaicas in quatuordecim classes digerit et illustrat *Maimonides* in Moreh Neuchim P. 3. cap. 35-39. Alia eas methodo in certas classes titulosque digessit et ex toto Pentateucho excerptit *Theodorus Beza*, cuius liber et seorsim et inter opera eius excusus est: tum *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum libro V. Iudaei numerare solent praecepta legis per Mosen data 613. Ex quibus 248. 4 affirmatiua, imperia siue iussa, *παραινέσεις*, respondentia numero ossium membrorum hominis: et 365. negatiua, vetita siue *νοθετήσεις* respondentia numero dierum solis, vel vt alii, venarum hominis, quod tamen explodit Mottanus Vayerus T. 12. operum p. 258 sq. Vniuersa haec praecepta 613. aiunt Dauidem Psalm 15. redegisse ad praecepta vndecim: Esaiam cap. XXXIII. 15. ad praecepta sex:

O 2

Mi-

* Quotque hominis sunt membra, dies quot computat annus
Tot praecepta dedit - - - - - Gilb. Gaulmiz.

Micham VI. 8. ad tria: Efaïam iterum LVI. I. ad duo, Amosum denique V. 6. et Habacucum II. 4. ad vnum. Vide Cartwrigthum in Mellificio Hebraico lib. I. c. 4. Cocceium ad codicem Maccoth, p. 435. Grotium ad libros de veritate religionis p. 224. et ad Matthaei XXII. 40. et Bibliothec. Lubec. T. 2. p. 199. Praecepta illa 613. illustravit e Iudaeis R. David Vidal, de quo clarissimus Wolfius T. I. p. 296. praeclarae suae Bibliothecae Hebraicae. Moses Maimonides in ספר מצות, (Wolfius T. I. pag. 860.) Moses Chagis (Wolf. T. 3. p. 754.) Salomo ben Eliezer in עבירת הלוי (Wolf. Tom. 4. p. 974.) Moses de Kotzi (Bartoloccius Bibl. Rabb. T. 4. p. 75.) Iehuda Lebh ben Hillel in libro חכמה לב, qui cum versione latina editus est a Carolo Schulten, Holmiae 1711. 4. Hispanica lingua Isaac Athias, Venetiis 1627. 4. et postea Amstelod. 1694. 4. Hebraice et Latine post *Sebast. Munsterum* edidit *Io. Leusdenius* Ultrai. 1686. 4. et ad calcem Philologi Hebraei primae editionis. Latine *Iosua Arndius* in Manuali L.L. Mosaicarum, *Ioannes a Lent* in Theologia Iudaica, *Simon Episcopus* lib. 3. institutionum Theologicarum. *Leydeckerus* V. 10. de republica Hebraeorum. *Gilbertus Genebrardus* ad calcem chronici (edit. A. 1600. fol.) p. 84 sq. *Ioan. Pistorius* in scriptoribus Cabbalisticis, Basil. 1587. fol. et *Benedictus Arias Montanus* generationis Adami libro quarto p. 225 sqq. Antwerp. 1593. 4. Anglice *Ioannes Owenus* in epistolam ad Hebraeos Tom. I. Exercitatione XX. p. 275 sq. Ex his DCXXII praeeptis ipsi non dissententur Iudaei negligi a se praeepta CCXCVII. Vide *Ioan. Henr. Maii* synopsis theolog. Iudaicae p. 208. sexaginta praeepta *neccessaria* esse fatentur. vide *Iosephum de Voisin* ad *Raymundi Martini* pugionem fidei p. 91. De abrogatione legis Mosaicae idem adeundus p. 141 sqq.

V. Non praetereundus etiam Constantini l'Empereur de legibus Hebraeorum forensibus liber, siue commentarius ad tractatum Talmudicum Bava Kama. Lugd. Bat. 1637. 4. et in opere Mischnico Surenhufiano tomo 4. R. Aaron in חנוך, v. Wolfius T. I. B. H. p. 123. R. Elias Byzantinus, de quo idem ibid. p. 149. R. Eliezer Metensis, Wolf. ibid. p. 179. et R. Eliezer ben Nathan, de quo idem ibid. p. 180. Tractatum Talmudicum הוריות de statutis Latine vertit *Christianus Ludouici*, Lipsiae 1696. 1712. 4. *Ioan. Henr. Hottingeri* ius Hebraeorum siue Nomothesia Mosaica Tiguri 1656. 4. cui addes *Nehemiam Grew*, Anglum in *Cosmologia sacra* lib. 4. cap. 8. vbi agit de rationabilitate, respectu et vsu legum Mosaicarum. Memorandi quoque sunt ii, qui de vna alteraue lege Hebraeorum scripserunt, vt *Ioan. Ioach. Zentgravius* dissertationibus 4. de legibus Hebraeorum forensibus contra Magiam et idololatriam. Argentor. 1693. *Theodorus Dassonius* de iure finium.

finium. Witteb. 1626. de modis feminandi diuersa femina. ibid. 1695. de rebus in agris relictis. ibid. 1696. de vidua Hebraea. ibid. 1699. *Ioan. Christoph. Wagenfeil* de eo, quod secundum legem Diuinam e terrae prouentu pauperibus debetur. Altorfii 1700. *Ioan. Andr. Danzius* de iure talionis. Ienae 1700. et de animalibus esu interdictis. ibid. 1688. *Gothofr. Valand* de lege connubii. Frf. ad Viadr. 1682. *Gust. Georg. Zeltner* de genuino coniugiorum prohibitorum fundamento. Alt. 1717. *Ioan. Dav. Michaelis* in der *Abhandlung von den Ehegesetzen Moses, welche die Heyrathen in die nahe Freundschaft versagen.* Lipsiae 1755. 4. *Ioan. Car. Beheim* de diuortio Iudaeorum nunquam a Deo praecepto, neque etiam legaliter permisso. Alt. 1729. *Ioan. Dav. Michaelis* ad leges diuinas de poena homicidii. Goettingae 1747. 4.

VI. Legumlatores gentium celebres longe plurimos referre me memini libro 2. Bibl. Graecae cap. 14. De legibus Atticis agunt *Pandulphus Prateius* in iurisprudencia veteri Draconis et Solonis cum Romano iure legum regiarum ac Decemuiralium (siue legibus XII. tabularum) diligenter collata Lugd. 1559. 8. de quo libro vide sis obseruationes selectas Hallensium tomo 1. pag. 83 sq. Egregius quoque est *Samuelis Petiti* ad leges Atticas commentarius Paris. 1635. fol. (non 1651. vt excusum in Bibl. mea Graeca pag. 526. nec 1653. vt in G. Beyeri specimine III. auctorum iuridicorum pag. 48. vbi etiam praeter rem vt opinor traditur hoc opus recusum A. 1642. 4.) editus, et cum animaduersionibus Iacobi Palmerii, A. M. Saluini, C. A. Duckeri et Petri Wesselingii recusus T. 3. Iurisprudentiae Romanae et Atticae, Lugduni Batav. 1738 sqq. euulgatae. Ex hoc Potterus lib. 1. cap. 26. Archaeol. Atticae leges Atticas in octo libros distinctas Graece et Latine descriptas integras exhibet. Tomo 12 thesauri Gronouiani p. 127 - 194. *Ioan. Meursii* Solon, siue liber de Solone eiusque legibus Hafniae 1632. 4. et *Themis Attica*, seu libri 2. de legibus Atticis Ultraiect. 1685. 4. etsi in his passim etiam fictae in Rhetorum Graecorum declamationibus leges afferuntur, a quo diligenter sibi et recte cauit Petitus. Recusa sunt haec Meursii scripta, vna cum eius libro de senatu Areopagitico Lugd. Bat. 1624. 4. primum vulgato, tom. 5. thesauri Gronouiani. *Iosephi Scaligeri* collectionem legum Atticarum ineditam occurrere in Bibliotheca Academiae Leidensis testatur Salmasius p. 272. epistolarum, et vsum se eadem testatur Grotius epist. 357. Eiusdem *Salmasii* obseruationes ad ius Atticum et Romanum aduersus *Desiderii Heraldi* obseruationes Parisiis 1640 editas, lucem adspexere Lugd. Batavor. 1645. 8. quibus Heraldus respondit in septem libris animaduersionum ad Salmasium. Parisiis 1650. fol. *Pandulfus* quoque *Prateius* ante nobis commemoratus ad calcem

librorum de iurisprudencia media Lugd. 1561. 8. subiunxit XII. leges Solonis quas in priore commentario praetermiserat. Praeterimus *Valentini Wilhelmi Forsteri* additamenta ad Solonis leges latine versas Witteb. 1616. 8. *Godofredi Schmidii* diss. de Solone legislatore Lips. 1688. 4. *Frieder. Menzii* dissert. de Solonis legibus. Lips. 1701. 4. atque *Christiani Woldenbergii* principia iuris Romani Rostoch. 1688. 4. qui etiam recudi curauit *Philippi Melanchthonis* collationem actionum forensium Atticarum et Romanarum praecipuarum, quae seorsim prodierat Witteb. 1546. 8. *Antonii Thyssii* denique collationem legum Atticarum et Romanarum, recusam eodem tomo 5. thesauri Gronouiani. Non mediocriter etiam ius Atticum illustrant Harpocratio in Lexico Rhetorum, et Philippus Iacobus Maussacus, atque Henr. Valesius in eruditis ad Harpocratiorem obseruationibus, et Vir Graece doctissimus Ioan. Taylor in lectionibus Lyfiacis, atque eruditissimis in Demosthenis orationes notis.

Plato Atheniensis ab Arcadibus, Cyrenaeis et Thebanis rogatus, leges ferre illis noluit. Vide Menagium ad Diog. Laërtium p. 148. b. nihil tamen celebrius eius duplici opere de Republica libris X. et de legibus libris XII, itemque *Epinomide*. Arque a profanis quidem scriptoribus passim laudibus fertur in coelum, ab Eusebio autem et Theodorito et aliis Christianis propter leges improbables reprehenditur. Praecipue vitio ipsi datum est quod communionem vxorum haud est detestatus, quo nomine in Socratem Platonemque inuehitur praeter alios *Saluianus* lib. 7. de prouidentia p. 257. *Chryostomus* homil. 1. in Ioannem p. 11. et in acta p. 482. vt alios in praesenti omittam. Qui Platonem excusant, aiunt eum hoc neutiquam censuisse admittendum in *νενοσηκúιας πόλεσι*, quales sunt ipso etiam iudice quae sunt fueruntque vniuersae, sed in ideali sua Republica. Confer *Alcinoum* c. 33. et scriptores laudatos a me lib. 3. *Bibl. Graecae* c. 1. *Aristotelis* 1. τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, siue tribus (vt Laërtius V. 22.) siue duobus libris opus constitit (vt *Anonymus* a Menagio editus in *Aristotelis* vita) iam pridem intertulerunt, perinde vt *Theophrasti* libri quibus Graecorum barbarorumque leges teste *Cicerone* descripserat. De legibus Lacedaemoniorum latis a *Lycurgo* videndus *Nicolaus Cragius* libro 3. de Republica Lacedaemon. T. 5. Gronov. et quae pridem notauit lib. 2. *Bibl. Graecae* c. 14. vbi et de legibus *Charondae*, *Zaleuci*, *Zamolxis* et aliorum. De *Lycurgi* legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit, exstat *Abrah. Krigelii* dissertatio Lipsiae 1726 edita.

VII. Legumlatores et leges Aegyptiorum, persequitur Diodorus Siculus lib. I. histor. cui ex recentioribus addendi sunt Kircherus T. I. Oedipi Aegypt. p. 113 sq. Marshamus, Spencerus, Witsius libris supra laudatis, et Ioannes Nicolai tractatu de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus insignioribus, Lugd. Batavor. 1706. 8. Ioan. quoque Ludouicus Praschius designauit collectionem legum Aegyptiacarum, eamque Argentorati sub Boecleri praesidio in argumentum disputationis publicae proposuit, vnde inter Boeclerianas dissertationes legitur tom. 2. p. 665 sq. Argentor. 1710. 4. De legibus vetustis Noruegicis eruditum tractatum edidit M. I. Paus. Hafniae 1751. 4.

VIII. De legibus Romanorum, Regiis, Decemuiralibus, Tribunitiis, nec non de SCtis, Edictis, atque Imperatorum legibus ac rescriptis scriptores laudauit lib. IV. Bibl. Latinae c. 9. vbi etiam de responsis Prudentum, Iurisconsultis antiquis et omni iuris Romani historia. Pro seueritate legum Decemuiralium siue XII tabularum pulchra Apologia apud Gellium XX. 1. relata legitur ex ore Sexti Caecilii. Plebiscita sine auctoritate senatus non habebant vim legis, vt praeter alios notat Plutarchus, Coriolano pag. 227. Iis, qui leges Romanorum Regias etc. illustrarunt, scriptoribus, in Bibliotheca latina commemoratis, iungendi sunt e recentioribus S. H. van Idsinga variorum iur. ciuil. liber singularis, quo leges quaedam regiae et decemuirales, tum Pandectar. tum Codicis illustrantur, explicantur. Harlingae 1739. 8. Christi. Henrici Hausotteri Historia legum Romanarum. Lipsiae 1751. 8. Io. Nicol. Funccii leges XII. tabularum suis, quotquot reperiri potuerunt, fragmentis restitutae et obseruationibus criticoantiquariis illustratae, Rintelii 1744. 4. Aloyfii lib. Baron. a Locella tria tentamina ad illustrandas leges XII. tabularum. Viennae 1754. 4. Io. Ludov. Conradi Commentatio de legibus tabellariis. Lips. 1756. 4. Io. Aug. Ernesti, Theologi atque Philologi Praestantissimi, Index legum, quarum in libris Ciceronis nominatim fit mentio in eius Clauis Ciceroniana obuius. M. Antonii Ferratii Epistola de Senatusconsultis, pag. 176. Eius Epistolarum. Ern. Martini Chladenii dissertationes binae de Senatusconsulto⁵ tacito. Viteb. 1742 et 1743. Io. Gottl. Heineccii Historia edictorum⁶, quae comparet in eius Opusculis postumis a Ioan. Chri-

⁵ Dubia contra Chladenii de SCto tacito sententiam mota obuia sunt in Nouis Litterariis Lipsiae anni 1743. p. 63.

⁶ Edicendi siue edicta proponendi facultas, vti ad magistratus auctoritatem pertinet, ita Romae concessa Regibus, Consulibus, Censoribus, Dictatoribus, Praetoribus, Tribunis Ple-

Christi. Heineccio editis Halae 1743. 4. Laur. Andr. Hambergeri disputatio de Edicto perpetuo, quae exstat pag. 251 sqq. eius Opusculorum Francof. et Lipsf. 1745. 8. euulgatorum. Io. Aug. Bachii Programma de Edicto perpetuo prouinciali. Lipsf. 1752. 4. Io. van der Wayen de aedilitio edicto. Lugd. Batav. 1720. 4. Io. Christi. Gottl. Heineccii ad edictum aedilitium florum sparsio. Halae 1738. 4. M. Antonii Ferratii Epistola de legibus iudiciariis, p. 1. eius Epistolarum. Leopoldi Antonii Guadagni Lettera delle Leggi Cenforie, quae infera est diario italico: *Novelle della Republ. delle Lettere dell'anno 1731*. Friderici Platneri libellus de legibus sacris Romanorum. Lipsf. 1751. 8. Eiusdem dissertatio de legibus Romanorum sumtuariis. *ibid.* eod. Omittimus, ne vel nimis excrescat commentatio nostra, vel messem in alienam falcem immittere videamur, scriptores, qui de singularibus legibus Romanorum commentati sunt, in Struuii atque Lippenii, accessionibus Ienichii aucta, Bibliotheca Iuris euoluendi. De more leges tabulis inscriptas vel lapidibus insculptas in porticibus Ecclesiarum proponendi, Frid. Lindenbrogius ad Codicem legum antiquarum p. 1426. et Almeloueenius p. 15. amoenitatum theologicophilologicarum.

IX. Conuentus populi, et Comitata relata siue indieta apud Romanos fuere, vt apud Arnobium lib. 2. p. 91 traditur, triplicia *urbana*, *militaria* et *communia*; hoc est, vel *Curiata*, (*ἐκκλησία τῶν κουριῶν*, Appianus 3 Ciuil. p. 586.) vel *Centuriata* (*λοχιτίς*) vel *Tributa* (*Φυλέτις*, Appianus 3 Ciuil. p. 545. et 4. p. 642.) In *Curiatis*, rem militarem continentibus, suffragia ferebant qui in vrbe habebant domicilium, adeoque adscripti essent vni e tringinta curiis quas Romulus instituit, et omnis deinde aetas seruauit. In *Centuriatis*, *κατὰ λόχους*, auctoritate senatus auspiciato conuocatis ad Magistratus maiores creandos in Campo Martio extra urbem presente exercitu suffragia ferebat populus omnis ciuium, siue in vrbe siue extra urbem habitantium et in classes descriptorum per classium Centurias a Seruio Tullio 7 institutas: in *tributis* denique *κατὰ Φυλάς*, etiam conuocatis sine sacrificiis 8 et sine Senatus auctoritate idem omnis populus diuisus in tribus XXXV. quibus deinde aliae nouae additae sunt, quum post bellum sociale ciuitas Italicis

data

Plebis, Aedilibus, Praefectis Praetorio, Praefectis vrbi, Praefectis aerario, Proconsulibus, Praesidibus, Ducibus bellicis, Pontificibus maximis et Decemuiris Sacrorum, vt probatum dedit Ioan. Gottl. Heineccius in praefatione ad Ezech. Spanhemii Orbem Romanum.

7 Appianus 1 Ciuiliam p. 386.

8 Dionysius Halycarnessensis lib. IX. p. 598.

data esset. Vide Appianum I. Ciuil. p. 610. 641. 645. 646. 654 sq. Centuriatis comitiis exercitus imperatus siue exercitus omnis vrbanus ciuium classicorum conuocatus est a Censore, vel Consule aut Dictatore, vel Interrege vel etiam Pontifice. Remittebatur exercitus, quum comitia dimittebantur. Vide Io. Frid. Gronouium Observ. lib. 1. c. 1. In tributis plebs plurimum valebat, in centuriatis nobiles. Priuatis, quo liberius possent ferre sententiam, concio et dicendi potestas in comitiis dabatur ante magistratus, teste Dione lib. XXXIX. p. 106. (207. R.) De Patrum in comitiis auctoritate vide eundem Gronouium obseruationum lib. 1. c. 25. Centuriam pro tribu ac vicissim tribum pro Centuria aliquando ponit Liuius, notante Gronouio ad lib. 26, 18. vbi de *confuso suffragio*. Graeci ita distinguunt: *ἐκατὰ λόχους ἀλλὰ κατὰ φυλάς γίνεσθαι τὴν ψηφοφορίαν*, *suffragia ferri non centuriatim sed tributim*, Plutarch. Coriolano fol. 223. De vniuersa illa comitiorum ratione praeter *Onufrium* libro de ciuitate Rom. c. 6. 53 et 69. tom. 1. thesauri Graeuiani videndus inprimis eruditus vir *Nicolaus Gruchius* 9, cuius libri 3. de comitiis Romanorum omne punctum tulerunt, prodieruntque Paris. 1555. fol. Venet. 1559. 8. et vna cum scriptis *Caroli Sigonii* Hanov. 1604. fol. ad cuius binas reprehensiones, et disputationem de binis Magistratum Romanorum comitiis et lege curiata responsiones eiusdem Gruchii, Paris. 1565. 1567. 8. seorsim editae, et recusae sunt vna cum libris de comitiis, tomo 1. antiquitatum Romanarum Graeuii. Quemadmodum et *Sigonii* de binis comitiis et lege curiata posterior cum Gruchio disputatio A. 1566. recusa Tom. 1. Graeuii p. 731. et emendatior lib. 3. de iure prouinciarum: *Gruchii*que ad posteriorem *Sigonii* disputationem refutatio A. 1567. inserta T. 1. Graeuii p. 634. tum *Sigonii* de lege Curjata Magistratum et Imperatorum et Iure eorum liber ad Gruchium. Venetiis 1569. 4. Conferendae etiam *Latini Latinii* ad Gruchium obseruationes pag. 30 sq. Bibliothecae profanae et quae post Gruchium scripsit *Otto Aicher* libris tribus de comitiis Romanorum, Salisburgi 1687. 12. quibus et quartum de comitiis ¹⁰ impe-

⁹ Nicolai Gruchii tres libri de Comitiiis, vna cum Pseudo Fenestella et Pomponio Laeto de magistratibus et sacerdotiis et eiusdem Laeti de Iurisperitis et legibus, Valerio Probo de notis antiquis siue litteris, Iusti Lipsii diatribis ad antiquitates R. spectantibus, de magistratibus P. R. de vetere Latinorum scriptura, de vet. Romanorum pecunia, nominibus, conuiujs, de supplicio crucis, censura et censu, nec non de anno eiusque ratione et intercalatione; et Alexandri Sardi libello de numis recusi sunt, sed parum emendate, in Ioan. Godofr. Clausingii iure publico Romanorum.

¹⁰ De his Limnaeus IX. 1. Schwederus part. 1. c. 30. et alii scriptores iuris publici, ac singularibus scriptis Arumaeus, Conringius, Bernh. Bertramus alique.

imperii Romano Germanici subiunxit. Exstat et *Paulli Manutii* de hoc argumento libellus Bonon. 1585. 4. et tomo 1. thesauri Graeviani nec non *Paulli Merulae* commentatio de comitiis Romanorum quae Lugd. Bat. 1675. 12. et inter eius postuma scripta prodiit Lugd. 1684. 4. *Bartholomaei Beuerini* de Romanorum comitiis, vna cum eius de ponderibus et mensuris syntagmate, Lips. 1714. 8. *M. Antonii Ferratii* epistola de comitiis, p. 150 sqq. eius epistolarum, et de binis Comitiis, ibid. p. 162 sqq. *Ioachimi Friderici Schmidii* et *Laur. Normanni* dissertationes de comitiis Romanorum, Stargar-diae sine mentione anni et Vpsaliae 1674 editae, vt omittamus Petrum Nan-nium Misc. LIX. cap. vltimo, et Alexandrum ab Alexandro Genialium die-rum lib. 4. cap. 3. De comitiis tributis ante centuriata habitis, quibus Can-ditati Senatus populo commendarentur, multa disputat Nic. Abrahamus S. I. in commentar. ad orationem Ciceronis pro Milone cap. 9. sed quae nullius pretii esse notat Graevius p. 828. suae editionis. De Ecclesiis siue Conuen-tibus publicis Atheniensium Petitus ad leges Atticas pag. 234 sq. Ioan. Pot-terus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 17. Vbbo Emmius descript. Reipubl. Athe-niensium pag. 78 sqq. Car. Sigonius de Republ. Atheniensium II. 4. Franc. Rousius Attic. antiquitat. lib. 2. cap. 4. et Eduardus Corsinus Fastor. Attic. dissert. sexta, quae agit de Atheniensium senatu et ecclesiis, de prytanibus, proedris ac epistatis illorumque muneribus ac varietate. De comitiis veterum Germanorum antiquis exstat commentatio Io. Iac. Sorbierii, cuius Vol. I. prodiit Ien. 1745. 4. II. Franc. 1749. 4. De campis Roncaliae consulatur Christi. Gottl. Schwarzii commentatio; cum Christoph. Iac. Waldstromeri oratione de curiis regiis comitiisque ante sanctionis Carolinae tempora Noribergae celebratis, Altd. 1723. 4. edita, et Ern. Ant. Heiligeri dissertatio de campis Roncaliae habi-tisque ibi curiis sollempnibus, Gottingae 1751 euulgata, et recusa Lips. 1752.

X. De Hebraeorum iudiciis praeter ea quae superius cap. XIV. §. 2. di-ximus, consulendus Philonis liber de iudice, seorsim editus cum Conradi Rit-tershufii orationibus 2. de iudiciis Francof. 1602. Tho. Goodwinus in Mose et Aarone libro 5. Io. Gottl. Carpzouius ad Goodwinum. Ioan. Owman-nus in notis ad codicem Iadaiim p. 110 sqq. Melchior Leydeckerus de Re-publica Hebraeorum lib. 7. cap. 9. pag. 467 sqq. Augustinus Calmet in dis-sertatione de politia, siue ratione iuris dicendi apud Hebraeos, quae exstat T. I. eius dissertationum a Mansio latine conuersarum. Moses Lowmann in libro anglice edito: *A dissertation on the Civil Government of the Hebrews.* Londini 1740. 8. cap. X. p. 177. Quare assessores Synedrii vocentur Crethi et Plethi, disquirunt Talmudici in Berachot cap. 1. pag. 22. edit. Clarissimi Edzar-

Edzardi. Conferri possunt de Crethaeis et Plethaeis Scacchi Myrothecium III. 15 sqq. Ioan. Gothofr. Lakemacherus obseruat. philologic. P. II. Hillerus syntagm. sacr. pag. 190. et dissertationes Ioan. Bened. Carpouzii. Lipsi. 1671. et in eius disputationibus academicis p. 187 sqq. Henrici Opitii. Kilon. 1672. recusa in Thomae Crenii fasciculo 1. dissertationum historico-critico-philologicarum. Roterod. 1692. 8. Dauid. Lundii, Vpsal. 1690. et Daniel. Lundii. ib. 1707. 8. De more ius dicendi in portis vrbis vel sanctuarii vide I. C. Wichmanshausen in philologematis octo selectioribus. Witteb. 1715. §. 3. Franciscus Moncaei in lucubrationibus ad Canticum Cantorum. Paris. 1587. 4. pag. 88 sqq. Wilh. Frider. Pistorius amoenitatum historicoiuridicar. dissertat. 2. §. 47 sqq. De portis ciuitatum Iudaeae, iis maxime, quae *Battrabim* Hebraice vocantur, et de fori iudiciorumque in iis exercendorum antiquo more rebusque aliis ad portarum in vniuersum historiam spectantibus S. Hieronymus lib. 2. in Amos. p. 1413. *In porta, iuxta veterem iudaici morem populi fuisse iudicia et saepe legimus et crebro interpretati sumus, ut nec agricola ad caussam veniens frequentia ciuitatis et nouo terreteretur aspectu, nec vrbis habitator longe ab orbe properaret et subuectionem quaereret iumentorum.* Porta etiam pro aula adhibetur, vt *Porta Ottomannica*. Eodem sensu $\gamma\epsilon\psi$ Hebraeis et Xenophonti $\theta\upsilon\gamma\alpha\iota$. Vide Henrici Stephani annotationes in Xenophontem, et Lakemacheri obseruationes philologicas, p. 331. Apud Iudaeos in conuocandis litigatoribus ad comparendum coram tribunali cornu adhibitum esse ostendit Castus Innocentius Anfaldus in commentario de forensi Iudaeorum buccina. Brixiae 1745. 4. edito.

XI. De supremo Graeciae tribunali *Amphyctionico* Thermopylis celebrari solito a Pylagoris seu iudicibus nomine ciuitatum Graeciae delegatis et bis per annum conuenientibus, videndus Strabo IX. pag. 420 et e recentibus Seldenus ad Marmora Oxoniensia pag. 122 sq. editionis Prideaufii, praeterea Boecleri, Hackiique dissertationes, tum Ioannes Potterus lib. 1. cap. 16. Archaeol. tom. 11. Erasmi Vindingii Hellen p. 301 sq. tomo 11. Gronov. Antonius van Dale in antiquitatibus ex marmoribus illustratis dissertatione sexta. Vbbo Emmius Graeciae veteris T. 3. pag. 338. et Tom. 3. thesauri Gronouiani p. 587. et Carolus Valois de la Mare in dissert. de amphyctionibus, cuius pars prima exstat T. 4. p. 265. pars secunda Tom. VII. pag. 641. Memoriar. Acad. Inscriptionum. De iudicio et senatu Atheniensium *Areopagitico*, qui iam ante Solonem fuit, vt docet Aristoteles lib. 2. Politic. quamquam a Solone primum institutum scribit Cicero lib. 1. de officiis, cap. 22. sed a Cecrope institutus est, vt notat Syncellus pag. 153. et in tenebris ius

dicebat teste Luciano tom. 1. pag. 553. agit Meursius libro singulari, recuso tomo 5. antiquit. Gronov. Seldenus II. 4. de Synedr. pag. 136 sq. Lydiatus ad Marmora Oxon. II. p. 108 sq. Sam. Petitus ad leges Attic. pag. 241 sq. Marshamus canone chron. p. 650 sq. Andreas Dinnerus tractatu de Areopago Norimb. 1622. 4. Io. Schedii dissert. Witeb. 1677. 4. Ioan. Mich. Dilherri, Ien. 1640. 4. Chr. Frid. von Houen. Hafn. 1708. Pfeifferi antiqu. Gr. pag. 271 sq. Potterus lib. 1. Archaeol. cap. 19. a quo etiam alia fora et iudicia Atheniensium, et actiones tam publicae quam priuatae exponuntur. Humphredus Prideaux marmor. Oxon. pag. 348 sqq. Franc. Roufius atticar. antiquit. lib. 3. cap. 3. sect. 2. pag. 114 sqq. Elias Blancardus tomo 4. Histor. Acad. Inscript. pag. 79. et Stephanus de Canaye Memor. Academ. Inscript. Tom. 10. pag. 276. sqq. Decisionum Areopagiticarum filuulam collegit Marquardus Freherus, Francofurti ad Oderam 1672. 4. et tomo 5. thesauri Gronov. Duo autem in Areopago concilia, vnum e quingentis qui annuatim deligebantur, et perpetuam alterum, vide Apostolium VII. 80. Prouerb. De Palladio iudicio idem VII. 42. de Amphyctionibus III. 4. De iudicio Prytanei, siue foro ciuiliu caussarum; et de iudicio Heliastico sub dio ¹¹ *Amphyctionico* et *Areopago*, in quibus crimina capitalia et publica cognoscebantur, videndus Ioachimus Stephanus, Pomeranus, I. V. D. de iurisdictione Graecorum Tom. 6. thesauri Gronouiani, quod integrum recudi esset operae pretium, vulgato Francof. 1604. 8. de iudicio Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum. De publicis et priuatis iudiciis atque actionibus apud Athenienses consulendi Rhetores Graeci et quae Viri docti ad Harpocracionem, Ioannes item Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 23. sq. et Franc. Roufius Attic. antiq. lib. 3. cap. 3. sect. 5. De Lacedaemoniis qui nullos patronos caussarum admittebant, Craegijs IV. 7 sq. De *προσάταις*, qui inquilinos et peregrinos apud Athenienses defenderunt, vide Iacobi Elsneri obseruationes sacras p. 66. De *testibus* et *testimoniis* in iudiciis Graecorum consulatur Desid. Heraldus VI. 9. 11, et 16. pag. 436 sq. 458 sqq. 487 sqq. animaduersionum.

XII. De iudiciis Romanorum exstant libri 3. Caroli Sigonii de Romanae iurisprudentiae iudiciis. Bonon. 1574. fol. vna cum aliis ipsius scriptis, et Lugd. 1576. fol. Francof. 1593. fol. Hanov. 1609. fol. atque Halae Saxonum 1716. 8. curante Christiano Thomasio recusi, et T. II. Antiquitatum Romanarum. In eodem tomo occurrunt Sibrandi Tetardi Siccamae libri duo de iudiciis centumuiralibus pridem editi Francof. 1596. 8. Francisci vero Polleti

¹¹ Vide Scholiasten Aristophanis ad *Neph.* v. 860.

leti Duacensis I. C. historia fori Romani cum auctario Phil. Broidaei Arienfis, eius generi, lucem aspexit Frfti. 1676. 8. et quaecunque ad hoc argumentum spectant non incuriofe persequitur, cui addenda sunt, quae obseruauit Barnabas Briffonius lib. 2. antiquit. iuris c. 1 sq. Petrus Aerodius, in libro de publicorum iudiciorum ordine, et in Pandectis rerum iudicatarum, tum Casp. Zieglerus, Wittebergenfis quondam Academiae decus, in sua Dicastice et Rabulistica. Carolus Bretus item in ordine perantiquo iudiciorum ciuiliu, Paris. 1604. 4. edito et recuso T. 2. thesauri Salengriani. M. Antonius Ferratius p. 4 sqq. Epistolarum, vbi de forma iudiciorum Romanorum agit. Ioan. Rudolphi Ifelii breuis Romanorum iudiciorum historia. Basil. 1722. 4. Christoph. Cellarii dissertatio sistens processum I. R. antiquum. Halae 1698 habita, et ibid. 1705. cum augmento recusa, et Fabiani Toernerii dissert. de iudiciis public. vet. Romanorum Vpsal. 1722. 8. Ioan. Georg. Graeuii praelectiones de iudiciorum Romanorum ordine, quas edi optat Ioan. Philippus Sleuogtus in erudita diss. de in ius vocatione antiqua et noua Ienae 1705. 4. nec dum, quod dolendum, viderunt lucem. Iudicia equitibus restituit Pompeius in consulatu suo; Plutarchus in Pompeio p. 630. A. De iudicum Romanorum decuriis dissertationem euulgauit Ioan. Tob. Krebsius Lipsiae 1744. Sententiae in iudiciis ferebantur vel voce vel discessione vel sublata manu. Vide Lipsium ad Senecam de vita beata cap. 2. Iuretum ad Symmach. lib. 2. Epist. 36. De formulis sententias ferendi idem Lipsius ad Senecae cap. 3. Ioan. Gottl. Heineccius in oratione de iurisprudencia veterum Romanorum formularia, ritibusque, quibus negotia ciuilia explicabant sollempnibus, Franeg. 1724. 4. edita, et inserta eius opusculis variis, Halae 1735. 4. euulgatis, p. 431 sqq. et Io. Sal. Brunquellii Progr. de sollempnibus in executione sententiarum a Romanis adhibitis. Ienae 1733. Latina lingua sola in iudiciis Romanis adhibita, vt notat Valerius Max. lib. 2. c. 2. §. 2. De iure extraordinario Pancirollus III. 30. Var. lectionum. De iure Vindiciarum apud Romanos existat dissertatio Georg. Willh. Ioecheri Lipsiae 1723. edita. De ritu vindiciarum vide Ioan. Frid. Christi Noctes academias, pag. 171 sqq. De vocabulo *ex iure manu confertum* vide Eundem ibid. pag. 180. et Adriani Deodati Stegeri vindicias manibus confertis sumendas ex lege XII tabularum. Lips. 1737. 4. De actoribus, subscriptoribus, delatoribus videndus Heraldus animaduers. VII. 16. pag. 549 sqq. et Chr. Gottl. Schwarzius ad Plinii Paneg. pag. 127 et 132. de popularibus actionibus, idem Heraldus VII. 26. p. 621 sqq. De aduocatis, tabellionibus, pragmaticis, idem VI. 10 et 12. pag. 452 sqq. 463 sqq. et VII. 17. p. 557 sq. et M. Antonius Ferratius Epist. pag. 22 sqq. et 144 sqq. De origine et conditione Procuratorum iure Ro-

mano et Canonico, nec non eorum progressu in forum Romanum confertur Christi. Godfridi Hofmanni dissertatio Halae 1716 edita. Historiam prouocationum et appellationum apud veteres Romanos exponendam sibi sumsit Christi. Wilh. Küstner, cuius specimen primum prodiit Lips. 1740. Cui iunge Franc. Car. Conradi ius prouocationum ex antiquitate R. erutum. Lips. 1732. 4. De vsu picturarum in iudiciis apud Romanos coniecturae eiusdem Conradi insertae sunt Misc. Lips. nouis Vol. 6. pag. 511 sqq. De conciliis, conuentibus et foris Romanorum in Italia et Prouinciis consulatur Onufrius Panuinius II. 20 sqq. antiquit. Veronensium. De more testes per aures trahendi, Fridericus Lindenbrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1360 sq. Ioan. Frid. Christius Noct. Acad. pag. 280 sqq. et Iac. Henr. Born in dissert. de antestatione in ius vocantium apud Romanos. Lips. 1737. Adde Io. Phil. Sleuogtii diss. de in ius vocatione antiqua et noua. Ien. 1705. De comperendinatione consule M. Ant. Ferratii Epistol. pag. 36 sqq. et Ioan. Alb. Spiesii dissert. Lips. 1728. De commentariis actorum veterum in foro litigantium Christi. God. Grabneri dissert. Lips. 1738. De tribunali videntus Chimentellus de honore bisellii. Polletus lib. cit. c. 6. Quod Vitruuius commemorat tribunal ab eo, quo magistratus vterentur, diuersum esse, monet acutissimus Ernesti in clauis Ciceroniana, voce *Tribunal*. De sportulis iudicum Polletus lib. 5. cap. 11. et Frider. Aug. Iunius in antiquitatibus sportularum apud Romanos quotidianarum. Lips. 1745. 4. §. 6. pag. 14. De supplicum signis apud veteres Io. Paullus Reinhard. Erlangae 1744. Scriptores de iudiciis veterum Germanorum plenis calathis attulit V. C. Gottlob Aug. Ienichen P. 1. Bibliothecae iuridicae Lipenianae p. 676.

XIII. De primis Christianis iudicia Ethnicorum magistratum ex consilio Paulli Apostoli fugientibus videantur interpretes ad 1 Cor. 6. Io. Seldenus lib. 2. de Synedriis Ebraeorum cap. 7. Christoph. Wollius de tribunalibus profanarum gentium Christo eiusque legatis merito odiosis. Lips. 1731. 4. et Christiani Weismanni dissertatio de compromissis Christianorum foro gentili praeferendis. Tubingae 1732. Iudices itaque Christianorum erant Episcopi, norma siue regula iudiciorum Ecclesiasticorum sacrae litterae, aequitas naturalis et deinde canones atque concilia. Canonum collectio antiquissima est, quae vulgo sub canonum Apostolicorum nomine fertur, et constitutiones apostolicae, vt vocantur vulgatae sub nomine Clementis Romani, quae nouissime cum notis Cotelerii et Clerici recusae sunt in eiusdem Cotelerii Patribus Apostolicis, Amstelod. 1724. fol. Vol. 1. p. 201 sqq. Alias canonum collectiones editionesque

nesque conciliorum et scriptores iuris Graeco Romani ex instituto recensui libro sexto Bibliothecae Graecae, quibus addenda est collectio conciliorum, quae Venetiis 1728. Tomis 21. folio, prodiit, cui accesserunt duo tomi apparatus, ib. 1733. fol. Editionem omnium conciliorum locupletissimam se parare significauit Antonius Zatta in conspectu nouissimae ac omnium locupletissimae sacrorum conciliorum editionis, quam societatis more aggreditur, euulgato Venetiis 1758. 8. Consilium edendae collectionis conciliorum Germaniae singulari programme, quod recensetur in Nouis Litterariis Lipsiensibus 1757. p. 782. aperuit Iosephus Hartzheim. Concilia de Ecclesiasticis Synodis recte dici, aduersus Polletum probat Georgius Henricus Vrsinus obseruationum philologicarum capite quarto.

XIV. Apud Hebraeos quatuor in vsu fuisse suppliciorum capitalium ¹² genera feruntur, viuicrematio, lapidatio, strangulatio et poena gladii, quam putabant esse turpissimam. Confer codicem Talmudicum Sanhedrin cap. 7. T. 4. Mishnae Surenhusii p. 237 sqq. Io. Seldenum de iure naturae et gentium p. 857. et lib. 2. de Synedr. cap. 13. D. Carpzouium ad Schickardius Regium Hébr. p. 259 sq. Io. Hoornbeckium in Miscell. Sacris cap. 15. p. 384 sq. Matth. Zimmermannum in Analectis p. 405 sq. Petrum Iurieu in historia critica p. 389. H. Kippingium Exerc. 1. de Cruce. *Christianum Stockium* in dissertationibus quinque de poenis capitalibus Hebraeorum. Ienae 1702. *Christoph. Borstorffii* dissert. de poenis capit. Hebraeorum. Aboae 1696. 8. *Ioan. Leusdenii* dissert. 47. Philologi Hebraeomixti, quae agit de poenis capitalibus Hebraeorum. *Augustini Calmet* dissert. de poenis et suppliciis, quorum in sacris litteris fit mentio, quae exstat ante commentarium in Deuteronomium, T. 1. p. 387 sqq. *Io. Frischmuthi* dissert. de sepimento legis, Ienae 1674. cap. 3. *Io. Ern. Bornitii* de poenis capitalibus Hebraeorum ordinariis Witteb. 1643. 4. *Otonis Christoph. Dieterici Fischeri* de suppliciis Hebraeorum in Pentade dissertationum stipendii Velthemiani, quae curante Ioan. Andr. Schmidio prodiit Helmst. 1717. 4. *Ioan. Georg. Abichtii* de suppliciis reipublicae Iudaicae. Lipsi. 1708. *Christi. Bened. Michaelis* de poenis capitalibus in sacra scriptura commemoratis, in primis Hebraeorum. Halae 1730, et auctior. ibid. 1743 et B. D. Mayeri dissert. selectas Kilonienses p. 245 sq. vbi sigillatim agit de lapidatione Stephani et pag. 275 obseruat lapi-

¹² Non ademptum fuisse Iudaeis tempore Christi ius omne suppliciorum capitalium, docent Otto in Lexico Rabb. p. 634. Salomo Deylingius II. 33. obs. sacrarum, et alii quos laudauimus ad codicem Apocryphum Noui Testamenti pag. 245. Contrariam qui tuentur sententiam, eos laudauimus supra p. 692.

lapidatos postquam hoc supplicium sustinuissent, deinceps fuisse etiam suspensos, non ex collo quidem, sed ex utroque brachio, qua de re Rev. quoque Dassouii diff. consulenda est edita Witteb. 1694. de suspendio hominis lapidibus obruti. Conferantur quoque *Menochius* de Republ. Hebraeorum lib. 8. c. 2. qu. 3. et *Sigonius* lib. 6. c. 8. De lapidatione *Heinius* in noua collectione variorum scriptorum, fascic. 1. pag. 102. vbi nonnulla contra receptam a Iudaeis sententiam monentur. *Io. Gothofr. Schuparti* dissertatio de ritibus lapidationis Hebraeorum. *Nic. Koeppen* et *Io. Mich. Lorentz* de supplicio Achaeni ad Ios. VII. 24-26. Gryphisw. 1710. et Argentorati 1735. *Ioan. Reinh. Rusii* de lapidatione Stephani. Ienae 1709. *Frieder. Siegfr. Ringii* de lapidatione Hebraeorum. Francof. 1716. *Friderici Imm. Schwarzii* martyrium Stephani e Pandectis Hebraeorum illustratum. Witteb. 1756. *Martini Iacobi Ounami* dissertat. de diris sanguinum¹³ in lapidatum deriuatis. Kilonii 1705. Supplicium crucis apud Iudaeos in vsu fuisse contendunt Baronius et quidam alii, etiam D. Georgius Moebius e *μακροβίτης* singulari dissertatione et I. G. de Chauffepié in dissertatione de supplicio crucis apud Hebraeos veteres vsitato sub praesidio Alb. Schultens Franeq. 1721. habita, et recusa Tomo 2. Misc. Duisburgensium, p. 401 sqq. sed negant rectius cum Scaligero Casaubonus exercit. 16. ad Baronium cap. 77. H. Kipping. Exerc. 2. de cruce aliique. De poena exitii seu excidii, codex Talmudicus כריתות T. 5. edit. Surenhusianae p. 236. Isaaci Abarbanelis diff. in Num. XV. 30. Comm. fol. 230 sqq. editionis Baskuyf. quam latine Buxtorfius ad calcem dissertationis de sponsalibus et diuortiis. Basil. 1652. 4. adiecit. et Ioan. Ad. Scherzeri dissert. de כרת Iudaeorum. Lips. 1657. De flagellatione¹⁴ siue fustigatione apud Iudaeos agit Campegius Vitringa in Archisynagogo cap. 16 sq. Io. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, pag. 120 sq. Matthias Zimmermannus p. 407 sq. analect. Christian. Schoettgenius Vol. 1. Horar. hebraicar. p. 714. Ioan. Leusdenius Philol. Hebraeomixti diff. 49. Lightfootus de ministerio templi c. 1. sect. 3. I. B. Carpzouius ad Schickardi Ius Regium p. 143 et 155. Petrus Zornius in Musaeo Bremensi T. 2. pag. 381. et T. 2. Opusc. sacr. p. 312 sq. Ioan. Hilppertus, et Aegidius Strauchius in dissert. de ritu flagellandi apud Iudaeos. Helmst. 1652 et Witteb. 1668. Casp. Sagittarii

¹³ Το δαιμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. Vide Interpretēs ad Matth. XXVII. 25.

¹⁴ De Cruciaris (apud Romanos) antequam in crucem tollerentur ad columnam flagellatis vide Grotium et alios interpretes ad Matth. XXVII. 19 et 26. Kippingium Exerc. V. de Cruce, Tillemontium Tomo 1. memor. Hist. Eccles. pag. 64. Pearsonium ad symbolum Apostoli pag. 359 sq. edit. Latinae et Gretserum lib. 1. de cruce cap. 10. et 84.

gittarii diff. de flagellatione Christi. Ienae 1674. Henr. Iac. van Bashuyfen in dissert. de flagellatione Paulli. Seruestae 1720. Franc. Vlric. Walterus in dissert. de poena flagellorum et scorpionum. Rintelii 1731. et interpretes ad Deut. XXV. 3. 1 Reg. XII. 11. et 2 Cor. XI. 24. vbi Apostolus testatur se accepisse plagas vndequadraginta, triplici nimirum flagello plagas tredecim, quem numerum hodieque apud Iudaeos obseruari docet exemplum Vrielis Acoftae, qui totidem se a Iudaeis plagas propter Apostasiam suam accepisse refert in vita sua, quam Limborchius edidit ad calcem colloquii sui cum erudito Iudaeo p. 350. Ex illis 39 plagis, quas Iosephus IV. 8. antiquitatt. et Talmudici in tractatu Maccoth siue de poenis quem Cocceius illustrauit tomo 7. Opp. et tom. 4. Mishnae Surenhusianae pag. 269 sq. et 288. numero rotundo 40 ex loco Deuteronomii vocant, plagae 13 infliguntur super humerum dextrum, totidem super humerum sinistrum, et totidem infra humeros, vt praeter alios notat Ioan. Morinus de Sacramento poenitentiae pag. 231. De carduis et acutis tribulis ferreis, quibus hostes suos Croesus in appendice Vaticana Cent. 1. prov. 88. et Ammonitas subiecit Dauid ad *Matthiam Frideric. Beckium* ad Targum 1 Chron. XX. 3. p. 209 sq. et interpretes ad 2 Sam. XII. 31. *Ioannes vero Andr. Dantzius* putat, Dauidem non tam crudeliter cum iis egisse, sed tantum in ferrifodinis laborare iussisse, atque operis admouisse metallicis. Vide eius dissert. cui titulus: Dauidis in Ammonitas deuictos mitigata crudelitas. Ienae 1710. Danzio assentiuntur *B. Aug. Herm. Franckius* Prael. Hermenevtic. p. 10. *La Grauius* Histoire de la Republique des Lettres T. 13. pag. 362 sqq. et *Ioan. Christ. Nimptschius* in dissert. de Ammonitis a Dauide absque crudelitate sub iugum missis. Lips. 1731. Deturbationem de Saxo etiam apud Iudaeos vsitatam notat Iust. Rycquius libro de Capitolio cap. 4. Poenam exilii nisi in alium Iudaeae locum et in asylum lex non statuit, quia in solo populo Iudaico Deus sanctius colebatur, omnibus aliis populis per idololatriam corruptis, vnde, quod scite obseruat Thom. Aquinas, si quis a populo illo vniuerso fuisset exclusus, data fuisset ei occasio idololatriae. De excommunicatione duplici apud Iudaeos, parua (Niddui siue Schammatha) et magna cum execratione (Cherem) vide *Petrum Iurieu* in historia critica p. 392 sq. *Buxtorfium* in Lexico Talmudico vocibus שמתא et נרוי, חרם, *Seldenum* de iure Nat. IV. 8. et de Synedriis I. 7. *Ioan. Colerum* in vita Spinosae pag. 21-56. *Herm. Witsium* Miscell. Tom. 2. Exercit. 2. §. 8 et 17. *Iulium Bartoloccium* Bibl. Rabbin. Tom. 3. p. 415. sq. et T. 4. p. 447. sq. *Ioan. Leusdenium* Philol. Hebraeo-mixti diff. 50. *Campeg. Vitrinae* synagogam veterem lib. 3. pag. 1. cap. 9. p. 727 sqq. sed et *Sam. Basnage* ad *Baron.* tomo 2. p. 476. sq. vbi negat *אנאי-*

Ἐρεμα de excommunicatione esse intelligendum, reiicitque κατάθεμα Iustini qu. 121. ad Orthodox. porro docet excommunicationem apud Iudaeos fuisse exclusionem forensam a iuribus societatis ciuilibus, non a templo nec paschate. Adde dissertationes Ioan. Georg. Bindrim de gradibus excommunicationis apud Iudaeos. Ienae 1670. Ioan. Conr. Durrii de anathemate Altorfii 1662. Henr. Opitii de excommunicationis ritu apud Iudaeos. Kilon. 1680. Ioan. Andr. Danzii, Ienae 1683. recuf. in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato pag. 615 sqq. Gottl. Israelis Musculi. Lipsiae 1703. Ioan. Isaaci Pihlmanni. Aboae e. a. 8. Daniel. Lundii. Vpsal. 1706. De excommunicatione ad sonum tubarum Eisenmengerus in detecto Iudaismo, T. 1. pag. 118 sq. De carnificibus Hebraeorum, qui erant adiuncti iudicum honorati, non raro ex tribu Leui, videatur *Aug. Calmet* ad Deut. I. 15. et ante Commentar. in Deut. T. 1. p. 402. De deuotione et excommunicatione apud Ethnicos Balthasar Bonifacius lib. 9. historiae ludicae c. 22.

XV. De excommunicatione Ecclesiastica consulantur praeter scriptores de poenitentia Ecclesiastica, supra c. 11. allegatos, *Grotius* ad Luc. VI. 22. *Ludov. Ellies du Pin* de antiqua ecclesiae disciplina, diss. 3. p. 244 sqq. *Iacobus Creillon* in tractatu gallico de Excommunicatione et monitoriis. Andegavi 1651. et Paris. 1672. 4. *Io. Morinus* de vsu censurarum ecclesiasticarum: (*Philibertus Colletus*¹⁵) in libro gallico sermone conscripto: *Traité historique des Excommunications*. Diuione 1683. et Paris. 1715. 12. *Nicol. Laurent. Arctander* de Excommunicatione ecclesiastica. Hafn. 1622. 8. *Thomae Erasti* explicatio quaestionis: vtrum excommunicatio a sacramentorum vsu arcens mandato nitatur diuino, an excogitata sit ab hominibus. Pefclauui 1689. 4. *Ioan. Ibannez* de Excommunicatione. Salmant. 1597. fol. *Thomas Brown* ad canonem X. Apostolicum: T. 2. Patrum Apostolicorum Cotelerii. *Zegerus Bernhardus van Espen* libro de censuris ecclesiasticis. 1709. 12. *Ioan. Volcmari Mülleri* Anmerkungen von dem Ursprung des Kirchenbannes, dessen Wachsthum, Mißbrauch und Einschränkungen, quae exstant in Eiusdem *Fortsetzung des Staatscabinets Johann Joachim Müllers*, collect. 1. p. 249. *Ioan. Georgii Pertschii* Recht des Kirchbannes. Halae 1721. 4. et auctius *Guelpherbyti* 1738. 4. *Ioan. Fechtii* tractatus de excommunicatione ecclesiastica. Rostochii 1712. 4. Eiusd. kurze Nachricht vom Kirchenbann. ibid. 1713. 8. *Christiani Thomasi*¹⁶ Bedenken über die Frage: wie weit ein Prediger bey seinem

¹⁵ Journal des Savans 1715. II. pag. 243. Memoires de Trevoux. 1715. pag. 552. et 851 sqq. Acta Erud. 1684. pag. 29.

¹⁶ Thomasi impugnarunt Seb. Edzardus in libello: *Verttheidigung der christlichen Lehre*

nem Landesherrn, welcher zugleich summus Episcopus ist, sich des Bindeschlüssels bedienen könne. Guelpherb. 1706. 8. quod deinde recudendum curauit T. 4. der juristischen Händel, p. 102 sqq. Franc. Paulli Sarprii les Droits des Souverains defendus contre les excommunications et interdits des Papes. Hagae Comit. 1721. 12. et Amstelod. 1743. 12. Ioan. Adriani Thierens et Guil. Velsens necessaria institutio de excommunicatione ecclesiastica. (*Nodige Voorkennisse der Gemeinte tot de Oeffening des Kerkenbanns.*) Delphis 1731. 4. Iusti Henningi Boehmeri diff. de statu excommunicatorum ciuili ex mente Protestantium. Halae 1727. Alb. Ioachim. Krakewitzii de excommunicatione ecclesiastica. Rostoch. 1709. Andr. Sandeti de ritu excommunicationis intra et extra Ecclesiam. Aboae 1694. 8. Io. Guil. Iani et Theod. Crügeri historia censurae ecclesiasticae Papalis IV dissertationibus Witteb. 1718 pertractata. Io. Frid. Wernheri dissert. de iure excludendi a S. Coena et absolutione. Witteb. 1709. et Io. Frid. de Beulwitz de excommunicationis in Electorem S. R. I. ecclesiasticum a P. R. decretae effectibus ciuilibus. Halae 1743. 4. Formulas excommunicationis habes apud Mabillonium pag. 162. analector. In omnes haereticos eorumque fautores et scriptores statutorum libertati Ecclesiae contrariorum apud Martenium I. anecdot. p. 996. De regibus excommunicatis uide Du Pinium diff. 3. de antiq. Ecclesiae discipl. pag. 489 sqq. Exempla quinquaginta Imperatorum, Regum, Principum, Rerumpublicarum a Pontificibus excommunicatorum collegit Gregorius Leti in libro, cui titulus: *Itinerario della Corte di Roma* ¹⁷ T. 1. pag. 577. et inde Aug. Tittelius in praefat. ad Isaac. Barrow von der päbstlichen Gewalt, p. 36 et 37. atque Ioan. Hubnerus Cent VI. Bibl. historicae p. 188 sqq. De cautione in eiusmodi rebus adhibenda uide Journal des Savans 1715. II. pag. 248. Origo eius ab A. C. 787. hortatu Caroli M. uide A. E. 1733. p. 340. Excommunicationis accensis candelis et pulsatis campanis mentio fit in epistola Alexandri III. T. 1. collect. nouae pag. 726. Num excommunicatio soluatur, si Pontifex admittat ad osculum, vel Rex ad mensam? uide le Cointe T. 2. p. 271 sqq. De excommunicatione apud Graecos Christianos, atque insequi solita, ut aiunt, cadauerum incorruptione et *τυμπανισμῶ*, donec iterum absoluantur, uideantur Nicol. Comnenus Praenot. mystag. pag. 253 sqq. Goarus ad Eucharolog. p. 689. Allatius de purgatorio pag. 38 sq. Christoph. Arnholdus ad

Q 2

Wa-

Lehre vom Bindeschlüssel wider das unchristliche Bedenken Chr. Thomasi. Hamb. 1707. 8. et Io. Ioach. Weidnerus. v. Relationes innoxias 1725. pag. 85 et 246. Defendit Carol. Rud. Rustius. uide eisd. relat. innoxias 1708. p. 384.

¹⁷ Prior editio prodiit sub titulo: *Li Precipitii della Sede Apostolica.* Vide Hubnerum l. c. p. 187.

Wagenfeilii Sotam pag. 1183. Monatliche Unterredungen 1689. p. 948 sq. et 1693. p. 637. *Paulli Ricauti* Histoire de l'Éstat present de l'Eglise Grecque cap. 13. p. 278 sq. *Iacobi Elsneri* neueste Beschreibung der griechischen Christen pag. 80 sq. et pag. 150 continuationis. *Bzonius* ad A. C. 1481. *Ioan. Mich. Heineccii* dissertatio inauguralis sub praesidio Ioan. Andr. Schmidii habita de absolute mortuorum excommunicatorum siue tympanicorum in Ecclesia Graeca. Helmstadii 1709. et *Ioan. Henr. Stussii* Progr. de excommunicationis Graecorum miris effectibus. Gothae 1733.

XVI. De poenis et suppliciis apud Graecos et alias gentes videndus Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5 et 20. Albericus Gentilis III. 18. lectio-
num ad ius ciuile spectantium et II. 9. vbi sigillatim de poena ignis. Lacedaemonios neminem interdium supplicio afficere solitos, sed tantum de nocte plectere damnatos ad mortem tradit Herodotus IV. 146. De poenis et remunerationibus apud Athenienses agit Potterus lib. I. c. 25. Archaeol. Attic. apud Lacedaemonios Cragius IV. 9 et 10. Horrenda quaedam supplicia Persarum refert Plutarchus Artaxerxe pag. 1018. 1019 et 1021. confer Brissonium lib. 2. pag. 325 sq. De Persarum *σκαφένσεις* siue *σκαφισμῶ* Cangius pag. 9. ad Zonaram. De excoriatione apud illos vsitata, Petrus Pantinus ad librum secundum Basilii Seleuciensis de vita S. Theclae. De arca mucronibus vndique praefixa, cui Regulum refectis palpebris imposuere Carthaginenses, Claudius Dausqueius ad Silium p. 276. De tormentis siue quaestionibus veterum Iosephi Laurentii diatriba recusa est tomo VI. antiquitatum Graecarum, ex eius polymathiae lib. 3. c. 10. videndus quoque Christi. Vlr. Grupen in dissertatione, de tormentis Romanorum et Graecorum, quam praemisit obseruationibus iuris criminalis de applicatione tormentorum. Hanoerae 1754. 4. De vsu tormentorum apud Athenienses Mich. Henr. Gribner opusc. iuris priuati sect. V. pag. 156 sqq. Varia poenarum et tormentorum genera recenset etiam Isidorus Hispalensis lib. 5. Originum c. 27. Synesius Epistola 58. 59. et Aristophanes in Ranis v. 631 sqq. De circumductione in ludibrium ore frenato capistratoque, vel etiam supino, ac re-tortis-ceruicibus Zimmermannus p. 462 sq. analect. ex Io. Frid. Gronouii et Gisb. Cuperi obseruationibus, et Petrus Zornius Misc. Groning. Tom. 2. p. 563 sqq. De culei poena Tho. Crenius part. II. animaduers. pag. 247 sq. Hieron. Magius Misc. IV. 8. Pitiscus ad Suetonii Augustum c. 33. Goldastus ad Dositheum pag. 874. et 875 edit Schultingii. Christoph. Colerus in Parergis, et Meursius III. 23. exercitat. parte 2. exercit. critic. p. 162. De Cynophoria siue canis portatione ignominiosa, Ioan. Henrici Meibomii ad Ioan-

Ioannem Marquardum Epistola, ex edit. Helmstad. 1661. 4. subiecta Cynographiae Christiani Francisci Paullini: et recusa in fasciculo tertio collectionis variorum librorum, quam H. A. Groschufio debemus, p. 467 sq. atque seorsim. Lips. 1749. 4. Io. Henelius in Otio Vratislaviensi c. 18. Rittershusius ad Guntheri Ligurin. V. 194. Ioan. Godofr. Vngerus analect. antiquariosacr. pag. 281. vbi contra Meibonium disputat. Conr. Ritterhusius ad Guntheri Ligurinum pag. 100 sq. et Iac. Andr. Crusius in Opusculis, Mindae 1668. 4. editis. De stigmatismo sacro et profano Theophylus Raynaudus tomo 13. operum. De hominibus stigmate et cauterio notatis Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 10. pag. 54 sq. Ioan. Moebii diss. Lipsiae 1687. idem Henelius in Otio Vratislav. cap. 16 sq. Michael Meisnerus in syntagmate super annotament. philolog. Curiae Variscorum 1623. 8. p. 39. Ioan. Lomeierus dierum genial. Dec. II. pag. 328 sqq. Cangii Glossarium in γραπτοί. Petrus Zornius in Biblioth. antiquarioexegetic. pag. 485 sqq. Sal. Deylingius Obs. sacr. III. pag. 423. Ioannis Aug. Groebelii obseruatio de σιγματισμῶ veterum, T. 10. Miscellan. Lips. pag. 79 sqq. Cornelii Haseaei dissertatio Bremae 1704. Io. Gottlob Derlingii de modo inurendi stigmata. Halae 1720. et de feruis litteratis, ibid. eod. Sigism. Frider. Dresigii de vsu stigmatum apud veteres. Lips. 1732. et Ern. Frid. Neubaueri de conscientia cauterio notata. Giss. 1745. De stigmatibus militum Grotius ad Galat. VI. 14. et Apoc. XIII. 16. et Iac. Lydius syntagmate sacro de re militari Hebraeorum. De stigmatibus seruorum Ramiresius ad Martial. II. 29. Lipsius Elector. II. 15. Gottfr. Bernh. Casseburgius in dissert. de stigmatibus seruorum. Regiom. 1730. Ioseph. Laurentius p. 22. Polymathiae. Casp. Barthius aduersar. XLIII. 25. Scaliger ad Aufonium pag. 41. Sam. Frider. Bucher de feruis litteratis p. 114 sqq. Parerg. Zittaviensium, aliisque a Zornio libro paullo ante laudato pag. 461. excitati. De stigmatibus idololatricis videatur Spencerus II. 14. de legibus Hebraeorum. De lata fuga siue exilio, poena homicidii antiquissimis temporibus, vide Euripidem in Oreste v. 511. 512. 513. Scholiasten Euripidis ad Hippolitum p. 219. Plutarchum quaestion. graec. pag. 284. c. Diodorum Siculum V. p. 228. c. Lucianum T. 2. p. 44. Lactantium II. 9. Grotium et Clericum ad Genes. IV. 12. Grotium ad Matth. V. 40. et de iure belli et pacis lib. 1. cap. 2. §. 5. Feihtii antiquitates Homericas II. 8. Henr. Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 66 sq. Andream Alciatum II. 2. Parerg. iuris. Matth. Berneggerum quaest. 123. ad Tacitum de moribus Germanorum. Desiderium Heraldum IV. 5. animaduersion. in Salmasium. Meursium III. 28 animaduers. miscellan. p. 190 sqq. parte 2. exercit. criticar. et Nicolaum Antonium lib. 2. de iure exulum cap. 4 et 14. vbi sigillatim

de ¹⁸ Ostracismo, cuius Auctor Athenis Theseus. Vide Meursium in Thefeo cap. 29. et in Pisistrato cap. 7. Adr. Iunium lib. 5. cap. 18. animaduers. Iac. Thomafii diff. de Ostracismo habitam Lipsiae 1659. inque observ. Hallenf. IX. 3. recusam, Perizonium p. 741. ad Aelian. Sam. Petitem ad leges Atticas p. 366 sq. Ioan. Potterum archaeol. graec. lib. 1. c. 35. Emmium descript. reipubl. Atheniens. pag. 57 sqq. Geinozii dissert. de Ostracismo in memoriis academiae inscriptionum T. 18. p. 225 sqq. Christoph. Neandri orationem de Ostracismo, p. 216 sqq. eius orationum postumar. Francofurti 1663. 8. euulgatarum, et dissertationes Christ. Schulzii. Witeb. 1660. Christ. Funcii. Altenb. 1666. Phil. Mülleri. Ienae 1666. Samuel Skunkii. Vpsal. 1671. 8. Georg. Thegen. Regiom. 1666. Ioan. Iac. Battierii. Basil. 1699. Ioannis Eenbergii. Vpsal. 1709. 8. De *σήλη*, illo poenae genere, quum columnae maiusculis characteribus inscriberetur facinorosi crimen, quem impune occidere vnicuique licitum erat, vide Ioan. Tob. Krebsii commentationem de Stelitis Atheniensium. Lipsiae 1744. 4. De furti poena Atticas leges illustrat Desiderius Heraldus p. 313 sqq. animaduers. in Salmasium. De cicuta Atheniensium poena publica conferatur Sig. Frid. Dresigii disputatio Lips. 1734. et Reuerendi Ioan. Iacob. Bosii disputatio prior de potionibus mortiferis, ibid. 1736. sect. 2. §. 2 sqq. De lapidatione Perizonius ad Aeliani Var. Histor. V. 19. Neque omittendum, quod vti bonos floribus, ita lapidibus petitos malos poetas notat Casaubonus p. 431. ad Athenaeum.

De poenis Romanorum Franciscus Henricus Salomon in commentatione de iudiciis et poenis Romanorum, recusa T. 3. thesauri Sallengriani p. 625. et Iulius Paullus lib. 5. Sententiarum titulo 17. De exemptione ciuium a certis poenis per legem Porciam, agit Scipio Gentilis dissert. quarta de iure publico populi Rom. *Sed et iudicatos retro in partes secari a creditoribus leges erant: consensu tamen publico credulitas postea erasa est.* Tertull. c. 4. apologet. De tunica molesta apud Romanos aliquo tempore vsitata videndi interpretes ad Iunenalem Satyr. IV. 155. et VIII. 235. Lips. ad Tacit. XV. Annalium, Vossius lib. 4. c. 92. de idololatria. H. Kippingius pag. 162. sq. de Cruce, Stephanus

¹⁸ Ostracismus erat honestam potentiorum exilium Athenis per decem annos. Plutarchus in Nicia pag. 530. Quare quum Hyperbolus, homo nequissimus, ea poenae dignitate censeretur, qua fortissimum quemque ciuem olim censuissent Athenienses, desit et absunta est in hoc poenae errore poenae quoque natura. vide Ioannem Taylorium lection. Lyfiacar. pag. 694. Similis apud Syracusanos Petalifinus, de quo Diodor. Siculus T. 2. pag. 65. Hesychius in *πεταλισμός*, et Andr. Riuius in dissert. de Petalifino, recusa in Iulii Car. Schlaegeri fasciculo nouo dissert. rarior. de antiquitatibus sacris et profanis. Helmst. 1744. 4. p. 107 sqq. De Thebanorum more haud dissimili Plutarch. de genio Socratis p. 578.

phanus le Moyne in notis ad varia sacra p. 1041 sq. Isaacus Vossius ad Catullum p. 41 sq. et Gatakerus in aduersariis p. 452. De decollatione, defossione viui in serobem et nece per iniectam cratem, Octav. Ferrarius lib. 2. elector. cap. 7. Bourdelotius ad Heliodorum pag. 26. et Ioan. Schmidius in dissert. de viuiseputura. Lips. 1693. vbi cap. 6. de Vestalium Romanarum, si pudicitiam violassent, inhumatione. De crurifragio seruorum, et de *καταποντισμῶ* agunt viri docti ad Suetonii Augustum cap. 67. Christian. Graefius in dissert. de *καταποντισμῶ*, num fuerit supplicium iudaicum. Lips. 1662. Conr. Sam. Schurzfleisch in dissert. de *καταποντισμῶ*. Witteb. 1700. Christ. Stockius in dissert. de *καταποντισμῶ*. Ienae 1704. Gregor. Laur. Welleius in dissert. de supplicio submersionis apud antiquos. Hafniae 1701. et Ioannes Frider. Schererus in dissert. de *καταποντισμῶ*. Argent. 1753. De membrorum praecisione, Petrus Faber III. Semestr. 19. pag. 284 sqq. Manus praecisae, si quis monetam vel mensuras falsasset, vide Cangium ad Alexiadem pag. 384 sq. De rotae poena Adr. Iunius III. 12. animaduersionum. De crucis supplicio (quo in seruos praecipue animaduertebant Romani, sed et aliae gentes quamplurimae, vsae sunt, ita vt apud Indos quoque illud receptum doceat Maussacus ad Plutarchum de Fluminibus pag. 70. et apud Persas H. Kippingius p. 161 sq. a quibus post mortem demum in crucem actos obseruat, perinde vt ab Aegyptiis, Chaldaeis, etc.) Videndi I. Lipsius lib. 3. de cruce. Amstelod. 1670. 12. et cum Gregorii Calixti appendice de vera forma crucis et Gregorii Cassandri epistola. Brunsw. 1641. 8. atque in eius operibus Antw. 1637. fol. editis T. 3. pag. 637 sqq. Idem in tractatu de crucis supplicio apud Romanos vsitato, qui comparet ad calcem antiquitatum Romanarum Kippingii, pag. 624. edit. Lugdunensis 1713. 8. et in Clausingii iure publico Romanor. T. 1. p. 607. Frid. ab Helbach epistola ad Lipsium p. 662 sq. inter editas a Burmanno. Henric. Kippingius de cruce et cruciariis. Brem. 1671. 12. Iac. Bosius in libris 6. de cruce triumphante et gloriosa italice Romae 1610. fol. et latine Antw. 1617. fol. Ios. Scaliger. ad Euseb. p. 117 sq. Salmasius tribus ad Tho. Bartholinum Epistolis de cruce, vna cum huius libro de latere Christi aperto, Lugd. Bat. 1646. 12. Iacobus Gretserus libris quinque de sancta cruce, Ingolst. 1607. 4. tribus Vol. atque vnico Volumine Paris. 1616. fol. Thomae Bartholini de cruce Christi Hypomnemata quatuor. Amstelod. 1670. 12. et Lugd. Batav. 1695. 12. et dissertationes Ioan. Schmidelii. Ienae 1658. Ioan. Iac. Freisleben. ibid. 1662. Georg. Moebii. Lipsiae 1689. Caroli Henrici Langii. Lubec. 1728. Idem Lipsius et Gretserus lib. 1. c. 60. obseruat a Constantino Imperatore hoc supplicium in honorem Christi fuisse abrogatum. De quatuor clauis crucis Do-

minicae videatur liber Cornelii Curtii. Antwerp. 1670. 12. Paullus Aringhus Tom. 2. Romae subterraneae p. 165 et 195. Petrus Martyr Frosciantes in libro italice edito de clavis crucis Dominicae, et nominatim eo, qui Spoleti asseruatur. Romae 1644. 8. Clavi Dominici a Constantino M. impositi columnae porphyreticae. Cangius pag. 29. ad Zonaram. De titulo S. crucis egerunt Honoratus Nicquetus libris duobus, Paris. 1648. 8. et Antw. 1670. 12. editis. Ludouicus Creiollus in mystagogo II. 24 p. 351 sqq. Matth. Hillerus syntagn. Hermeneut. pag. 332. Buxtorfius pag. 258. Catalect. Ioan. Henr. a Seelen meditat. exegetic. I. pag. 379. Ioan. Georg. Altmannus in oratione de illustri inscriptione crucis Christi eiusque mysterio, quae inserta est T. IV. Tempe Heluetic. p. 662 sqq. Ioan. Wesselius in dissertationibus sacris, N. 4 et singularibus dissertationibus Iac. Reichmannus. Witteb. 1655. Io. Iac. Freisleben. Ienae 1664. Io. Dan. Hanckius. ib. 1672. Sam. Reyherus. Kilon. 1694. Gottfr. Mich. Felter. Lips. 1725. De triplici capitis diminutione apud Romanos, Boethius 2. in Topica Cic. p. 781. De amputatione nasi, labiorum etc. Felix Osius in Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tom. 3. pag. 1120. De poena plumbalis caedendi reos, Baronius ad Martyrolog. Romanum 6 Iunii. De supplicio quo affiendi equis distrahebantur, Rupertus p. 96. ad Florum. Liv. lib. 1. cap. 20. narrans de Tullo Hostilio perfidum Metium Suffetium illo supplicio afficiente, *primum*, inquit, *ultimumque illud supplicium exempli parum memoris legum humanarum fuit. In aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse poenas.* De equuleo videndus Synesius Epistol. 44. p. 185. Octauus Ferrarius lib. 1. Elector. Carol. Sigonius de iudiciis III. 17. Ioan. Ward in translationibus philosophicis Londinensibus ex veteri anaglypho, Vol. XXXVI. pag. 232 sqq. et in earum Epitome (Abridgment) Tom. 5. pag. 10 sqq. Cerda p. 25. aduersar. sacr. et liber eruditus Hieronymi Magii, Anglariensis, qui cum notis Godofr. Iungermanni editus est Amstelod. 1664. 12. et insertus T. 2. thesauri Sallengriani, pag. 1201 sqq. In eodem volumine habentur excerpta ex libro praeclaro Antonii Gallonii¹⁹, de SS. Martyrum cruciatibus cap. 3. qui Italico primum idiomate lucem adspexit Romae 1591. 4. deinde latine recusus 1594. 4. Colon. 1602. 8. Paris. 1659. et Amstel. 1667. 12. De variis SS. Martyrum tormentis et cruciatibus quae in actis illorum passim memorantur, praeter Gallonium videndus Cerda pag. 256 sqq. aduersar. sacr. c. CXXVIII. B. Bebelius Sec. IV. T. 2. pag. 1041 sq. Caspar Sagittarius de mar-

¹⁹ Graecorum vocabulorum accuratiorem notitiam in Gallonio desiderat Urbanus Godfrid Siberius in vita Spyridionis p. 76. ex illius defectu notans plurimorum suppliciorum rationes non recte esse ab eo detectas.

martyrum cruciatibus. Lips. 1696. 4. Ioan. Georg. Dorscheus in satura de suppliciis et tormentis, quibus gentiles et alii sanctis quondam Dei hominibus mortem intulerunt, inserta eiusdem septenario admirandorum I. C. p. 277. Christiani Kortholti de persecutionibus ecclesiae primitivae sub Imperatoribus ethnicis liber editus Kilonii 1689. 4. Bonifacii Simonethae opus de christiana fidei et Romanorum Pontificum persecutionibus, quod primum editum est Mediolani 1492. deinde recusum Basil. 1509. fol. Thomae Hurtardi digressio de aliquibus instrumentis, quibus tyranni martyres torquebant; quae exhibetur in eiusdem Resolutionibus de vero catholico martyris fidei, Colon. Agrippin. 1655. fol. pag. 136 sqq. Godofr. Arnoldi historia Christianorum ad metalla damnatorum, adiecta eiusdem commentationi de Fratrum et Sororum appellatione inter Christianos vsitata. Francof. 1696. 8. et dissertationes Io. Meisneri. Witteb. 1670. Io. Andr. Quenstadii. ibid. 1676. et Io. Georg. Walchii de bestiariis inter antiquiores Christianos. Ienae 1746. Sacrae Christi martyrum imagines, vna cum instrumentis, quibus iidem olim torquebantur, a celeberrimo pictore Nicolao Circiniano aeri incisae prodierunt Romae 1750. 4. De compede, fidiculis et vngulis agit idem Ferrarius lib. 1. elector. c. 6. vbi notat catasta, quam cum equuleo Sigonius confundit, nihil aliud fuisse quam pegma ferale. De catasta figillatim Baronius ad Martyrologium 28 Iulii, vbi differit de Cyphonismo. Fuit autem *κύφων*, catasta, cui collo inferti rei flagris caedebantur, vide Ezech. Spanhemium ad Aristophanis Plutum v. 470. *ποδοκείκη*, neruus, Gaulminus ad Eustathium pag. 45. Adde I. W. Gollingii dissertat. de Catasta seruorum. Altorfii 1730. Varia genera tormentorum enumerat Synesius Epist. 58. p. 201. Nazianzenus 1. in Iulian. p. 89. etc. De nexu et addictione, oppignoratione et venditione debitorum qui soluendo non essent, multa Salmasius lib. de modo vsurarum cap. 17. 18. 19. qui etiam de neruo, compedibus, columbari, cuspo, cippo, numella etc. pag. 812 sq. Idem docet dissectionem corporis debitoris licet permissam lege, tamen vsu receptam nunquam fuisse p. 809. 820. 826. Cum Salmasio conferendus Desid. Heraldus animaduers. in Salmasium IV. p. 285 sqq. Iustus Rycquius libro de anno iubilaeo cap. 5. vbi Persarum, Graecorum Romanorumque seueritatem aduersus obaeratos confert cum legum Mosaicarum humanitate. Io. Frid. Iugleri dubia de sectione debitorum apud Romanos. Lips. 1741. Io. Frid. Schereri dissert. de *Διχοτομία* veterum. Arg. 1757. qui quidem verbum *secare* proprie accipiendum esse vrgent. Sed ab hisce dissentiunt Iul. Carol. Schlaegerus in dissert. de debitore obaerato secundum ius hebraeum et atticum creditori in seruitutem adiudicando. Helmstadii 1741. et Ioannes Taylorius in commentario ad legem decemviralem de inope debi-

tore in partes dissecando. Cantabrigiae 1742. 4. dissectionem non de ipso debitoris corpore, sed de bonis eius aut de pretio, quo venditus esset, inter creditores diuidendo accipiendam esse ostendentes. Quomodo exul a relegato apud Romanos differret, docet Ouidius lib. 5. tristium elegia XI. Nimirum exuli opes et ius ciuitatis adimebantur, relegatus patriis tantum iussus abesse focus, vt idem Poeta canit. Confer Alex. ab Alexandro III. 20 et 23. vbi de publicatione bonorum. De deportatione in insulas per quam etiam ius ciuitatis amittebatur, vide Ioannem Gryphiandrum in tractatu de insulis edito Francofurti 1623. 4. cap. 16. pag. 197 sqq. De poenis et ignominiiis militaribus apud Graecos Potterus Archaeol. Graec. pag. 504 et 534. Apud Romanos Lipsius lib. 5. de militia Romana cap. 18. Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 13. Franciscus Robertellus tomo 10. thesauri Graeuiani p. 1482 sq. praecipue vero V. C. Gerardus Sichtermannus in erudita dissertatione philologica et iuridica de poenis militaribus Romanorum, Amsterd. 1708. 8. Vide etiam Matthiae Zimmermanni florilegium in voce *Vitis*. Neque vero fas erat milites supplicio afficere antequam illis demeretur Zona militaris, vt praeter alios docet Caesarius quaest. 78. pag. 214. De excoecandi poena vide Cangii glossarium et Caroli de Aquino lexicon militare in voce *abacinare*. Morem canendi classicum antequam capitis sententia diceretur, obseruauit Lipsius ad Taciti annal. II. 22. et Stewechius ad Vegetium I. 23. II. 22. De more traducendi reos cum voce praeconis, *κηρύκων προαγόντων* vt loquitur Zonaras XIII. 15. vide Cuiacium VII. 6. Obseruatt. Dionys. Gothofredum ad lib. 13. §. 6. D. de iureiurando. Dan. Heckium de titulo crucis. Ienae 1667. et Barnab. Briffonium de formulis et sollempnibus P. R. verbis lib. 5. De Decimatione et vsu sortitionis, ut metus ad omnes, poena ad paucos perueniret, adi Plutarchum Antonio p. 934. Ciceronem pro Cluentio tom. 3. editionis Graeuianae p. 208. Tacitum annal. XIV. 44. Coelium Rhodiginum lect. antiquar. X. 5. De suspensione de manu et pede vnco perforatis Nicol. Fontana in epistola ad Nihusium ad calcem Thomae Bartholini de cruce pag. 283 sqq. De praecipitatione de monte Tarpeio et robore Tulliano vide Bombardinum lib. 1. de carcere cap. 4. Rycquium de Capitolio cap. 45. et Sigism. Frider. Dresigii commentationem de praecipitatione poena Romanorum publica, Lips. 1737. in qua contra Rycquium ostendit, praecipitationem non seruorum, sed liberorum hominum fuisse poenam. Supplicia extra ciuitatem fumebantur, ne sacrae et diuinae imagines illorum conspectu polluerentur, vt notat Gisbertus Cuperus VI. 19. obseruat. Valesius ad Ammianum XXVIII. 4. p. 527. Lipsius ad Tacitum p. 98. et Interpretes ad Hebr. XIII. 12. Carcerem Romae primus aedificauit

Ancus Martius teste Liuiio et Aurel. Victore, Tullianum a Seruio Tullio vocatum, quippe qui partem subterraneam eidem adiecit. Celebres ita Siculo- rum Latomiae, Plutarchus Nicia f. 541. 542. Cicero Verrina V. 27. Pontanus p. 387 sq. ad Eusebii Chronicon. Vincent. Mirabella antiquae Syracu- sae p. 66 sq. T. II. thesauri Siciliae. Philippus Cluuerius antiquae Siciliae lib. 1. c. 12. p. 149 sq. *κεάδας* Lacedaemoniorum Basilius Epist. 379. pro quo male *Δεκάδα* legitur ap. Plutarchum pag. 803. F. in Agide. Messeniorum thesaurus subterraneus. Plutarch. Philopoemene p. 367. Carthaginensium *ἀγκών*, Procop. lib. 1. de bello Vandalico c. 20. Atheniensium barathrum, et *ἀναγκαῖον*, *ἀνάκαιον*, Suidas, Bourdelotius pag. 23. ad Heliodorum. Persarum *Φρερον λήθης*, *carcer obliuionis*, in quem coniectorum nulla am- plius debebat mentio fieri, Procopius lib. 1. de bello Persico c. 5. et Theo- phylactus Simocatta lib. 3. cap. 5. qui scribit recte appellari posse *δυσμενείας* *τέμενος*, *maleuolentiae fanum*. Constantinopolitani palatii *Φρερά ἐλεφαντίνη*, cuius meminit Io. Cinnamus lib. 6. pag. 173. alia *χαλκή*, de qua Bandurius ad antiquitates Constantinopolitanas pag. 472. Confer quae de ergastulis Lip- sius II. 15. electorum, Antonius Bombardinus de carceribus veterum, Pa- tav. 1713. 8. et Prosper Stellartius lib. 1. de coronis et tonsuris cap. 14. Geolarij, commentarienses, fuerunt custodes carcerum, quibus damnato- rum cura erat commissa. Vide Coel. Rhodiginum lection. antiq. XVII. 10. et Baluzium ad Cypriani epistol. 83. Ergastula ab Hadriano fuerunt sublata. Spartianus c. 18. De carceribus monachorum confer Ioan. Mabillonii Refle- xions sur les Prisons des Ordres religieux. T. 2. Opuscul. postumorum, et Baluzium ad Capitularia T. 2. p. 1088. De poenis libertorum ingratorum apud Romanos singularem dissertationem Lips. 1738. edidit Iac. Henr. Bornius. De poenis seruorum vide Plutarchum Coriolano f. 225. Nicol. Calliachii dissertationem T. 3. nouor. supplementor. thesauri A. R. et Graec. a Io. Pole- no euulgatorum. Laurent. Pignorium libro de seruis, Tiraquellum ad Ale- xandrum ab Alexandro III. 20. etc. De poenis Coquorum, Petauium ad orationes Themistii pag. 512. De poenis et castigationibus discipulorum et adolescentum in scholis eundem Petav. p. 511. et Ludov. Cresollium in thea- tro Rhetorum lib. 5. cap. 6. et sq. tom. 10. Gronov. De poena conatus et voluntatis Ioan. Henrici Pottii liber lucem vidit Francof. 1698. 4. cui iun- gendus Desiderius Heraldus lib. 5. animaduersion. in Salmasium cap. 2 sqq. pag. 337 sqq. Cuiacius observ. XV. 25. De poena in mortuos videatur Io. Schmidii diss. Lips. 1677. De poena in bruta animantia Io. Frid. Mayeri dissertatio Witteb. 1686. et Iani Doufae Echo, Hagae Comit. 1603. 4. p. 55. De poena in res inanimatas Godofr. Hahnii dissertatio Lips. 1685.

Prae ceteris vniuersum hoc argumentum de poenis et variis earum apud varias gentes generibus apprime illustrauit Iacobus Doeplerus, Consiliarius Schwarzburgicus in opere bipartito edito Germanice Sonderhufae A. 1693 et 1697. 4. quod inscripsit *theatrum poenarum, suppliciorum et exequentionum Criminalium, Schauplatz der Leibes- und Lebensstrafen.* Idem parte I. cap. I. prolixè etiam agit de iudiciis variis praesertim Germaniae, de quibus etiam notus Iusti Georgii Schottelii liber de singularibus et antiquis in Germania iuribus et obseruatis, Francofurti 1671. 8. et Ioan. Wernerus Gericken in Schottelio illustrato. Lipsi. 1718. 8. De Germanorum poenis et multis pecuniariis conferendum Christophori Lehmanni Chronicon Spirense II. 28 sq. De poenis apud veteres Prussos Erläutertes Preussen Tom. 2. pag. 141 sqq. Suppliciorum plerorumque et tormentorum icones aere descriptas exhibet liber memoratus in ^{2o} Museo Mineruae Venetae tom. I. pag. 150. *Il teatro della crudelta praticata nelli piu severi tormenti del Mondo, che dalla crocifissione di Giesu Christo sino al giorno presente si videro. Aperto in cento e quattro figure intagliate in rame, e delineate dell' inventione di Giovanni Luychen, Olandese.*

XVII. De seruis apud Iudaeos praeter Interpretes ad Exodi XXI. 1 – 17. Leuitici XXV. 39. et Deut. XV. 12 – 18. e Maimonide et aliis agit Iac. Altinius diff. sexta philologica, Heptade VII. tomo 5. Opp. pag. 222 sq. vbi de perfossione aurium, et 237 sq. vbi de seruorum profelytismo et libertinis. Ioan. Georgius Abicht exercitatione de seruorum Hebraeorum acquisitione et seruitiis Lipsi. 1704. Bernh. Sebast. Cremerus in tetrade Exercitationum propheticotypicarum, Amstelod. 1723. 4. quarum prima est commentarius litteralis et mysticus de seruis. Ioan. Ens sub Tac. Hai. van den Honert et Franc. Fabricio dissertationibus VI. de iure seruorum et ancillarum Mosaico. Lugd. Batav. 1720. 4. Ioan. Henr. Heideggerus in exercitatione de oeconomia Patriarcharum, quae prima est in Historia sacra Patriarcharum T. I. vbi multa de seruis. Ioannis Casimiri Miegii constitutiones serui hebraei ex scriptura et Rabbiorum monumentis collectae, nec non cum ceterarum gentium consuetudinibus hinc inde collatae. Herbornae Nassouior. 1735. 8. Leonhardi Hoffmanni ancilla hebraea. Ienae 1712. Ioan. Palmroot dissertatio de seruis Hebraeorum. Vpsal. 1700. 8. Ioan. Christianus Kirchmeierus in dissert. de perpetua Hebraeorum ex aurium perfossione seruitute ad sponforem nostrum I. C. non referenda. Marburgi 1725. et in eius exercitationum academicar. sylloge. p. 338 sqq. Vide et Surenhufii opus Mishnicum T. 3.

pag.

pag. 360. 362. Wulferum ad Shekalim p. 24. Mishnam Sota III. 8. et ad eum locum Wagenfeil. nota 5. p. 226 et B. Quenstadii antiquitates ecclesiasticas pag. 915. D. Emanuelis de Alzeuedo Soares dissertatio historicoiuridica de potestate Iudaeorum in mancipia sub Romanorum imperio latine scripta legitur in commentariis academiae Regiae Vlyssipponensis Lusitanice editis 1721. fol. De seruis Atheniensium diligenter differit Ioan. Potterus lib. 1. Archaeol. Attic. cap. 9. tom. 12. Gronov. De Lacedaemoniorum seruis Cragius lib. 1. cap. 11. Meursius II. 6. Misc. Lacon. tomo 5. Gronov. et Benedictus Aueranius diff. 20 et 21. ad Thucydidem. De Helotibus Lacedaemoniorum Iulius Carolus Schlaegerus singulari dissertatione Helmstadii 1730 habita. De seruis publicis ac priuatis Cretensium idem Meursius in Creta lib. 3. cap. 14. De seruis Romanorum Philippus Ludouicus Hannekenius diff. 2. de cura domestica Romanorum Giessae 1669. 4. et Fabianus Toernerus in dissertat. de seruo Romano. Vpsal. 1727. 8. aliique mox memorandi. Nam vt de ministris atque apparitoribus Magistratum et Sacerdotum apud Romanos, nonnihil prius addamus, ministri *Magistratum* erant *Scribae*, de quibus Liv. X. 46. A. Gellius VI. 9. Nepos vit. Eumen. c. 1. Cicero Orat. Verrin. III. 79. et Ernesti in clauis Ciceron. voce Scriba; *Accensi*, de quibus Salmaf. de militia Rom. c. 14. 15. Onufrius Panuinius de ciuitate Rom. cap. 66. Sigonius de antiquo iure ciuit. Rom. lib. 2. cap. 15. Lipsius Elector. I. 23. et Philippus a Turre parte 1. monumentor. veteris Antii cap. 3. et Fabrettus inscript. c. 6. p. 433. *Praecones*, vide Briffonium de formulis lib. 1. 5 et 6. Iac. Gutherium de iure manium I. 18. et interpretes Iulii Pollucis lib. 4. segm. 91. *Lictores*, confer Thom. Reinesium ad inscript. p. 43. *Viatores*, de quibus Amplissimus Cuperus in Harpocrate p. 176 sq. Schwarzius ad Plinii Panegyricum p. 379. Burmannus ad Petronii cap. 97. et Sertorius Vrsatus in monumentis Patauinis, p. 232. *Ianitores*, *Statores* de quibus Guilelmus cap. 30. de Magistrat. Rom. *Carnifices*, *Diribitores*, *Rogatores*, *Custodes*, *Nomenclatores*, *Excubitores*, *Stipatores*, *Calatores*, *Diuisores* et *Apparitores Bruttiani*, de quibus vide Onuphrii Panuini de ciuitate Romana cap. 56 et 66. Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 15 et 9. vbi de Scribis. Lipsium lib. 1. Electorum cap. 22 sq. vbi sigillatim de Lictoribus multa, de quibus etiam Vossius Etymologico, Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 27. et Reinesius in Epist. ad Hofmannum p. 554 sq. Ianus Guilelmus de Magistratibus Romanorum cap. 29 sq. et P. Faber lib. 2. semestrium pag. 326 sq. Wolfg. Lazius 2. de Republica Rom. pag. 291 sq. et Bulengerus de imperio Rom. III. 36. Andr. Christiani Eschenbachii diff. de Scribis veterum Romanorum Ien. 1687. et T. 2. syntagm. diff. A. 1700. 8.

atque in Eschenbachii diff. academicis V. Norimb. 1705. 8. Ministri *Sacerdotum* populi Romani Camilli et Camillae, Flamini et Flaminiae, Aeditimi siue Aeditui; scribae publici Pontificum; a commentariis XV virum sacris faciundis, adiutores Haruspicum, Calatores Sacerdotiorum (confer Begeri spicileg. p. 107.) Tibicines, qui sacris publicis praesto erant, Tubicines, Pullarii, Popae, Victimarii, Lictor Flaminius, Flaminis dialis, Praefica siue Praeclamitator, Lictores sex virginum Vestalium, Praefica, Designator, et Vespas siue Vespillo. Vide Onuphrium de ciuitate Rom. c. 42 et 45. Ceterum de omni seruorum apud Romanos praesertim genere eorumque officiis egregius exstat liber Laurentii Pignorii de seruis, pulcherrimarum rerum plenus nec simplici vice editus vt Augustae Vindelicoe. 1613. 4. Patav. 1656 et 1693. 4. in qua postrema editione accessit liber eiusdem Pignorii symbolicarum epistolarum excusus pridem Patav. 1629. 8. In editione libri de seruis Amstelodamensi 1672. 12. subiicitur Titus Popma de operis seruorum ex edit. Antwerp. 1606. 8. Tum Ludouici Antonii Muratorii dissertatio de seruis, quae inserta est tomo tertio commentariorum societatis columbariae Florentinae, in qua Pignorius, qui seruorum et libertorum officia non satis accurate distinxit, refellitur. Ostendit vero Muratorius, seruis viliora, libertis honoratiora demandata fuisse ministeria: vt praetereamus, quae de seruis ex veterum lectione notata sunt a Alexandro ab Alex. III. 25. Salmasio de modo vsurarum cap. 19. pag. 870 sq. Gualtero Donaldsono in oeconomica sua, et Iosepho Laurentio lib. 1. Polymathiae dissert. 9 sq. Exstat etiam in Bibl. Ioannea huius vrbis Hamburgensi apparatus non contemnendus de hoc argumento magna cum industria collectus a Frid. Lindenbrogio, haud indignus fortasse qui digeratur et in lucem edatur. Serui alii erant mercenarii, Homero Odyss. 4, 644. *θητες*. Alii mancipiorum in numero, siue bello capti siue emti aere, siue nati in familia siue peregrini, qui se ad tempus in seruitutem dabant, vt ciues Romani possent fieri post manumissionem. Vide Burmannum p. 282. ad Petronium. Seruorum conditionem non adeo duram ac detestandam fuisse, vt vulgo perhibetur, probare contendit Georgius D'Arnaud duabus dissertationibus de iure seruorum, et de his, qui pretii participandi causa sese venundari patiuntur. Leouardiae 1744. 4. De nundinatione seruorum apud veteres liber singularis historicoiuridicus Io. Frider. Iugleri editus est Lipsiae 1741. 8. Seruis recens emtis apud Athenienses dabantur bellaria, vide Ezech. Spanhemium ad Aristoph. Plutum v. 768. 795. De ianitoribus veterum siue de ministris ad fores vt appellat Lampridius in Alexandro Seuero, consules Casp. Sagittarium lib. de ianuis veterum cap. 16. De Ostiariis Imperatorum consule Pignorium p. 214. et Franc. Bianchinum

in libro Italice edito: Camera ed Inscrizione sepulcrali de' Liberti, Servi et Vfficiali della Casa di Augusto. Romae 1727. fol. pag. 22. De Ostiariorum Palatii et Ecclesiae officiis quae non inter vilia aut abiecta reiicienda sed magnis dignitatibus adscribenda sunt, vide Cangii glossarium et Begeri spicilegium antiquitatis p. 80. Apud eundem Begerum p. 83. memoratur Tiberii Caesaris Pedisequus primianus pag. 103. atrienses, arcellarii, et arcarii serui pag. 112. 113. De more pedes venalium mancipiorum creta notandi vide Dalechampium ad Plin. 35. 17. vnde perspicuum est cap. 18. non legendum cum codice Pintiani *ocreatis pedibus*, sed *cretatis*. De seruis ad mensam ministrantibus Stuckius antiquit. Conuiual. II. 20 sq. p. 202 sq. III. 3. p. 286. de inuitantibus idem II. 3. de seruorum victu ac diaeta. Idem I. 22. De aquariis eorumque variis generibus Bianchinus lib. cit. pag. 20. et Pignorius p. 180. De iure vitae et necis apud Graecos negato dominis in seruos, apud Romanos concessio, Desiderius Heraldus p. 287 sq. animaduersionum in Salmasium. De dominorum in seruos et Parentum in libros potestate constitutionibus Principum coercita Grotius pag. 15 sq. florum sparsionis, et Petrus Faber III. 16. pag. 220 sqq. semestrium. *Dotales* serui et *recepticii* vocantur qui in mariti potestate non erant, sed vxori peculiare, quippe excepti cum pecunia quam illa pro libitu tractabat, nec dati doti. Vide quae ad Gellium XVII. 6. et Plauti Asinariam Act. I. scen. I. vers. 72. Manumissionis Seruorum non vnus ritus fuit: manumittebantur enim vel 1) ad plenam libertatem atque ita, vt ciues R. fierent, *vindicta*, siue virga Praetoris alapaeque inflictione ²¹ et actione in circulum: vel *censu* aut denique *testamento*, videatur Boethius I. ad Topica Ciceronis p. 271. ²² vel 2) ita, vt impetrarent libertatem non iustam, fierentque Latini iuris non Quiritium, per *epistolam* ²³, vel *inter amicos* et *conuiuii adhibitione*. Vide quae ad Senecam de vita beata c. 24. Ita manumissi quidam non plene sed conditione operarum vel census annui. Vide Cangium in *capitales*. Libertos siue manumissos ingratos fas erat a Dominis suis iterum addici in seruitutem, vnde S. Ambrosius cap. 3. de Iacobo et vita beata tomo I. p. 488. *Ita libertatem accepisti, vt meminisse manumissoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum obsequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas*. Adde Gothofredum ad Cod. Theodof. II. 22. IV. 11. et Iac. Henr. Bornii dissert. de poenis ingratorum libertorum apud Romanos. Lips. 1738. Ceterum de manumissione eiusque generibus ac ritibus confer Interpretes ad Tacitum lib. 13. annal. cap. 27. Briffonium lib.

²¹ Vide Libanium Tom. 2. pag. 250.

²² Confer Briffonium lib. 7. de formulis pag. 639 et 665.

²³ Vide Gaulminum pag. 41. ad Eustathium.

lib. 1. antiquitatum iuris cap. 11. Wilhelmum a Loon, libris 4. de manumissione seruorum apud Romanos, Ultraï. 1685. 12. Cotelerium tomo 1. Patrum Apostolicorum p. 105. Phaedrum P. Burmanni p. 111 sq. Mich. Piccartum oratione XII. Thom. Crenium tom. 1. animaduersionum historico philologicarum, p. 84 sq. Aug. Politianum Misc. c. 34. Nicol. Heneium p. 442. Otii Vratislaviensis. Carol. Sigonium de antiquo iure civ. Rom. lib. 1. cap. 6. et Ioan. Gottl. Heineccium syntagm. antiq. Rom. iurisprud. illustrant. lib. 1. tit. 4. De formulis manumissionis vide Petrum Franciscum Chiffetium in quatuor opusculis p. 230 sq. et Briffonium de formulis lib. 8. Adde Edmundum Martene, apud quem T. 1. thesauri anecdotorum p. 765 et 914. occurrunt formulae manumissionis, quemadmodum pag. 764. formula seruitutis. De pileo, libertatis P. R. olim indice et restitutae vindice, confer Iani Gerhardi Milzouii IV. dissertationes. Hafniae 1655. Ioan. Burchardi Menckenii dissertationes litterarias p. 211 sqq. et Gundlingium in den kleinen deutschen Schriften. Halae 1737. 8. p. 465 sqq. Manumissionis iconem veterem illustratam habes in Ioan. Frider. Christi noctibus academicis, p. 99 sqq. De eo, quod licuit seruo pecunia se ex seruitute sua redimere, Frid. Lindebrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1464. De manumissione per denarii excussionem id. p. 1387. Martene T. 1. thesauri anecdot. p. 104. et Muratorius in Dissertazioni sopra le Antichita Italiane, T. 1. p. 165. et de manumissione in ecclesia idem Lindebrogius p. 1432. Ad locum Tertull. lib. 5. cap. 4. contra Marcion. *alienos enim seruos nec Galba manumisit* vide Latinium tomo 1. epist. pag. 298. Sub initium Consulatus sollemne seruos manumittere, vt notat Sirmondus pag. 193. ad Sidonium, qui pag. 72 sq. ad Ennodium etiam videndus de manumissione in Ecclesia apud Episcopum facta, et de more frangendi tabulas seruitutis tomo 1. oper. pag. 334 sq. Manumissionis formula, sine qua nemo ex familia propria ad sacros ordines promouere valebat, legitur apud Muratorium T. 2. anecdotor. p. 187. cum Muratorii obseruationibus. Optimi ordinis causa decuriatos fuisse libertos, indeque illis, qui his decuriis praeessent, Decurionum nomen inditum esse post Gutherium ostendit Celeberrimus Gorius in monumento, siue columbario libertorum et seruorum Liuae Augustae et Caesarum p. 87 sqq. et Bianchinus p. 21. De *ισονομια κρονικη* et more, quo certis diebus festis quotannis domini seruis ministrarunt praeter Plutarchum in Numa adeundus Martinus Delrio in comment. ad Senecam Tragicum p. 25. Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 22. dierum genial. tom. 1. edit. cum notis variorum pag. 462 sq. Non nisi seruos Romae, initio medicinam exercuisse, negat contra Robertellum argumentis non inficiandis Casaubonus ad Suetonii Caesar. cap. 4.

Drelincurtius in apologia medica (vbi et de eo quod non sexcentis annis Roma exfulauerint) et Sponius misc. pag. 144 sq. Vide Iulii Caroli Schlaegeri historiam litis de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione. Helmstadii 1740. 4. De medicis Graecorum eorumque honoribus, et quod liberi, non autem seruilis conditionis fuerint, deque mulieribus medicis Graec. confer C. M. Schmidbauerum de re medica veterum Graecorum. Altdorfii 1746. De feminis ex arte medica claris exstat dissertatio Polycarpi Friderici Schacheri. Lipsi. 1748 edita. De seruis terrae, ὁμοδίοις τῶ ἀγρῶ, Valesius ad Sozom. IX. 17. De mansadis aliisque seruis apud Longobardos V. C. Iustus Fontanini in libro edito Italicè Venet. 1698. 4. qui recensetur in actis eruditorum tomo 3 supplementi pag. 282 et germanice versus a Ioan. Georg. Estore insertus est P. 2. eius auserlesener kleiner Schrifften, p. 294 sqq. et L. A. Muratorius T. 1. antiq. Italiae p. 156. De seruis veterum Germanor. Phil. Cluuerius lib. 1. antiquae Germaniae cap. 15. pag. 98 sq. Varia eorum genera refert Lindebrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1477. *Scale*, seruus, id. p. 1348. De seruis apud Germanos mediæ aevi nonnulla praecleara monet dissertatio Ioan. Nicolai Hertii τῆ μακαρίτη de hominibus propriis²⁴, quae recensetur in obseruationibus Hallensibus tomo 4. p. 195 sq. et inserta est eius opuscul. Vol. 1. T. 2. N. 4. Vide et Cangii glossarium in *barscalcus*. Ioannis Herm. Stamm libros tres de seruitute personali, quorum primus persequitur veteris et recentis aevi iura circa *seruos*, secundus de *famulis* tractat, tertius de *hominibus propriis*. Frfti 1625. 8. Ioan. Frid. Hufani librum de hominibus propriis. Hamb. 1590. 8. I. G. Estor in specimine iuris germanici de hominibus propriis Germaniae, in Westphalia praesertim superstitibus, quod exstat P. V. eius auserlesener kleiner Schrifften p. 114 sqq. Hermanni Ad Meinders dissertationes binas de origine, natura et conditione hominum priorum et emphyteuticorum, nec non de manumissionibus et redemptionibus hominum priorum, quae subiunctae sunt eius dissertationi de iurisdictione colonaria. Lemgouiae 1713. 4. Christiani Thomasiai dissert. de hominibus propriis et liberis Germanorum. Halae 1701. Iusti Henningi Boehmeri dissert. de iure et statu hominum priorum, a seruis Germaniae, non Romanis, deriuando, Halae 1716 recusam in eius Exercit. ad Pandectas

T.

²⁴ De his etiam fuse in C. H. S. theatro seruitutum, edito germanice Norimbergae A. 1709. 4. Ceterum falli Ioannem Bodinum, qui lib. 1. de republica capite 5. scripsit omnem seruitutem inter Christianos sublatam fuisse A. C. 1215. docet Christianus Thomasiaus ad institutiones, p. 14. Iura seruitutis in res publicas Christianas reduci optat Ioan. Petrus Ludewig de iure clientelari Germanorum, Halae 1717. 4. p. 148 sq.

T. 1. p. 736. Idem Boehmerus lib. 4. tit. 9. iuris ecclesiastici Protestantium T. 4. pag. 77 sqq. agit de coniugio seruorum, quorum alii *Casati* siue glebae additi, alii ministeriales *Gasindi* dicebantur. Consulenda quoque sunt, quae de seruis Germanorum mediæ aevi in medium attulerunt Ioan. Guil. de Gobel cap. 1. libri de iure et iudicio rusticorum in foro germanico. Helmstadii 1743. 4. editi, et Henr. Christi. Senckenberg semestrium libro vnico, fasciculo sexto. Praecipue vero commendandus est Ioachimus Potgiesserus, Tremoniensis, in libris tribus de conditione seruorum apud Germanos tam veteri quam noua, qui primum prodire Coloniae 1707. 8. deinde multis accessionibus aucti atque ita immutati, vt nouum plane opus videri possit, recusum sunt Lemgouiae 1736. 4. De seruorum coniugiis, Ioach. Vadiani ad Ioan. Zwickium epistola, ad calcem scriptorum rerum Alemannicarum Goldasti, tomo 3. De manumissione seruorum apud Germanos, praeter eundem Potgiesserum libro tertio, videndus Christianus Thomasius notis ad institutiones pag. 19. et Goldastus ad paraeneticos veteres pag. 433 sq. qui pag. 437. singularem hac de re tractatum promittit. Formulas manumissionis apud Anglo-Saxones vide in Hickefii dissertat. epistolar. pag. 14. 23. In Africa fuit *δέλων πόλις* in qua vnicus ingenuus Dianae sacerdos. Vide Schottum ad proverbiam p. 296. De festo seruorum Hesych. in *σακαία*.

CAPVT XVI.

Scriptores de rebus, censu, decimis, primitiis, vectigalibus, aerario, salariis, immunitate, testamentis, nundinis, auctiōibus, numis, usura, abaco, mensuris ac ponderibus.

De aerario et rebus regum Israelis. 1. De decimis ac primitiis apud Iudaeos et alias gentes. 2. De rebus et vectigalibus Graecorum, Persarum etc. 3. De Romanorum vectigalibus, aerario, censu, et rationariis Imperatorum. 4. De immunitate, largitionibus, salariis. 5. De testamentis. 6. De nundinis auctiōibus, tabulis nouis etc. 7. De commerciis et nauigatione veterum. 8. De numis veterum. 9. Hebraeorum et aliorum Orientalium. 10. Graecorum. 11. Romanorum. 12. Germanorum, Gallorum etc. 13. Historiae numismatice. 14. Siglae in numis et antiquis inscriptionibus. 15. De abaco. 16. Usuris. 17. Mensuris et ponderibus. 18.

I.

De aerario et redditibus regum Israelis magnum est apud Iudaicos et Christianos scriptores silentium, praeter pauca illa, quae notauit Villalpan-
 dus ad Ezechielem tom. 2. parte 2. pag. 509 sq. qui redditus regis Salomonis
 annuos computat 57876 talenta Attica (adde pag. 553.) eaque confert cum
 redditibus regum Assyriorum, Persarum, Graecorum, Romanorum: Ber-
 tramus cap. 15. de republica Hebraeorum pag. 271 sq. editionis Constantini
 l'Empereur et Schickardus de iure regio pag. 211 sq. et 275 sq. editionis
 Carpzov. et 269. vbi de Decimis¹ regi tribuendis. Vide etiam sis interpre-
 tes ad IV. Regum XVIII. 15. et XX. 13. 17. De sacro aerario per annum
 sicli, mense Adar offerendi, solutionem augeri et conseruari solito, ad
 Talmudicos in tractatu Seckalim quem illustrauit Ioan. Saubertus, Altdorfii
 1680. 4. Seldenum lib. 4. de iure nat. et gentium cap. 5. et lib. 3. de Syne-
 driis cap. 10. et Ioan. Heinr. Parreidt dissert. de auro iudaico. Lipsi. 1743.

II. Sacerdotes alebantur ex sacrificiis, decimis, primitiisque. Ac de
decimis quidem frugum, fructuum, pecorum et armentorum videbis inter-
 pretes ad Num. XVIII. 21. Tob. I. 6. De decimis secundis ad Deut. XIV. 24.
 Tob. I. 7. et Eduardum Bernhardum pag. 287. ad Iosephum, Mishnam Su-
 renhusianam tom. 2. pag. 108. De decimis tertiis denique interpretes
 Deut. XIV. 28. XXVI. 12. Tob. I. 8. Spectant ad hoc argumentum codi-
 ces Talmudici *רמאי* de re dubia tomo 1. edit. Surenhus. pag. 76. *מעשרות*²
 pag. 245. *מעשר שני* pag. 263. et *ערלה* pag. 306. de arborum praeputiis.
 Mosis Maimonidis Jad. chafakah lib. 7. tr. 3 et 6. Guil. Guisius ad Bera-
 chot VII. 1. Iosephi Scaligeri dissert. de Decimis inter eius opuscula, D. Au-
 gustus Varenus in suo trifolio, Sixtinus Amama ad calcem Antibarbari Bi-
 blici et post Drusium in loca Iosuae, Iudicum et Samuelis. D. Carpzov. ad

S 2

Schi-

¹ Apud alias etiam gentes morem illum Decimarum ciuiliu principibus pendendarum
 receptum fuisse docent Plutarchus in quaestionibus romanis vbi de decimis Herculi datis
 pag. 238. Julius Pollux pag. 6. Suidas in *Μόξος*, et e recentibus Seldenus ad marmora
 Oxon. pag. 45. Huetius Alnetanis quaest. pag. 323. Bulengerus de vectigalibus cap. 8.
 tomo 8. Graeuian. pag. 846 sq. et Paganinus Gaudentius de saeculi Iustiniani moribus
 p. 30. 32. Ac sub initium huius saeculi regi Christianissimo Decimas huiusmodi loco omnium
 aliorum tributorum exigere suavit, cui tot munitissima castella debet Francia, Sebastianus
 de Vauban in libro *projet d'une dixme Royale* anno 1707. 12.

² Vterque codex etiam latine versus a Ioanne Vlmanno exstat in eius centuria prima
 deliciarum ruralium in loca difficiliora V. T. pag. 127 sqq. Argentorati 1705. 8.

Schickardi ius regium Hebr. pag. 270 sq. Ioan. Seldenus opere ³ angliee edito de Decimis, Lond. 1618. 4. et in eius operibus Vol. 3. pag. 1060 sqq. cuius tria primora capita latine a se versa Ioan. Clericus V. C. subiunxit commentario suo iam bis edito in Pentateuchum. Franc. Gomarus T. 1. Opp. p. 643. Dauid Clericus Quaest. sacr. pag. 2 sqq. Io. Spencerus III. 10. de legibus Hebraeorum. Samuel Basnagius annal. politico-ecclesiastic. Tom. 2. p. 504 sqq. Salomo Deylingius observ. sacr. P. 3. p. 209 sqq. et 271 sqq. Ioannes Prideaux oper. theolog. p. 360 sqq. Paullus Fagius in Onkelosi Paraphrasin Deut. XIV. Bernh. Seb. Cremerus Antiquitatum Mosaicotypicarum Tom. 1. p. 115 sqq. Petrus Zornius ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 17. Georg. Ludov. Oederus in centuria coniecturarum de difficilioribus S. S. locis p. 110 sq. et I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 619 sqq. His addendus Io. Conradus Hottingerus dignus Henrici nepos, cuius commentarius philologicus siue exercitationes X. de Decimis Iudaeorum cum epistola doctissimi Viri Hadr. Relandi anno 1712. prodierunt Lugduni Batav. in 4. et dissertationes Alb. Gunzelii. Witteb. 1641. Io. Frischmuthi. Ienae 1657. Gustavi Peringeri. Vpsal. 1685. Dan. Mülleri. Ienae 1692. Ioan. Kaerup. Hafniae 1707. Similiter in veteri Ecclesia Christiana Clericis Decimae datae, vel loco illarum liberae oblationes tanquam decimae, vt loquitur S. Cyprianus Epistola 1. Confer M. Antonium de Dominis IX. 2. Cotelerium ad constitut. Apostol. II. 35. Petrum de Marca IV. 10. de Concordia Sacerdotii et Imperii, et VI. 12. vbi de eo, quo iure Decimas reddituum Ecclesiasticorum sibi arroget Episcopus Romanus. Iosephum Binghamum lib. V. Orig. ecclesiastic. c. 5. Iust. Henning. Boehmerum T. 3. iuris ecclesiastici Protestantium. Christ. Thomasi observ. de Decimis, quae exstat T. X. observ. Halensium p. 221 sqq. et Misanders (Ioan. Sam. Adami) curieuse Gedanken vom Decem. Dresd. 1704. 8. Iure diuino decimas ecclesiasticas deberi disputat Franc. Suarez libro de diuino cultu c. 9 sqq. p. 71 sqq. Aduersus Seldenum ⁴, cui postea

³ Titulus operis est: *History of tythes, that is the practice of payment of them, the positive lawes made for them, the opinions touching the right of them.*

⁴ Seldenus coactus est A. 1618. 18 Ianuarii Archiepiscopis et Episcopis satisfacere hac epistola retractoria, quam in Historia ecclesiastica Angliae refert Ieremias Collierius et Richardus Tillesley praefat. ad animaduers. in Seldenum B. 4. *My good Lords. I most humbly acknowledge my error, which I have committed in publishing the History of Tythes, and specially in that I have at all by shewing any interpretation of holy Scriptures,* by

postea assensus est Miltonus, pugnant Rich. Montacutius in Decatevticis, siue diatribis upon the first part of the late History of tithes. Lond. 1621. 4. et apparatus ad Origines Eccles. pag. 254 et tom. 2. Originum pag. 210. Iacobus Semple libro de sacrilegiis, Georgius Carletonus, Cicestriensis Episcopus, et Cornelius Burgesius aliique scriptores Angli de Decimis. Richardus praecipue Tillesley animaduersionibus ad Seldeni Historiam decimarum Anglice editis Lond. 1621. 4. quibus praemissus est Catalogus LXXII. scriptorum qui ante A. C. 1215. fuerunt, et ius Diuinum decimarum agnoscunt. De origine et iure Decimarum in Germania prodiit dissertatio Georg. Ludov. Boehmeri. Goettingae 1749. Hermanni Adolphi Meinders dissertatio de origine et iure decimarum in Germania subiuncta est eius operi de statu religionis et reipublicae in Westphalia. Lemgouiae 1714. 4. Laicis decimas percipientibus concessa facultas fuit a S. Ludouico Galliae Rege eas ecclesiis cedendi, vide Martenium tom. 1. Anecdotorum pag. 1126. a Bonifacio VIII. permissum, decimas per biennium colligi ex bonis ecclesiasticis in regni Galliae subsidium; idem ibid. pag. 1286 et 1290. De *nonis* et *decimis* sub Carolo M. et posteris frequens mentio. Videatur le Cointe tom. 5. p. 659 sq. et tom. 7. p. 726. Nonae iure colonario, decimae iure ecclesiastico soluebantur. Vide Cangium in *Nonae*. De decimis ecclesiasticis in gratiam pauperum impositis agit Ioan. Launoius tom. 2. Opp. parte 2. pag. 592 sqq. Decimas soluere etiam plus simplici vice in Alcorano iubet Muhamedes. De Decimis apud gentes persolutis vide Spencerum III. 10. de legibus Hebraeorum.

S 3

De

by meddling of Councils, Fathers or Canons, or by what else soevers occurs in it, offered any Occasion of argument against any right of maintenance, Iure Diuino, of the Ministers of the Gospel: beseeching your Lordships, to receive this ingenuous and humble acknowledgment, together with the unfeigned protestation of my Grief, for that through it i have so incurred both his Majesty and your Lordship's displeasure, conceived against me in the behalf of the Church of England. Tomo tertio nouae editionis operum Seldeni Londini 1726. tribus voluminibus in folio curante Dauidé Wilkinio excusae, exstat Anglice the history of Tithes with a Review ex edit. Londin. 1618. 4. an admonition to the Reader of Sir James Serapil's appendix, and of Dr. Tillesley's animaduersiones upon the history of Tithes: (quam responsionem edi prohibitam queritur T. 3. 1706.) a Letter tho the Marquess of Buckingham. Legitur etiam in eodem volumine tertio p. 1455 sqq. dissertatio de scopo historiae decimarum ad Regem Iacobum. Historiam carceris sui ipse texit Seldenus in vindiciis maris clausi T. 2. opp. pag. 1421 sqq. vide quoque pag. 1697 et 1699. vbi de prima editione libri suppressa.

De *primitiis* frugum, fructuumque et primogenitis apud Iudaeos in Templo offerendis, quas *πρωτογενήματα* vocat Philo de sacrificiis p. 172. Vol. I. edit. Mangeiana. *ἀπαρχαὶς τῶν πρωτογεννημάτων* p. 177. et *πρωτότοκα* p. 180. idem Philo de praemiis, Vol. 2. p. 233 sq. Varenius in trifolio sacro, Rost. 1646. 4. Buxtorfius Lexico Rabbinico pag. 2650 sq. Scriptores memorati supra pag. 434. vbi de festo messis: Talmudici in tractatibus **בכורות** et **בכורות** tom. 1. edit. Surenhus. pag. 320. et tomo 5. pag. 155. e quibus priorem etiam cum versione magis perspicua et notis suis edidit Vir Clariss. Christianus Ludouici 1696 et Lipsi. 1712. 4. Maimonides in tractatu de primitiis, quem ex parte Gustauus Peringerus. Vpsal. 1694. integrum vertit et edidit Ioan. Rudolph. Cramerus. Lugd. Batav. 1702. 4. Abarbanel capite tertio Exordii in Leuiticum, Ioan. Lightfootus Decade chorogr. Marco praemissa c. 4. §. 6. Ioannes Rudolphus Grunerus in diatribe de primitiarum oblatione ac consecratione. Lugd. Batav. 1739. 8. Bernh. Sebastianus Cremerus antiq. Mosai-cotypic. tom. 2. pag. 165. Paullus Fagius in Onkelosi Paraphrasia in Deut. XXVI, 2. Outmannus in codicem Iadaiim pag. 53 et 184 sqq. I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 611 sqq. Interpretes ad Exod. XXIII. 19. XXXIV. 19. 26. Leuit. XIX. 23. XXIII. 10. Num. XV. 20. Tob. I. 6. et dissertationes Danielis Lipstorpil. Bremae 1693. Danielis Lundii. Vpsal. 1703. Io. Henr. Hottingeri Marpurgi 1711. et Danielis Gerdesii. Duisburgi 1730. De primitiis lanae detonsae speciatim vide scriptores apud Lundium pag. 881. §. 21. Sic primitias etiam in Ecclesia Christiana veteri offerendi morem obtinuisse affirmant Beueregius ad Can. IV. Apostolicum et in codice canonum vindicato pag. 191 sq. Goarus ad Euchologium pag. 656. Nouarinus in schediasmatibus sacro profanis lib. 5. c. 13. Petrus Canisius de decimis, primitiis, oblationibus, Ingolstadt. 1609. 8. Sed negat Celebrerrimus Io. Georg. Walchius Histor. Eccl. N. T. pag. 782. ostendens, primitiarum nomine ab Irenaeo, ad quem in primis prouocant aientis sententiae patroni, non nisi panem et vinum eucharisticum esse significatum. Similem Aegyptiorum, Graecorum, Romanorum aliarumque gentium vsum obseruarunt Grotius ad Exod. XXIII. 19. Spencerus III. 9. de legibus Hebraeorum, Lindenbrogius ad Censorinum pag. 6 sq. Meursius in Graecia feriatata pag. 117. vbi de primitiis Vestae oblatis, et Tho. Crenius in Museo philologico historico pag. 8 sq. Praedae quoque primitias diis esse oblatas ostendit Eustathius ad Odysseam p. 692 edit. Basil. 1560. et Suidas in *ἀκροθίνια*, quibus iunge Elfnerum ad Hebr. VII. 4.

De beneficiis et reatibus Ecclesiasticis scriptores laudauimus supra p. 679. cap. 13. §. 23. quibus addenda quae supplementi loco ad librum de hoc argu-
mento

mento sub Hieronymi Acoſta nomine editum notauit Rich. Simon tomo 3. Bibl. criticae cap. 32 ſq.

III. Antiquiſſimis temporibus dona oblata regibus, vt narrat Herodotus III. 89. Primus Darius Hyſtaſpis Perſarum rex tributa ſtata impoſuit, vnde dictus *καπηλος*. Eius reditus annui 14560 talenta. De Graecorum aliarumque gentium cenſu, reditibus, veſtigalibus, tributis agunt Chriſtophorus Befoldus, Caſp. Klockius et Iacobus Börnitiuſ in libris de Aerario et Gregorius Tholoſanus in ſyntagmate iuris vniuerſi lib. 3. etſi operae pretium eſſet hoc argumentum quod ad celebriora regna et republ. Graeciae et Asiae attinet, diligentius et ex inſtituto a viro aliquo erudito pertractari. De Athenienſibus tamen vide Potterum lib. 1. Archaeol. cap. 14 ſq. de Lacedaemoniis Cragium IV. 1 ſq. Apud Perſas hoc peculiare, quod et hodie etiam ab illis obſeruari notat Ioan. Chardinus tomo VI. deſcript. Perſiae cap. 7. vt certis regionibus iniunctum eſſet per certam partem anni regem eiufque aulam vel exercitum alere, aut certum genus rerum neceſſariarum aut ad commoditatem vel luxum etiam et ſplendorem facientium ſuppeditare, vt ex Herodoto et Strabone notat Briſſonius lib. 1. de regno Perſar. pag. 163. Ita reginis in ſingulas mundi muliebris partes integrarum prouinciarum veſtigalia addiſta fuiſſe e Platonis Alcibiade 1. notauit Muretus XV. 10. Var. lectionum. In regium ſiſcum illata fuiſſe Herodotus ſcribit talenta annua 14560. Iuſtinus 30000. Chardinus tomo 6. p. 147. ait regi Perſiae quotannis redire tricies et bis millena millia librarum Gallicarum: Adamus Olearius octies millena thalerorum millia, quorum ſinguli tres valent libras Gallicanas. Confer Barnabam Briſſonium de regio Perſarum principatu lib. 1. p. 252 ſqq.

IV. De reditibus, aerario ſ, ſiſco et tributis ac veſtigalibus veteris Romae videatur Onuphrius Panuiniuſ in imperio romano cap. 22. tom. 1. theſ. Graeuiani pag. 441 ſq. Iul. Caef. Bulengeruſ lib. 9. de imperio romano (tomo 8. antiq. Roman.) et quae libro tertio habet de aerario, ſiſcoque. Eiufdem Bulengeri liber de tributis ac veſtigalibus populi romani prodiit Tolofae 1612. 8. et ſubiectuſ eſt vtrique editioni tractatuſ Chriſtophori Befoldi de aerario publico, Tubingae 1618. et auctiuſ Francof. 1620. 4. His addendus Nicolaus Bergieriuſ lib. 1. de publicis imperii romani viis tom. 10. Graev. lib. 1. ſect. 12. et ſq. et ſectio 21. vbi de pecunia manubiali. Chriſtianuſ

3 Paullum Manutiũ, qui triplex aerarium ſingit, vnum triumphale de ſpoliis et manubiis, ſanctiuſ alterum, in quo aurum viceſimarium, et tertium in quo annuae veſtigalium penſiones repositae fuerint, refellit Philippuſ Rubeniuſ lib. 1. electorum cap. 24.

stianus Fridericus Franckenstein in obseruationibus de aerario, quae seorsim
 primum editae Lipsiae, deinde curante Io. Georgio Graeuio recusae Ultra-
 iecti 1701. 4. in syntagmate variarum dissert. pag. 632 sq. Ratbodus Her-
 mannus Schelius in dissertatione de tributo et aerario, recusa tomo 10. the-
 sauri Graeuiani pag. 1223. Christi. Donatus, cuius exercitatio de aerario
 romano prodiit. Witteb. 1670. Henr. Dodwellus praelection. Cambdenian.
 pag. 457 et 709 sqq. Adamus Colerus Parerg. iuris cap. 28. Ferratius
 Epistol. pag. 221 sqq. auctor Anonymus, qui anglice edidit; in gallicum
 deinde sermonum translata: *Remarques sur l'administration des finances des
 Romains*, quae insertae sunt tomo primo sylloges, Recueil des pieces d'Hi-
 stoire et de Litterature, Parisiis 1738. 8. p. 103. et Alexander ab Alexandro
 genial. diar. lib. et cap. 2. vbi etiam de quaestoribus eorumque scribis et in
 eorum locum ab Augusto constitutis praetoribus aerarii, de quibus Lips. ad
 Tacit. lib. 13. Annal. Quod in prouinciis procuratores Caesaris, in vrbe
 fuerunt praefecti aerarii. Vide Briffonium III. 18 et 19. antiquitat. iuris,
 qui etiam de procuratore rei priuatae et de fisci patrono videndus c. 20 et 21.
 De vectigalibus veteris Romae praeter Lipsium lib. 2. de magnitudine roma-
 na, Bulengeri commentationem paullo ante laudatam, et Pancirolli obserua-
 tiones III. 31. variarum lectionum, exstat etiam eximius liber V. C. Petri
 Burmanni, editus primum Traiecti ad Rhenum 1694. 12. et deinde auctius
 recusus Lugd. Batav. 1734. 4. ac insertus tomo primo supplementor. a Poleno
 editorum, pag. 911. de quo consulenda Acta Eruditorum 1695. pag. 178 sq.
 et 1737. pag. 489 sq. De vectigali salinario Pitiscus ad Aurel. Victorem
 pag. 64 et 185. De vectigali meretricio siue chryfargyro Bandurius ad an-
 tiquitates Constantinopolitanas pag. 644. Io. Henelius in otio Vratislauen-
 si cap. 50. Salmasius ad ius Atticum p. 259 sq. et Desid. Heraldus animadv.
 ad Salmasii obseruat. p. 393. De *columnario, ostiario*, quod de columnis et
 ostiis exigebatur, vide interpretes ad Caesarem III. 32. de bello ciuili. De
vigesima pro manumissione, quae ex ea pecunia soluebatur, quam serui aut alii
 patronis seruorum, libertate donatorum, dabant consulatur Scipio Maffei-
 us P. 1. Veronae illustratae pag. 224. Alexandriae etiam Astrologi pendebant
βλακηνόμιον quasi vectigal stultorum, quod a stultis consulerentur, vt refert
 Apostolius V. 65. prouerb. De Vespasiani imper. vectigali vrinario, quod
 Fullones pro colligenda, in positis per angiportus amphoris, vrina, ad po-
 liendas, incretandas, durandas et purgandas vestes soluere iuebantur vide
 quae Viri docti ad Sueton. in Caligula cap. 40. Vespas. cap. 23. Henelius in
 otio Vratisl. cap. 32. Caesar Zarottus in medica Martialis tractatione Venet.
 1657. 4. cap. 24. Bernardus Ramazzinus de morbis artificum cap. 15. et

Henninius ad Bergierium tomo 10. antiquitatt. Romanarum pag. 648. vbi et plures de sordidis vectigalibus disputantes laudantur, Caspar Klockius de aerario lib. 2. cap. 147. Hermannus Latherus de censu lib. 1. c. 5. num. 24. Iac. Cuiacius lib. 10. obseruationum cap. 7. et lib. 22. cap. 34. et Christoph. Colerus cap. 14. Parergon Iuris. Vectigal in ipsis speciebus soluendum cuius in codice Theodos. mentio occurrit, intelliges de rebus ipsis, v. g. ligno, frumento, lapidibus, non eorum pretio. De aerario militari, quod Augustus instituit, disputat Franckensteinus diatriba laudata pag. 644. De fisco Pontificum, Iacobus Gutherius II. 12. de iure Pontificio, tomo 5. Graeuian. De aerario sacro et priuato principis idem Franckensteinus pag. 664. De thesauris principis per prouincias, eorumque praepositis thesaurenribus, Nicolaus Bergierius lib. 4. cap. 24. De discrimine inter aerarium et fiscum locus classicus exstat in Plinii Panegyrico, cap. 36. ex quo disces, aerarium populi, fiscum principis fuisse: confer Schwarzium ad hunc locum, Klockium modo laudatum lib. 1. cap. 2. p. 34. et Christophori Pelleri obseruationes et additamenta ad Klockium pag. 43. De tributorum leuatione et remissione actionum fiscalium eximia quaedam obseruationes Scaligeri leguntur in eius lectionibus Aufonianis lib. 2. cap. 15. Quadragesimae leuatio occurrit in numo Galbae apud Patinum pag. 146. thesauri; vehiculatio Italiae remissa, fisci iudaici calumnia sublata in numis Neruae apud eundem p. 155. Nouies millies HS abolita ab Hadriano, vide eundem p. 163. Post Perseum, Macedoniae regem, deuictum tanta pecuniae vis Romam delata est, vt ab eo tempore populus Romanus tributum pendere desierit teste Plinio XXXIII. 3. et Valerio Maximo IV. 3. Quid sit inter aerarios vel in Caeritum tabulas referri, disces ab eodem Franckensteinio pag. 633 sq. qui pag. 664. etiam agit de arca siue banco publico, priuatorum opes publica fide continente. Non pauca etiam de hisce argumentis praeclare obseruata sunt D. Casp. Zieglero lib. 2. de iuribus Maiestatis. De *Publicanis*, siue publicorum Reipublicae redituum redemptoribus, quos *δημοσιῶνας* Graeci, auctor operis imperfecti in Matthaeum *telonearios* vocat, consulantur Hammondus ad Matth. IX. 19. Grotius ad Matth. V. 46. Lucae III. 13. Alexander Morus ad Matth. XI. 12. Salmasius de foenore trapezitico pag. 240 sqq. 380 sqq. Desid. Heraldis animaduers. ad Salmasium pag. 186 sqq. Petrus Nannius IV. 1. Miscell. Petrus Burmannus de vectigalibus P. R. c. 9. p. 155 sqq. Cotelerius tom. 1. Patrum Apostolicor. pag. 284. Carolus Sigonius de antiquo iure ciuium R. II. 4. tom. 1. thesauri Graeuiani p. 149 sqq. Guil. Saldenus Otior. Diuin. lib. 4. exercit. 6. Sam. Basnage ad A. C. 31. num. 13. Ferratius Epistol. pag. 94 sqq. Io. Tob. Krebsius de vsu et praestantia Romanae historiae in

N. T. interpretatione p. 22 sqq. Ioan. Struckmannus in Commentationibus binis, de portitoribus in litteris Romanis, et de portitoribus seu publicanis in N. T. obuiis. Lemgov. 1750. 4. Conr. Sam. Schurzfleisch in dissert. de ordine publicanorum. Witteb. 1689. et Dan. Guil. Moller in dissert. de publicanis. Altdorfii 1703. De reatibus et vectigalibus Pontificis Romani agitur in libello ab Elzeuiriis plus simplici vice in minori forma excuso, sub titulo, Respublica Romana, pag. 523 sq. et in libro gallice edito, *Tableau de Rome*.

De *Censu* Romanorum, vide scriptores de Censoribus, laudatos supra cap. 14. p. 705. et B. Phil. Lud. Hannekenium dissert. 4. de cura domestica Romanorum pag. 157 sq. Numerum hominum a Seruii Tullii temporibus Romae durante libera Republica in censum relatorum ordine exponit H. Vossius cap. 6. de magnitudine Romae veteris. De lustri condendi ritu A. Pagi ad A. C. 14. num. 5. Orphani antea immunes, a Camillo censore ὑποτελεῖς facti sunt. Plutarch. Camillo fol. 129.

De rationario Augusti siue breuiario imperii eiusque reatibus vide quae viri docti ad Suetonium August. cap. 28. Rupertum ad Florum pag. 117. Io. Christi. Neu dissert. de breuiario Augusti. Tub. 1709. Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Vindob. pag. 72. eique laudatos Iac. Gutherium lib. 1. de officiis domus Augustae cap. 2. Bulengerum de imperio romano II. 12. hisque adde duplex rationarium, quod graece et latine ediderunt Benedictini in analectis graecis Paris. 1668. 4. pag. 321. et V. C. Iac. Gronouius ad calcem librorum parentis sui de festertis Lugd. Bat. 1691. 4. Vtrumque autem breuiarium siue rationarium recentius videtur, neque prius ex illis Caesari Octauiio Augusto recte tribuitur, quoniam frequens hic est Graeculorum error, quorumcunque Augustorum siue Imperatorum res et instituta ad Augustum referre atque inde magnas nugas superaddere. Conf. de imperii rationario Salmaf. pag. 808. ad Solinum, editionis Paris. et Iac. Godofredum ad codicem Theodosianum tomo 2. pag. 481.

De Graecorum Romanorumque veterum, vti Gallorum quoque recentium variis institutis ad promouendam abundantiam rerum necessariorum, frequentandaque cum fructu praeter agriculturam opificia ac commercia, videndum opus quod gallice edidit M. de la Mare Paris. 1710. fol. sub titulo

traité de la Police. Cui addatur *Coyerii la Noblesse⁶ commerçante* Paris. 1756. 12. et ex germanica M. I. B. versione. Rostochii 1756. 8.

V. De immunitate sacerdotum a tributis *apud Aegyptios* Grotius et Clericus ad Genes. XLVII. 22. 26. ad quem locum notatur in Io. Damasceni parallelis tomo 2. p. 779. *σκόπει ὅπως καὶ πρὸ νόμου ἀφορολόγητα ἐτύγχανε τὰ προσόντα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῆτο ἐν ἔθνικοῖς.* Vide quod etiam ante legem immunita fuerunt bona sacerdotum, atque hoc inter ethnicos. De eorundem ut et Chaldaicorum Doctorum immunitatibus constat ex Diodoro Siculo lib. 1. pag. 17 et 66, et lib. 2. pag. 82. De aliis gentibus conferatur Claudii Arrhenii dissertatio de sacerdotibus, cap. 4. Vpsaliae 1674. 4. De immunitate sacerdotum apud Hebraeos confer Bellarminum de clericis cap. 19. et Wulferum ad Shekalim p. 28. 29. ubi de eo, num sacerdotes immunes ab offerendo fisco. De immunitate sacerdotum *apud Romanos* vide Gutherium lib. 1. de iure Pontificio cap. 28. tom. 5. Graev. pag. 56. De Christianis res nota vel ex S. Basilii Epistola 279 et 304. et multis sancita legibus, ut Constantini M. apud Eusebium X. 7. Histor. Eccles. et aliorum, de quibus Io. Georg. Reinhard de iure Principum Germ. circa sacra pag. 201. multisque scriptis asserta, quorum pars laudatur in Bibliotheca iuridica Lipenii P. 1. pag. 429 editionis recentissimae. Vide etiam B. D. Io. Sluterum de ministrorum Augustanae Confess. ordine, Hamburg. 1650. 12. cap. 4. et Bartholdi Krakewitzii *Bedenken, warum christliche Obrigkeit die Diener der Kirchen ohne äußerste Noth mit Steuern und Anlagen zu übersehen.* Gryphisw. 1627. 4. De immunitate Doctorum Professorumque Conringius in antiquitatibus academ. pag. 112 sq. 351 sq. Ioan. Christianus Itterus libro de gradibus academicis cap. 11. 12. Nicolai Borbonii opuscula pag. 233 sq. Petrus Rebuffus de priuilegiis Vniuersitatum, collegiorum, bibliopolarum et omnium, qui studiosis adiumento sunt, Francof. 1585. 8. priuilegio cXLVI sqq. Christi. Hoffmannus de immunitatibus litteratorum. Witteb. 1712. Christi. Liebenthal de priuilegiis studiosorum, eorumque qui studiosis adiumento sunt, ad calcem collegii politici. Marpurgi 1644. 4. editi. Angariorum praestatione et recipiendi hospitis necessitate immunes Professores litterarum. Vide Schultingium p. 216. Jurisprudentia Anteiustinianae. De priuilegiis litteratorum apud Hebraeos Ioan. Leonh. Lentzii dissertatio prodiit Witteb. 1700.

De largitionibus frumentariis⁷ Romanorum, viscerationibus aliisque eius generis ut panis, olei, carnis porcinae, vestium donationibus publicis

T 2

vi-

⁶ Bibliothèque des Sciences et beaux Arts T. V. pag. 290. N. L. L. 1756. pag. 777. Varii, qui occasione huius scripti editi sunt libelli, quibus Coyerii consilium vel impugnatur vel defenditur, recensentur tom. 6. eiusdem Bibliothecae scientiarum et artium legantiorum pag. 235 sqq.

videndi Iustus Lipsius lib. 1. Elector. cap. 10. et lib. 2. de magnitud. Rom. cap. 10. Vincentius Contarenus, Lipsii aduersarius, in libro de frumentariis largitionibus Romanorum, edito Vefaliae 1669. 12. Salmasius ad Vopifci Aurelian. cap. 35. Vopifcus iterum cap. 47. et sq. Pancirollus in notitia imperii occidentis, cap. 5. Io. Guil. Stuckius lib. 1. antiquitat. conuiual. cap. 21. Andreas Tiraquellus in Alexandri ab Alexandro dier. genial. lib. 5. pag. 324. et Ioan. Bruyerinus de re cibaria lib. 4. cap. 12. Pelletierus in epistola de largitionibus Romanorum, quae inserta est diario gallico, *Mercur de France*, A. 1737. p. 1474 sqq. Anonymi dissertatio de largitionibus Romanorum et antiquitate rhedarum, quae obuia est in libello gallico, *Variétés historiques, physiques et littéraires*. Parisiis 1752. 8. tom. 2. pag. 81 sqq. Ioan. Henr. Boeclerus de annona sub Imperatoribus Romanis, tom. 2. eius differt. de congiario. Witteb. 1712. Frid. Henr. Graffii differt. de missilibus. Lips. 1734. Similis panum et frumenti largitio obtinuit Constantinopoli et Alexandriae, de qua Valesius ad Euagrium II. 5. p. 68 sq. Etiam in alimentum puerorum puellarumque pecuniam erogarunt Imperatores tum in Italia tum extra eam; vide Maffei pag. 400. Musei Veronensis; Ludov. de Hemmer differt. de pueris puellisque alimentariis. Hafniae 1733. et Ioan. Erh. Kappii prolusionem de alimentariis. Lipsiae 1735. De auro coronario siue donatiuo quod post victoriam vel in inauguratione imperatori offerebatur, vide Scacchum III. Myrothec. cap. 37. pag. 879 sq. Valesium pag. 425. ad Ammian. De stipendiis militaribus, annona, commodis et praemiis et donis militaribus agit idem Lips. lib. 1. Elector. c. 2. ad Tacit. 1. Annal. pag. 38. Lipsiumque impugnans Contarenus libello de stipendio militari, qui post Vefaliensem editionem recusatus est tomo 10. Thes. Graeuiani in quo etiam occurrit diatriba Franc. Robortelli de commodis, praemiis, et donis militaribus et Erycii Puteani syntagma de stipendio militari apud Romanos. Ratbodus Herm. Schelius in dissertationibus de stipendio militari, de stipendio ductorum, de stipendio equestri et militari, de die stipendii, quae exstant tom. 10. thesauri Graeuiani. Frid. Otto Menckenius in dissertat. de Romanorum veterum stipendiis militaribus, adiecta Ioan. Burch. Menckenii dissertationibus litterariis, pag. 268 sqq. Paullus Merula in differt. de praemiis, quae militiam sequebantur Romanam, ad calcem eius operum postu-
morum

7 De publico ciuibus distributa annuatim annona. Glossae Philoxeni: *annona παροχή ἐτήσιος διανομή*. Suid. ἡλαῖα, μετὰ τὰς νόνας δίδόμενα. *Panis ciuicus*, ciuibus, militibus *militaris*, *Ostiensis* nautis, et *Palatinus* ministrantibus in aula Imperatorum. Σιτήσεις a Iustiniano Imp. Medicis et διδασκάλοις τῶν ἐλευθέρων detractas queritur Procopius Hist. arcanae cap. 26.

morum. Videantur etiam Lipsius lib. 5. de militia Romana cap. 16. Bla-
 sius Vigenarius ad Caesarem de bello gallico gallice a se editum pag. 448. vbi
 docet legionem militum illo tempore per singulos annos constitisse summa
 circiter 219900 thalerorum. Leonh. Portius in diff. quae exstat tom. 9. anti-
 quitat. Graecarum, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equestri c. 6 et lib. 5.
 cap. 1. Quemadmodum vero militum pensio siue merces proprio vocabulo
 dicitur *obsonium* siue *stipendium*, bene functis *commodum*, *donatiuum*, ἀρισειόν,
emeritum, quandoque etiam extorta *coenatica*, et a tribunis *stillaturae*: ita
 seruorum *dimensum*, de quo Iosephus Laurentius lib. 1. Polymathiae diff. 10.
 Quae manuariam operam locantibus praebebatur pecunia dictum *manupre-*
tium quod locantibus operam agrariam, *pulueraticum*, quod nautis pende-
 batur, *naulum*, gladiatoribus *auctoramentum*, athleticis, ἄθλον, quod histrio-
 nibus *locar*, siue *locar*, de quo Scaliger ad Festum et Lipsius alique ad Ta-
 cit. 1. 77. Annalium. Iudicum et exequutorum *sportulae*, δικασικά, *Xenia*:
 suffragatoris *suffragium*, proxenetae *proxeneticum*, Φιλάνθρωπον, ἑρμηνευτι-
 κόν, pro insinuatione libelli supplicis ἐμφανιστικόν, *insinuatium*: Legatis
 praebebatur *legatiuum* siue *viaticum*, πρεσβεϊόν, ἐφόδιον, ποσειόν, Iac. du
 Portus pag. 384. ad Theophrasti characteres: quandoque etiam *unguentarium*
 ad vnguenta, cuius mentio apud Plinium lib. 2. epistola XI. Aduocatis pro
 victa causa *palmarium*, Medicis *sostrum soterium*, *laterium*, praeceptoribus
minervial, *didactrum*, διδασκαλεϊόν. Quod pro solo et in eo exstructis aedi-
 bus pendebatur tributum *σωλαρίον*, Eclogae Basilic. lib. 58. pag. 448. adde
 quae viri docti ad lib. 15. Digestor. *qui potior in pignore*. Merces pro loco
 in spectaculis *locar*, τὸ θεωρικόν. Salmasius pag. 234 ad Solinum. De hisce
 omnibus et aliis bene multis huiusmodi dolebunt nobiscum studiosi rerum
 antiquarum non exstare Valerii Chimentellii opus dorologicum, siue de re
 donatiua antiquorum, cuius argumenta exhibuit ad calcem libri eruditi de
 honore bisellii, Bonon. 1636. 4. pag. 236 sq. et tom. 7. thesauri Graeuiani
 pag. 2193. De salariis Sophistarum, Rhetorum, Philosophorum et Profes-
 sorum apud veteres vide Lucian. tomo 1. pag. 341. Marinum in vita Procli
 cap. 29. Iustinum in apologia prima pag. 9. edit. Grabii, Alciatum lib. 5.
 Parergon. cap. 27. Iosephum Laurentium tomo 10. antiquitat. Graecar.
 pag. 1169. Casaubonum ad Sueton. et Salmasium ad Capitolin. Berneggeri
 orationes pag. 169. Ioan. Christfriedi Sagittarii otium Ienense, dissert. 9.
 de origine salariorum et stipendiorum: Christiani Wilhelmi Loescheri diff.
 de stipendio litterario, Witteb. 1696. Cresollium lib. 4. theatri Rhetorum
 cap. 3. et vbi de didactris Sophistarum priuatis lib. 5. cap. 3 sq. Octauium
 Ferrarium prolusione 33. pag. 528 sq. Io. Georg. Walchii dissert. de prae-

miis veterum Sophistarum, Rhetorum, atque Oratorum. Ienae 1719 recu-
sam pag. 103 sqq. Parerg. Academic. Io. Wilh. Stuckium lib. 1. antiq. con-
uiuial. cap. 19. Christi Falsterum lib. 2. cap. 5. Quaestionum Romanarum.
et Frider. Iac. Beyschlagii orationem de praemiis, quae olim bonarum litte-
rarum cultoribus collata sunt, quae exstat in eius sylloge pag. 475 sqq. Vide
etiam Thom. Crenium lib. 7. animaduers. pag. 140. 141. et Christoph. Aug.
Heumanni Poecilen lib. 1. pag. 130 sqq. et de mercedibus praeceptorum Ia-
cob. Reuardum lib. 1. cap. 10. Quod nuntio pro epistolis portandis redde-
batur, dictum est *portorium*, quod tabellario pro reparandis calceis, *calcea-
rium*, de quo Suetonius in Vespasiano cap. 8. et Nicol. Bergierius lib. 4. de
viis Imper. Romani cap. 11. sic: *clauarium* ad clauos siue calceos clauatos mili-
tares parandos, apud Tacitum lib. 3. histor. cap. 50. Confer Laurentii Po-
lymathiam diff. 6. lib. 1. *Vestiarium* ad vestes, *cibarium* ad cibos, *cerarium*
ad cereos, *vasarium* ad vasa, *diarium* in dies singulos, *hordearium* ad hor-
deum et frumenta. Vide Pitiscum ad Sueton. tomo 2. pag. 481. agrimenfori
pulveraticum, commentariensi *catenaticum*, notario vel antiquario *sepiaticum*:
Lindebrog. p. 1373. ad codicem legum antiquarum. *Libertaticum* quod li-
bertus dabat Patrono, id. p. 1424. *Linguarium* quod pro lingua temere lo-
quuta penditur. Muretus XII. 3. var. lectio. Indici dabatur *indicium*, fau-
stum nuntium afferenti *Evangelium*, Plutarch. Demetrio pag. 896. siue Μήνυ-
τρον, nutrici *nutricium* seu θρέπτρον, afferenti desideratum aliquid νόμιστρον,
artifici ἐπιχειρα, pro rei inuentae nuncio εὐρηθρον confer Pollucem lib. 6.
cap. 41. Iac. Godofredi tractatum de salario Genev. ex editione secunda
longe auctiorem 1666. 4. Matthiae Zimmermanni analecta pag. 468 sq.
Salmuthum ad Pancirolli deperdita pag. 40. et Meursii auctarium philologi-
cum cap. 28. De sportulis et erogationibus publicis siue pecuniariis siue fru-
mentariis adeundus etiam Stuckius lib. 1. cap. 35. Antiq. Conuiuial. Thom.
Demsterus ad Corippum pag. 206. Hieron. Magius II. 2. Miscell. tom. 2.
thesauri critici Gruteriani. Henrici Norisii praelectio Pisana de sportularum
origine et vsu apud Romanos et Christianos, tom. 4. Opp. pag. 599 sqq.
Petri Hunderi dissertatio, Hafniae 1712. quibus adde Frid. Aug. Junii anti-
quitates sportularum apud Romanos quotidianarum. Lipsi. 1745. De *salaris
clericorum* contrariae Ioannis Petri Ludewig et Christiani Thomasi differta-
tiones recensentur in relationibus innoxiiis A. 1707. pag. 490. De legato-
rum *lantiis* consule Io. Guil. Bergeri dissert. de lantiis veterum. Witteb. 1711.
De *Aduocatorum honorario* adeatur Frid. Brunnerus ad legem Cinciam; de
Medicorum Desid. Heraldus V. 20. p. 404 sq. in Salmasium. De *diuinato-
rum* praemiis Hieronymus ad Michae III. 5. pag. 1520 sq. tom. 3. edit.

Marcianaei. De Pythioniarum brabeo Edmundus Dickinson cap. 7. Delph. Phoeniciflantium.

VI. De *Testamentorum* origine et probatione erudite egerunt Henricus Speelmannus in 8 singulari dissertatione, quam recensitam vide in Actis Eruditorum A. 1698. pag. 445. et Albertus Dietericus Trekell in tractatione de origine atque progressu testamentifactionis praesertim apud Romanos, quae cum praefatione Georg. Christi. Gebaueri edita est Lipsiae 1739. 4. Consulendus etiam Potterus IV. 15. Archaeol. graecae, D. Christianus Thomafius differt de origine et initiis successione testamentariae apud Romanos, et altera de sensu legis decemviralis testamentariae, Halae 1705. Ioan. Henr. Summermannus in coniecturis de origine et progressu testamentorum apud Romanos pariter ac Germanos aliosque populos. Berolini 1735. 4. Io. Gottl. Heineccius in syntagmate antiquitatum Romanarum iurisprudentiam illustrantium pag. 502 sqq. Veteres formulae testamentorum graece scriptae sub nomine Andragorae et Epicteti Grinniae leguntur in inscriptionibus Gruteri pag. 216. Alias videre licet apud Diogenem Laertium in vitis Philosophor. Alias testamentorum formulas (latinas praesertim) exhibent Georgius Fabricius in monumentis variis antiquis, Basil. 1549. 8. Manutius in officia Ciceronis pag. 148 sq. edit. Graevii; Barnabas Briffonius lib. 7. de formulis p. 674. Testamenta Iulii Caesaris, Augusti et Tiberii, relata a Suetonio in horum vitis, illustrat Zacharias Huberus in dissertationibus iuridicophilologicis quinta, sexta et septima. Integras testamentorum tabulas e lapidibus et monumentis vetustis exhibet Barnab. Briffonius de formulis et sollempnibus P. R. verbis lib. 7. pag. 643 sqq. Testamentum Castrense ἀγραφον memorat Plutarchus Coriolano pag. 217. De vigesima haereditatum videndus Petrus Burmannus c. 11. libri de vectigalibus Romanorum. De diis haeredibus ex testamento apud Romanos dissertatio Franc. Car. Conradi prodiit Lips. 1725. Rempublicam haeredem instituere lege Romanam vetitum erat. Vide Plinium lib. 5. epist. 7. De testamentis Christianorum confer Iac. Schalleri binas dissertationes Argentorati 1661. De testamentis Clericorum Monachorumque M. Antonius de Dominis IX. 12. De origine potestatis ecclesiasticae in testamentis, Seldeni liber scriptus anglice: *the original of Ecclesiastical jurisdiction of testaments*. Germanis olim testamentis nulla, teste Tacito, confer Berneggerum quaest. 119. in librum de moribus Germanorum. De origine et usu testamentorum apud veteres Germanos, et de differentia inter testamentis Germanorum atque Romanorum vide, praeter Summermannum paullo ante

* In Speelmanni operibus postumis anglice editis Oxon. 1698. fol.

ante laudatum, Ioan. Adami Koppii specimen iuris Germanici priuati de testamentis Germanorum iudicialibus et sub dio conditis, Francof. ad Moenum 1736. 4. De Anglo-Saxonum testamentis vide G. Hickeesii dissert. epistolarum pag. 56. De ludicro testamento Grunnii Porcelli praeter scriptores in Bibliotheca latina IV. 5. a me laudatos vide Henr. Valesium in notis ad Ammianum Marcellinum p. 354. Legitur illud etiam in Taubmanni notis ad Culicem Virgilii. pag. 146. et in calce adagiorum Erasmi aliorumque Hano- uiae iunctim editor. et apud Vauassorem libro de dictione ludicra pag. 219. et in W. E. Tentzelii dialogis vernaculis A. 1696. p. 191. et apud Gesnerum de quadrupedibus p. 1032. Descriptum primo est Moguntiae a Ioanne Alexandro Brassicano, et a Georg. Fabricio postea correctum locis aliquot ex anti- quissimo exemplari inuento Memmeleebii in Thuringia ad Vnstrum. Exstat et ridiculum eiusmodi testamentum Asini, quod ex veteri MS. vulgavit Lam- becicus tomo 3. comment. pag. 984.

De testamento ex asse, ex femisse, ex dodrante, prima cera etc. vide Alexandrum ab Alexandro libro et capite primo, et ibi Tiraquellum. Tum interpretes ad Suetonii Caesarem cap. 83. De testamentorum licentia inhi- bita, notas Bourdelotii ad Lucian. tom. 1. pag. 37. Casaubonum ad Sueton. August. cap. 50. De testamenti subsignatione vero Salmasium in animaduer- sionibus ad Heraldum, Vossium lib. 4. de idololatria cap. 91. et Georg. Lud. Boehmeri dissertationem, cuius index: testamenti signati et subscripti a testi- bus in inuolucro vis et auctoritas vindicata, Goettingae 1746.

VII. De mundinis ⁹, mercatu et cognatis argumentis adeundus Gregor. Tholosanus in syntagmate iuris lib. 25. cap. 3. cuius diatriba inde recusa est tomo 8. Graev. pag. 697. In eodem tomo pag. 641. exstat quoque Erycii Puteani de nundinis Romanis liber, noua Fastorum veluti facula. Puteano addes Allatium capite octauo libri de mensura temporum. Nono quouis die *ἀγορὰν* celebrare solitos Romanos, testis etiam Plutarchus in Coriolano fol. 222. Neque tamen inde colligendum est, ternas nundinas, vt quidam docti viri existimarunt, confecisse septem et viginti dies. Eleganter enim obseruat Celeberrimus Ernesti in clauis Ciceroniana voce *Trinundinum* numerandorum dierum initium fieri a nundinis primis et desinere in tertiis: nundinas autem secundas more latino bis numerari, vt idem dies sit ponus a primis nundinis, et primus in altera enneade dierum. Ex quo effici quidem Vir Acutissimus ostendit, trinundinum siue tres nundinas cum diebus interiectis summam tan- tum

⁹ In Olympiis vniuersa Graecia sollemnes nundinas celebrabat, vnde mercatum Olym- piacum vocat Iustinus III. 5.

tum septemdecim dierum conficere. De mercibus Romam vndique aduectis agit Bergierius lib. 4. de viis imperii romani cap. 33. tom. 10. Graev. De hastarum et auctionum origine ac ritu consulendi Alexander ab Alex. III. 16. Fulvius Ursinus ad Caesarem pag. 87. post fragmenta Historicorum, et Iunius Rabirius cuius liber ex edit. Parisiensi A. 1554. 4. insertus est tomo 3. thesauri Graeviani. Nam M. A. Brunellus libro, tertium iam gallice edito de hoc argumento Paris. 1704. *Nouveau traité des Criées*, hodierna auctionum iura vsunque, in Gallia praesertim, persequitur. Idem Ludouicum Postium aliofque allegat. Postii de subhastatione liber prodiit Genuae 1646. Genev. 1670. De more veteri quo viri nobiles per urbem incedentes non ipsi pecunias secum gestabant, sed pedissequis hoc committebant, vide Casaubonum ad Apuleii apologiam pag. 155. De furto per lancem et licium concepto cuius apud Gellium XI. 18. XVI. 10. et apud Festum mentio, consulenda Marci Tatii Alpini epistola ad Wilhelmum Hungerum. Pecuniam ex rebus venditis in os et buccam colligendi mos hominum vilium et de plebe infima, vt notat Casaubonus pag. 219 sq. ad Theophrastum, vbi etiam ex Plauto, quod crumenas apud Romanos collo appensas habebant homines eiusmodi. *Tabulae novae* appellabantur, quando magna creditorum iniuria aut simul semelque omnia eatenus contracta debita expungebantur abolebanturque ac pro solutis habebantur, aut pars de summa demebatur. *Χρεῶν ἀποκοπῆς* vocat Diodorus Siculus lib. 19. tomo 2. pag. 658. Confer Io. Scheferi Agrippam liberatorem siue diatribam de nouis tabulis, Argentor. 1645. 12. et cum obseruationibus Io. Christi. Leuschneri. Lignit. et Lipsiae 1752. 8. et tom. 8. Graeuii; ac Fabiani Toernerii disputat. de nouis tabulis. Vpsal. 1727. 8. De iure debitores si soluendo non essent vendendi vel in partes secandi, vide praeter auctores supra pag. 757. citatos Salmasium de vsuris pag. 544 sq. et Ioannem Nicolai de Synedrio Aegyptior. pag. 227. qui etiam alios mores annotauit, quibus olim cum obaerato ageretur.

VIII. Quid impedit, quo minus hoc loco, eos, qui argumentum de commerciis ac nauigatione veterum illustrarunt, recenseamus. De quo quidem generatim exposuere Blasius Caryophilus in lucubratione de mercaturis antiquorum, quae exstat parte prima dissertationum eius miscellanearum, Romae 1718. 4. euulgatarum. Petrus Daniel Huetius in historia commercii et nauigationis veterum, quam Colberti suasu gallice conscripsit atque ἀνοήτως edidit Parisiis 1716. 12. Auctor Anonymus, qui gallice edidit: Histoire generale de la marine, contenant son origine chez tous les peuples du monde, ses progrès, son état actuel, et les expeditions maritimes anciennes et

modernes, cuius tomus primus prodiit Parisiis 1744. 4. Auctor libri germanice editi: *Allgemeine Geschichte der Handlung und Schifffarth, der Manufacturen und Künste, des Finanz- und Cameralwesens, zu allen Zeiten und bey allen Völkern*, cuius pars prima prodiit Vratislaviae 1751. 4. II. ibid. 1754. Carolus Arbuthnotus in tabulis antiquorum numerorum dissertatione tertia pag. 201 - 260. interpretationis latinae a Daniele Koenigio compositae editaeque Traiecti ad Rhenum 1756. 4. Antonius Yves Goguetus in libro elegantissimo, de l'origine des Loix, des Arts et des Sciences, qui tomis tribus euulgatus est Parisiis 1758. 4. tomi 1. lib. 6. cap. 1 et 2. Ludov. Antonius Muratorius tom. 2. antiquit. italic. medii aevi pag. 866. et succincte Iuuenel de Carlenas in tentamine historiae litterarum elegantiorum, scientiarum et artium. Carolus Rollinus historiae antiquae tom. 10. p. 377 sqq. et tom. 13. p. 166. edit. Amstelod. Sigillatim de *Aegyptiorum* commerciis videndus Paullus Lucas libro sexto itineris A. 1714. gallice editi tom. 2. pag. 219 sqq. Mailletus descriptione Aegypti tom. 1. pag. 53 sq. Goguetus tom. 3. lib. 4. De *Phoenicum* commerciis, de Ophir atque nauigatione Salomonis Ophiritica confer Bocharti Phaleg et Canaan pag. 175. 159 sq. et pag. 768 sq. Herman. Witfium Miscellan. tom. 2. Exerc. XIV. §. 35 sqq. Hadr. Relandum dissert. miscell. P. 1. pag. 165 sqq. Petrum Dan. Huetium de nauigationibus Salomonis. Amstelodami 1698. 8. et tom. 8. Criticor. Angl. Aug. Calmet dissert. Biblic. parte 1. pag. 198. versionis germanicae. Io. Iac. Scheuchzerum Physic. sacr. tomo 2. pag. 201 sqq. Augustinum Varenium in Trifolio historico de Paradiso, Ophir et Simone mago. Rostochii 1655. Gaspar. Varenium, siue Bareiros, Lusitanum, de Ophira regione. Antwerp. 1608. 8. Roterod. 1616. Harderouici 1638. et tom. 18. eorund. Critic. Io. Blumium de Ophira. Hamb. 1660. 8. Christoph. Notnagel in diatribe chorographica. Witteb. 1646. quaeft. secunda. Henr. Benzelum syntagm. dissert. 1. 419. Martin. Lipenium in dissertat. de nauigatione ophiritica. Witteb. 1658. et 1666. 12. Godofr. Wegneri dissertat. de nauigationibus Salomonideis. Francof. 1670. Matth. Fr. Beckii de Eden, Ophir et Tharsis. Ienae 1676. Io. Christ Artopaei de termino nauigationis Ophiriticae a Salomone institutae. Argentor. 1692. Io. Christi. Wichmanshausen de nauia Tyria. Witteb. 1714. Sam. Aug. Iunghans de terra Ophir. Lips. 1737. Anton. Iulii von der Hardt quod regio Ophir, quorsum Salomo classem misit, sit Phrygia. Helmstad. 1746. De *America* detecta nauigationibusque Europaeorum in Americam conferantur: *Nouus orbis*¹⁰ regionum ac insularum veteribus incogni-

¹⁰ Quae hoc libro continentur scripta, recensentur in Struuii Bibl. historica Volum. 1. pag. 225. edit. Buderianae.

cognitarum. Basileae 1572. fol. et Parisiis e. a. Alia collectio libellorum similis argumenti, quae sub eodem *noui orbis*¹¹ titulo euulgata est Roterdami 1616. 8. Francisci Lopez Historia generalis indiae occidentalis, quae hispanice euulgata est Caesaraugustae 1553. fol. et gallice versa prodiit Parisiis 1606. 8. Petri Martyris de orbe nouo Decades VIII. Compluti 1530. fol. et Coloniae 1574. 8. Hieronymi Benzeli Historia noui mundi, italice edita Venetiis 1572. 8. latine deinde versa ab Urbano Caluero. Geneuae 1578. 8. tum additis nouis figuris sub titulo: Noui orbis historiae rerum ab Hispanis in India occidentali gestarum partes 13. Francof. 1595 et sqq. recusa. Ioan. Lerii historia nauigationis in Brasiliam, gallice scripta, et deinde latine versa. Basil. 1587 et 1688. 8. De *Venetorum* commerciis, quibus ante duo saecula floruerunt et opibus vide Journal des Savans 1719. pag. 135 sqq. et librum gallicum, *Essai de l'histoire du commerce de Venise*. Parisiis 1729. 12. De Germanorum veterum nauigatione agit Cluuerus lib. 1. Germaniae antiquae cap. 18. pag. 133 sqq. Recentiorum genus et amplitudo patet ex libello, cui titulus: *Memoires sur le commerce des Hollandois dans tous les etats et empires du monde*. Amstelod. 1717. 12. Sam. Ricardi *Traité general du commerce de Hollande*, cuius quinta editio prodiit Amstelod. 1732. 4. et Paulli Iac. Marperi variis scriptis germanice editis.

IX. De numis veteribus monetaeque variis generibus, materia, pretio etc. quamplurimos scriptores recensent, Carolus Patinus in historia numismatum cap. 24. Phil. Labbeus in *Bibl. numaria*, Rudolphus Capellus *ὁ μακαρίτης* in *Numophylacio Luderiano*, Burchardus Gothelf Struuius in *bibliotheca numismatum antiquorum*, edita Ienae 1693. 12. Anselmi Bandurii *bibliotheca numaria*, adiuncta eius *Numismatibus Imperatorum Romanorum*. Parisiis 1718. fol. quam ob argumenti praestantiam seorsim cum notis, auctario et indicibus excudendam curavi Hamb. 1719. 4. et Franc. Ern. Bruckmanni *bibliotheca numismatica*. Guelpherbyti 1729. 8. cuius supplementorum specimen primum in lucem emissum est ib. 1732. 8. Fas itaque fuerit praesenti loco praecipuos quosdam tantummodo indicasse, vel praeter ceteris notandos, vel a viris istis praestantissimis omissos. *Iusti Lipsii* de re numaria breuiarium postumum cura Ioan. Rhodii lucem vidit Patauii 1648. 8. In illo potissimum de varietate in materia numorum differitur, et post pauca de luteo, scorreo, ferreo et plumbeo numo dicta, tractatur de aerei, argentei et aurei varietate, numeratione et pretio. De vsu et praestantia nu-

¹¹ Hoc libro exhibentur *Columbi*, *Pinzoni*, *Vesputii*, *Martyris*, *Herborni* narrationes.

numismatum pulcherrimi sunt Dialogi XI. *Antonii Augustini*, hispanice primum scripti et italice nouissime récusi Romae 1736. fol. quibus in latina versione Andreae Schotti et in Hetrusca Octauiani Sadae duodecimus dialogus accessit. Omnium etiam laudibus merito efferuntur illustris Viri *Ezech. Spanhemii*, de vsu et praestantia numismatum praeclarae dissertationes, quarum editionis tertiae luculentissimae et prioribus ¹² Romana 1664. atque Amstelodamensi 1661. 4. longe lucupletioris Vol. primum lucem vidit Londini 1705. ¹³ fol. alterum post fata Auctoris, Londini A. 1710. aetatis 81. denati, curante Isaaco Verburgio prodiit ¹⁴ Amstelodami 1717. fol. Eiusdem Spanhemii epistolae de numis quibusdam subiectae sunt editioni Lipsiensi speciminis vniuersae rei numariae antiquae, quod litteratorum reipublicae proposuit *Andreas Morellus*, ¹⁵ Heluetius Lipsi. 1695. 8. Idem vir doctissimus cum magna rei litterariae iactura anno 1703. Arnstadii die decimo Aprilis denatus, parauerat opus ingens atque praestantissimum, in quod ordine digesta, eleganter in aes incisa, et succincte explicata coniecere voluit numismata omnia vetera cuiuscunque generis haecenus cognita: quem in finem non tantum libros in hoc genere editos, magno studio euoluit atque inquisiuit, sed et numophylacia et gazas regum principumque Europae perreptaui, et plures an-

¹² Dicuntur Spanhemius et Marqu. Gudius doctissimi ambo et antiquitatis peritissimi Romae eodem tempore versantes de praerogatiua inscriptionibus an numis praeferenda inter se contendisse, et Spanhemius quidem ex numis, Gudius vero ex inscriptionibus antiquis plurimum utilitatis ad illustrandum omne genus litterarum capi posse asseuerasse. Hinc Spanhemium sententiae suae probandae causa opus istud elucubrasset, Gudius inscriptionibus antiquis illustrandis intento, sed priusquam absolueret, fati intercepto, cuius tamen ipsius ampla veterum inscriptionum συλλογή, post observationes eius in opus Gruterianum prodiit Leouardiae 1732. fol. Vtrisque, numis et inscriptionibus praefendus quandoque scriptorum consensus, vbi in illis ignorantia vel negligentia artificum peccat, vel adulatio eorum qui numos cudi aut inscriptiones fieri curarunt, res principum in maius extollit. Itaque et Bandurius tom. 1. pag. 60. non multis adeo tribuit numis vbi a scriptoribus dissentiant, *maxime*, inquit, *si quid in illis reperias, quod ad adulationem principis pertineat*. De vsu operum sculptorum, statuarum, inscriptionumque veterum erudite commentatur, numismatibusque eum praeferre non dubitat Scipio Maffei in notitia musei inscriptionum Veronensis, italice edita ad calcem notitiae scriptorum veterum Graecorum et Latinorum italice verforum. Venetiis 1720. 8. Eandem sententiam tuetur Isaac. Vossius in epistola ad Nicol. Heinsium data A. 1647. tom. 3. sylloges Burmannianae pag. 568. *Nilil me aeque afficit, quam quod inscriptionum antiquarum studio tenearis. Multum ego illis delector, quoniam maior mihi earum vsus videtur quam numorum, licet istis plus debeant oculi.* Idem repetit pag. 570.

¹³ A. E. 1707. pag. 49.

¹⁴ A. E. 1717. pag. 289.

¹⁵ Iniquissima est de Morello censura Iac. Gronouii pag. 855. ad Herodotum.

annos in illis (regis Galliae praecipue) infumfit, rei antiquariae non minus quam pingendi pulchre et caelandi peritus. Testatus est Morellus in laudato specimine iam se collegisse numos vices quinquies mille, a quo tempore plures adhuc, qua fuit diligentia, eum indagasse non est dubitandum. Hoc ipsum opus sub indice thesauri Morelliani, commentario perpetuo illustratum edidit Sigebertus Hauercampus, Amstelod. 1734. fol. Voll. II. Eleganter quoque vsum numismatum antiquorum edisseruit *Iosephus Addisonus* in dialogis quibusdam, qui exstant operum eius anglice Londini 1726. 8. editorum Vol. tertio pag. 9 sqq. et germanice versi cura Georgii Wilh. Pözingeri prodiere Baruthi 1740. 8. Cui iungatur *Ludouici de Biel* (Erasmi Fröelich) libellus, qui inscribitur: *Vtilitas rei numariae veteris compendio propositae*. Viennae 1733. 8. et *Petri Vlamingii* oratio de vfu et praestantia studii numarii habita 1702. et excusa Amstelod. 1737. 4. De vfu numerum veterum in studio theologico dissertationes *Valentini Ernesti Loescheri* exstant in eiusdem Stromateo academico pag. 153 sqq. De vfu eorundem in interpretando S. Codice videatur *Aegidii Lacarry* prolusio in eiusdem historia romana per numismata illustrata pag. 217 sqq. *Gottl. Erdm. Zeibichii* specimen obseruationum in N. T. ex numismatis antiquis. Witteb. 1743. ac obseruationes sacrae ex numis antiquis. ibid. 1745. Vsum numismatum in iurisprudencia enarrauit *Ioan. Gottl. Heineccius* in praefatione praemissa N. H. Gundlingii exercitationibus academicis. Halae 1736. 4. De numis philosophiae interpretibus vide *Io. Frid. Bertrami* meletemata litteraria pag. 237 sqq. De numerum veterum cognitione cum historia iungenda orationem edidit *Ioannes Oliua*, Venetiis 1717. 8. quam *Ioan. Erh. Kappius* recudendam curauit in orationibus selectis clarissimorum Virorum, parte 1. pag. 554. Lipsi. 1722. 8. De numerum veterum in illustranda Imperatorum Romanorum historia vfu programma euulgauit *Ioan. Henr. Meibomius* 1684. De eorum vero in historia Germaniae antiqua *Wolf Balthaf. a Steinwehr*. Francof. ad Viad. 1742. Qui compendio nobilissimam hanc eruditionis partem degustare voluerint, eis praeter *Caroli Patini* historiam numismatum italica, gallica et latina lingua editam, praeter eruditam *Euchenii Gottl. Rinckii* lucubrationem, quam nomine suo praeterito edidit Lipsiae 1701. 4. de veteris numismatis potentia et qualitate, commendandus libellus gallice vulgatus Paris. 1693. 12. et nouissime recusus ibid. 1739. duobus tomis in forma octopartita, sub titulo *la science des Medailles*, auctore, qui nomen suum suppressit *P. Joberto*, Iesuita. Eundem libellum latine recuderunt Lipsienses 1695. et 1718. 8. interprete Christiano Iunckero, vide *Acta Erud. A.* 1694. pag. 215 sq. et 1695. pag. 442. Germanice versus liber iste excusus est Norimbergae 1718 et 1738. 8. Op-

portuna etiam sunt quae tradit Rev. *Ioan. Christoph. Olearius* in Specimine vniuersae rei numariae scientificae tradendae Ienae 1698. 8. et in libro germanice edito: *Curiöse Münzenwissenschaft* ibid. 1701. 8. in quo etiam nonnulli scriptores de variis argumentis indicantur, quemadmodum et a clarissimo amico nostro *Io. Georgio Walchio* praefat. ad Bartholomaei Beuerini libellum de ponderibus et mensuris, in qua simul sciagraphiam scribendae historiae numismaticae proposuit. Notari quoque meretur *Georgii Vionneti* museum numarium, carmen, siue notitia rei numariae veteris; quod recensuit praefatusque est *Iul. Car. Schlaeger*. Helmstadii 1744. 4. et *Henr. Ioan. Bytemeisteri* delineatio rei numismaticae antiquae et recentioris, cuius editio tertia Argent. 1744. 8. prodiit. Nec praetereundi duo libelli vulgati itidem germanice, *das geöffnete Münzabinet*, et *Ioan. Groeningii* historia numismatum critica, qui nouissime in collectione Schilleriana sub titulo *der geöffnete Ritterplatz* prodierunt, in quibus praecipue de recentioribus numismatibus memorabilia quaedam, et numophylaciorum hodie celebrium notitia succincte exponitur. Habes etiam in iisdem expositionem praecipuarum siglarum siue compendiorum scripturae quae in numis occurrunt, eorumque lustratores morantur, tam Latinarum, quam Graecarum, Latinarum quidem depromptam ex *Patino*, Graecarum vero ex *Ioannis Valentis* (*Jean Foy Vaillant*) numismatibus imperatorum, a populis romanae ditionis graece loquentibus percussis Amstel. 1700. fol. Praeclara quaedam de veterum numis collectanea occurrunt in *Francisci Iunii* libro 2. de pictura Veterum cap. 8. pag. 110 sq. De origine pecuniae variisque eius speciebus eleganter accurateque differit *Ioan. Georg. Wachterus* in *archaeologia numaria*. Lips. 1740. 4. cui adde *Christiani Crusii* commentarium de originibus pecuniae a pecore ante numum signatum. Petropoli 1748. 8. Ut vero *pecunia* a pecore apud Latinos, ita Graecis pleraque vocabula in commerciorum pensione vsitata sunt repetita a pecudibus, quemadmodum *Eustathius* notat ad *Odyseam*; adde *Mezeriacum* ad *Ouid. II.* pag. 317. Quadringentos amplius numos, quos *Patauinos* a loco appellant, ab *Italo falsario*¹⁶ suppositos se collegisse et in lucem editurum restatur *Ioan. Carolus Schottus* in noua explicatione apotheoseos *Homeri* pag. 33. De numis monetariorum veterum culpa vitiosis conferatur *Erasmii Froelichii* dissertatio, quae quarta est inter eius *IV.* tentamina in re numaria vetere, p. 361 sqq. cui iunge *Geinozii Abbatis* obseruationes de numis veteribus suppositis, quae exhibetur tom. 6. historiae academiae inscriptionum pag. 410 sqq. De arte numos veteres genuinos a spuris discernendi exstat *Beauuaisii* liber gallice edi-

¹⁶ *Plinius H. N. XXXIII. 9.* Mirum in hac artium sola vitia discuntur, et falsi denarii spectatur exemplar, pluribusque veris denariis adulterinus emitur.

editus Parisiis 1739. 4. iunctus deinde eiusdem auctoris libro gallice edito: *Traité des Finances et de la fausse Monnoye des Romains*. Parisiis 1740. 8.

X. De numis sacris, siue de valore et pretio monetæ varii generis cuius mentio fit in sacris litteris tum veteris tum noui Testamenti agunt *Arias Montanus* in *Tubal-Cain*, tomo 6. *Criticorum Anglorum* edit. Francofurt. *Caspar Waserus* de numis et mensuris Ebraeorum, et aliorum Orientalium, Tiguri 1605. 4. Heidelberg. 1610. 4. et in eodem criticorum sacrorum tomo, in quo etiam occurrit *Ed. Breverwoodi* libellus de ponderibus et pretiis veterum numorum, ex editione Lond. 1614. 4. quemadmodum in tomo septimo *Marquardi Freheri* de numismate census. Matthæi XXII. 19. ¹⁷ dissertatio edita pridem Heidelbergae 1599. 4. His addi possunt *Henr. Buntingius* de monetis et mensuris sacrae scripturae, Helmstad. 1583. 4. *Henricus Guntherus Thulemarius* de variis siclis et talentis Hebraeorum, Francof. 1676. 12. Libellus *Stanislai Grsepsii* de multiplici siclo et talento hebraico. Antw. 1568. 8. et fasciculo II. opusculor. ad histor. ac philolog. sacram spectantium, pag. 302 sqq. *Io. Conr. Dietericus* in antiquitatibus biblicis V. T. p. 726 sq. *Georg. Wolfgang. Wedelius* centur. 2. decad. 1. dissert. medicophilolog. 7. quae est de numis Noui Testam. *Villalpandus* ad Ezechielem, tom. 3. pag. 180 et 383 sq. et tom 2. p. 23. *Io. Leusdenius* in philologo hebraeo mixto diss. 28 sq. et ad calcem *Onomastici sacri*, *Io. Harduinus* in chronologia Vet. Test. p. 603 sq. *Operum selector.* *Brianus Waltonus* et *Bernhardus Lamy* in apparatu ad S. Scripturam, *Eduardus Bernhardus* libro de mensuris ac ponderibus. Oxon. 1688. 8. *Humfredus Prideaux* praefatione ad historiae Vet. Test. illustratae partem primam. *Villalpandus* tomo tertio ad Ezechielem pag. 80 et p. 383. De numis Orientalium, Iudaeorum maxime et Muhamedanorum, diatribam edidit *Io. Henr. Hottingerus*, ad calcem libri de cippis hebraicis. Heidelberg. 1659. 12. 1662. 8. idem p. 114 sq. Bibliothecarii quadripartiti nonnullos recenset numos hebraicos et arabicos. De *Hebraicis* videnda *Iulii Bartoloccii* *Bibl. Rabbinica* tomo 4. pag. 158 sq. *Salomo Deylingius* de re numaria Hebraeorum, parte tertia obseruat. sacrar. pag. 222 sqq. *Ioan. Christi. Klemmii* libellus de numis Hebraeorum. Tubingae 1730. 4. *Io. Andr. Schmidii* dissertatio de re monetali Hebraeorum. Helmstadii 1699. 4. *Erasmus Froelich* in prolegomenis ad annales regum Syriae, part. 5. pag. 74 sqq. vbi de numis Hebraeorum. *Ioan. Gottl. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 687. *Claudius Bouteroe* in obseruationibus in rem monetariam gallice editis Paris. 1666. fol.

et

¹⁷ Confer Freheri *parerga* III. 10. *Waserum* de numis Hebr. II. 16. *Lipsii* *admira*nda II. 3. *Thom. Crenii* *animaduers.* part. 2. p. 196 sq. etc. 790.

et I. B. Keldermannus in dissertat. de origine atque usu numorum apud Hebraeos. Ultrai. 1750. *Herm. von der Hardt* numi et pondera Hebraeorum ex Graecia. Helmstadii 1727. 8. Sigillatim de *ficlis* videantur *Mosis Maimonidis* constitutiones cum versione et notis Ioan. Esgers. Lugd. Bat. 1718. ¹⁸ 4. *Ioan. Pastritius* de ficlis et numis Iudaeorum. Romae 1700. *Andraeae Beyeri* libellus, qui inscribitur *ficlus sacer* et *regius appensus* et *ostensus*. Lipsi. 1667. 12. *Melanchthonis* carmen ad Ioan. Aepinum de ficlo, quod obuium est in Ioan. Henr. a Seelen *philocalia epistolica*, pag. 13. et dissertationes *Gustavi Peringeri*. Vpsal. 1692. 8. et *I. C. Iselii*. Basileae 1709. et *Ioan. Conr. Keysleri* oratio de dimidio ficlo argenteo siue lytro animarum Israel. Bremae 1704. Siclos exhibent *Scheuchzerus* *physicae sacrae* tab. LXXXI. *Kircherus* tomo 2. *Oedipi* part. 1. p. 98 sq. *Waltonus* in apparatu ad *Biblia Polyglotta*, *Villalpandus* in apparatu ad templum *Ezechielis* tom. 3. pag. 380. *Waserus* II. 3 sq. de numis Hebraeorum. *Ezech. Spanhemius* de usu numismatum tom. 1. p. 167. *Ioan. Leusdenius* in *philologo hebraeo mixto* dissertat. 28. et alii. In *Iacobi Goeree* introductione ad sapientiam biblicam P. 1. pag. 82. exhibentur quoque ficli, sed ex *Villalpando* atque *Kirchero* infeliciter explicantur. Vide *Iacobi Rhenferdi* opera philologica pag. 49. et *Surenhusium* ad *Misnam Schekalim* I. 1. pag. 177. De *Kesita* Hebraeorum interpretes ad *Gen. XXXIII. 19.* *Ios. XXIV. 32.* et *Job. XLII. 11.* *Oligeri Nicolaidae* diss. Hafniae 1691. qui non agnum nec margaritam, sed numi genus aurei vel argentei intelligit. Eandem sententiam tuentur *Bochartus Hierozoic. P. 1.* pag. 433. *Waserus* lib. cit. *Schultensius* commentar. in *Iobum*, *Carpzouius* ad *Goodwinum* pag. 689. a. aliique. Dissentiunt vero *Hottingerus* lib. cit. pag. 110. *Adrianus Cattenburgh* *syntagm. sapientiae Mosaicae* lib. 5. c. 5. §. 6. p. 286. et *I. G. Wachterus* *archaeol. numar.* pag. 10. Ex eo quod *Abimelech* *Abrahami* coniugi dedit mille *Keseph*, (LXX. *διδραχμα*) *Gen. XX. 14.* colligit etiam *Begerus* tom. 1. thesauri *Brandenburg.* pag. 282. iam *Abrahae* temporibus usum numismatum obtinuisse. Contrarium ostendit *Wachterus* lib. cit. p. 20. *Abrahamum* non pecunia, nec moneta publica, sed argento librae appenso agrum esse mercatum docens. *Hermannus* vero *Conringius* *Helmstadii* A. 1675. 4. edidit *paradoxa* de numis Hebraeorum, in quibus contendit siclos omnes olim fuisse argenteos, tum nullum numum hebraeum, qui refert hominis imaginem, esse genuinum, characteres porro *Assyriacos* siue *Samaritanos* non fuisse olim Hebraeis ad ciuilia negotia

¹⁸ In quibusdam exemplaribus titulus praefert A. 1727.

gotia vſurpatos, nec ante captiuitatem Babylonicam ¹⁹ numos ſignatos fuiſſe in vſu: itaque nullum numum ſamariticis aut hebraicis litteris inſcriptum qui ex illa aetate iactetur eſſe bonae notae, aut multum vetuſtum ²⁰, nec poſſe certis argumentis demonſtrari, numos ſamariticis characteribus inſcriptos captiuitate babylonica antiquiores eſſe, ſed omnes Haſmonaeorum ſiue Maccabaeorum et Herodum aetate cuſos videri, neque olim in vſu fuiſſe ſiclum alium ſacrum ²¹ alium profanum, nec fidem denique mereri quae in iam dicto de cippis Hebraeorum Hottingeri libro leguntur. Haec Conringii paradoxa recuſa ſunt in faſciculo ſecundo opuſculorum, quae ad hiftoriam et philologiam ſacram ſpectant Lugd. Bat. 1695. 8. Otto autem Sperlingius V. C. libro de numis non cuſis inter alia quidem cum Conringio probat apud Iudaeos ante captiuitatem babylonicam nullum ſignati aeris vſum valuiſſe, quod ex Gen. XXIII. 16. I Chron. XXI. 25. et Ierem. XXXII. 9. confirmat etiam Adrianus Relandus ²² diſſ. I. de numis Samaritanis pag. 7. et aduerſus Fortunatum Schacehum II. 3. Myrothec. tuetur pag. 49 ſq. ſed et poſt captiuitatem, noſtrique ſeruatoris Chriſti tempore contendit rude tantum et informe argentum forſice diſſectum ac libra appenſum monetae locum tenuiſſe, itaque ſiclos omnes recens eſſe ſuppoſitos. Quanquam numos cuſos fuiſſe a Iudaeis non ſinit nos dubitare locus I. Maccab. XV. 5. 6. vbi Antiochus Demetrii filius Syriae rex cum aliis immunitatibus Simoni Pontifici Maximo permittit ποιῆσαι νόμισμα ἴδιον νόμισμα τῆ ἡρώδα αὐτοῦ Vocabula μνα, δραχμή

¹⁹ Aliud videtur Scaccho quem vide ſis II. 3. Myrothec. ſed Conringii ſententiam qui ſiclos pondus argenti, non ſignatos numos fuiſſe contendit, tuetur V. C. Adr. Relandus diſſ. I. de numis Samaritan. p. 49 ſq. Vide etiam ſis Rev. D. Salomonis Deylingii obſervationum ſacrarum partem 3. p. 176 ſq.

²⁰ In eandem ſententiam vide quae diſputantur a Iacobo Baſnagio auctore diſſertationis gallicae ſur l'antiquité de la Monnoye et des Medailles des Juifs, et ſur la preference des Caracteres Samaritains aux Hebreux in Baſnagii Bellouellii hiftoria operum eruditorum A. 1709. pag. 32. Contrariam ſententiam defendit Soucietus in diſſertationibus gallice editis pag. 70.

²¹ De ſiclo ſanctuarii adde quae Io. Clericus et alii interpretes ad Exod. XXX. 13. Io. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, Norimb. 1680. 4. Buxtorfius Lex. Talmud. pag. 2032. 2068. 2449 ſq. 2524. Andreas Beyerus in libello paullo ante citato. Herm. von der Hardt libello paullo ante citato de numis et ponder. Hebr. ex Graecia. Io. Meyerus ad Clafingii διόριστον de vnctione ſacra pag. 8. vbi eorum accedit ſententiae, qui duplicem exſtitiffe ſiclum ſacrum alterum ſ. Sanctuarii, alterum communem affirmant, contra quos verioſorem ſententiam defendit Clafingius in vindiciis extortis pag. 38.

²² Relandi argumenta ſtrictim recenſet Wachterus Archaeol. numar. pag. 23.

δραχμῆ et ἰβόλῶς hebraicae esse originis notat Iacobus Duportus ad Theophrasti characteres p. 324. Idem Sperlingius contra Conringium docet Iudaeos etiam auri vsu habuisse monetae loco. Ceterum *Wagenfeilius* in commentario ad tractatum Sota p. 275. contendit nullam amplius existare verae antiquitatis Hebraeorum monetam, et post nonnulla interiecta, multis oppugnat numos referentes imaginem Abrahami, Mosis, Dauidis et Salvatoris nostri. De numismate census, quod Romanis pendere iuebantur Iudaei, consulendi sunt interpretes ad Matth.⁺XVII. 24. 27. *Casp. Waserus* II. 6. et 20. *Lipsius* II. 3. admirand. *Marquardi Freheri* Parerga III. 10. et dissertatio paullo ante laudata. *Ioan. Seldenus* de iure naturae et gentium II. 8. pag. 221. et VI. 17. *Ioan. Harduinus* opp. select. pag. 625. 629. *Thomas Crenius* animaduers. philolog. lib. 2. pag. 196 sqq. *Ioan. Gottl. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 690. *Seb. Schmidius* fascic. disp. pag. 796. *Ioan. Reinh. Rufius* Harm. Euang. II. 822. *Ioan. Nicol. Schulini* dissertatio Witteb. 1685. 4. *Ioan. Laurent. Moshemii* dissertatio Helmstadii 1725. *Claud. Salmasius* contra Miltonum pag. 269 sq. 275 sqq. Idem in funere hellenistico pag. 55. *Simulacra omnis generis quum abominarentur Iudaei, monetam tamen graecanicam Romanamque Deorum imaginibus figuratam recipiebant, atque dabant. At in templo ne Caesarum quidem tum Dominorum suorum imagines admisissent.* De numis hebraicis *Mojen cornutum* referentibus existat peculiaris dissertatio I. B. Carpzouii. De numis *Iesu Christi* agit praeter alios Io. Reiskius in libro de Iesu Christi imaginibus. *Wagenfeilius* ad Mishnam Sota pag. 238 sq. edit. Surenhus. et Ioan. Dav. Koelerus tom. 6. historiar. e numis deliciarum p. 353 sqq. De numis Christi confer praeterea Cangium §. 28. de numismatibus imperii romani, et Antonium Augustinum dialogo primo de numismatibus §. 9. Raphael quoque Auellinus italica lingua scripsit breuem declarationem numismatis hebraici²³ vt ipse quidem putat antiquissimi *Dauidis* et *Abrahami*, editam sub nomine angeli Gabrielis Anguisciolae: vide Bartoloccium in bibliotheca Rabbinica tomo 4. pag. 164. et Imbonatum in bibliotheca ebraeo-latina pag. 212 sq. et 306. De numis quos de Iudaea capta vel de rebus iudaicis percussere Romani, consulendus Ezech. Spanhemius de vsu numismat. pag. 326. et Carolus Patinus ad Suetonii Vespasianum et Titum. et Petrus Zornius opusc. sacr. tom. 1. pag. 37. De numis *cabalisticis*, amuletis etc. Vide Kircherum tomo 2. Oedipi parte 2. p. 475. 465. 480. et Sig. Iac. Baumgartenium fascic. 1. consiliorum theologorum (theologische Gutachten)

²³ Dichiaratione della hebraica Medaglia detta Maghen David et Abraham, di D. Angelo Gabriele Anguissola. Mediolan. 1617. fol. Dixi de numis illis suppositiis etiam nuper in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti.

adyten) pag. 95 sqq. Numos *samaritanos* exhibet idem Kircherus tomo 2. Oedipi parte 1. pag. 88 sq. et 100 sq. Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis, Ioan. Morinus exercitatione secunda samaritana cap. 10. Steph. Morinus in exercitationibus de lingua primaeva. D. Val. Ernestus Loescherus de causis Ebr. linguae pag. 201. Vide etiam sis Cornelii Dieterici Koch dissertationem de numorum Hebraicorum inscriptionibus samaritanis, Helmstadii editam A. 1712. Ioan. Harduinum ad Plinium tom. 1. pag. 432 sq. edit. in fol. Eiusdem Harduini epistolam de tribus Toinardi numis samaritanis; apud I. Clericum tomo 21. bibliothecae vniuersalis parte 2. p. 131 sq. Basnagium Bellouallium hist. operum eruditorum Febr. 1692. pag. 269 sq. Iac. Basnagii dissertationem de numis et characteribus samaritanis et moneta veteri Iudaeorum in eadem historia operum eruditorum Ianuar 1709. Eiusdem Basnagii historiam Iudaeorum gallice editam tom. 6. pag. 411 sqq. Hadriani Relandi dissertationes quatuor, itemque vnam Ioan. Baptistae Ottii de numis samaritanis ad Iacobum de Wilde, Amstel. 1702 et 1704. 8. Ioannis item Gagnierii et laudati Relandi epistolas amoebaeas in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1643. et Nouembri pag. 1997. et in Iac. Bernardi nouellis reipubl. litterariae A. 1705. 1. pag. 653. et II. 145 sq. Epitomen epistolae Guelpherbyto ad Relandum transmissae de numis Iudaeorum qui characterem samaritano sunt insigniti, quae legitur in historia critica reipublicae litterariae tom. 2. pag. 65 sqq. Nicolai Toinardi opus de numis samaritanis sperare quidem iussit Clarissimus Montfauconus in palaeographia graeca pag. 119. 124. sed spem concitatam, aliis forte negotiis impeditus, non impleuit. Ceterum samariticos numos plerosque recentiores aut dubiae admodum vetustatis videri, Ezech. Spanhemii iudicium est dissert. 2. de vsu numismatum pag. 67. edit. Amst. Recte tamen alibi illos minus dubiae vetustatis ac fidei fatetur qui post captiuitatem babylonicam cusi extant tum argentei tum aerei maxime, quorum aliquos ibidem profert atque illustrat p. 66. edit. Londinensis. Explicatio duorum numorum Samariticorum Simonis Maccabaei, Ioanne Harduino auctore exstat in memoriis Treuoltinis A. 1712. pag. 841. De iisdem numis leguntur obseruationes Nicolai Henrionis in historia academ. inscriptionum tom. 2. pag. 65. De numis quibusdam Samaritanis et Phoeniciis, vel insolitam litteraturam prae se ferentibus vel in lucem haecenus non editis Ioannis Swintonii dissertatio adiecta est eius inscriptionibus Citieis. Oxonii 1750. 4.

Obiter in dissert. 1. de numis samaritanis doctissimus Relandus pag. 24. agit etiam de numis *punicis*, quod argumentum tangunt praeterea Antonius Augustinus dialogo VI. Ezech. Spanhemius diff. 2. Bernardus Aldrete libro 2.

antiquitatum Hispaniae et Africae, idiomate hispanico expositarum: sed accuratius Iac. Rhenferdus in periculo Phoenicio siue litteraturae Phoeniciae specimine, pag. 732 sqq. Oper. Philolog. atque in epistolis de numis Phoeniciis nobilissimi Barii, quarum argumentum exponit Io. Clericus tomo II. Bibl. selectae pag. 105 sq. Maximus numerus Punicorum numerus tabulis vna et quinquaginta, sed qui explicari et illustrari ab Rhenferdio aliquo desiderant, aere descriptus latet in libro non vbiuis obuio atque hispanice edito Caesaraugustae A. 1644. 4. hoc titulo: *Museo de las metallas desconocidas Espannolas* ²⁴, publica Io. D. Vincentio Ioan. de Lastanosa, Sennor de Figarvelas, i lo dedica al Excellentissimo Sennor D. Bernardino Fernandez de Belasco, Condestable de Castilla y Leon. Vide et numos Punicos in Andreae Morelli specimine rei numariae pag. 236. 246. et Begeri thesauro Brandenburg. tomo I. pag. 302. et Gisberti Cuperi exerc. secundam de elephantis in numis pag. 166. tom. 3. thesauri Sallengriani. Tentamen numos veteres Carthaginienes explicandi germanice edidit Ioan. Mich. Weinrichius. Meiningae 1722. 4.

Numismatis e purissimo auro cusi a rege *Persarum* Dario meminit Herodotus IV. 166. vbi addit Aryandem Aegypti Praetorem similiter ex purissimo argento numos cudi curasse. Daricos vocat Plutarchus Artaxerxe, qui pag. 1021. et in Agesilao pag. 604. testatur numos Persicos sagittarii imagine signatos fuisse. Confer de *Daricis* Scholiasten Aristophanis Vesp. pag. 93. Zonaram lib. 10. cap. 36. Conringium lib. cit. cap. 4. Gronouium de pecunia vetere III. 7. Eifenschmidium de ponderibus et mensuris pag. 142. De siclis Persicis, de quibus Waserus lib. 2. cap. 12. intelligendus locus 2 Samuel. XIV. 26. Hi octo tantum obolorum Articorum erant, ita vt totum pondus capillorum Absolonis fuerit vnciarum 31. vt notat Relandus parte 2. diff. miscell. pag. 237. quanquam alii verba sacri scriptoris non de pondere sed pretio comarum malunt accipere, quod refellit Bochartus tom. I. pag. 884.

Arabicorum numerorum magnum numerum collegerat Carolus Cato Curtius, quem laudat Andreas Morellus in specimine rei numariae pag. 232. vbi exhibet numum Salahoddini, qui Hierosolymam Christianis eripuit A. C. 1177. De aliis quibusdam vide Hottingerum ad calcem libri de cippis hebraicis et pag. 115. Bibliothecarii quadripartiti, atque Rud. Capellum nostrum τὸν

μακρο-

²⁴ Gustauus Peringerus in Ecloga, siue catalogo librorum Sparwenfeldii pag. 45. testatur ab hoc viro insigni illatos numos eiusmodi triginta bibliothecae regis Sueciae, felicisque posse explicari ex linguae scripturaeque Runicae penetralibus. Adde pag. 60, vbi catalogus librorum Lastanosae memoratur.

μακαρίτην in rarioribus Beccelerianis. Statum monarchiae Asiaticosaraceni-
cae, qualis VIII et IX. post C. N. saeculo fuit, ex numis argenteis, prisca
Arabum scriptura Kufica, a monarchis Arabicis, Almanfor, Harun Raschid,
Almamon aliisque in metropolibus Chaldaeae, Persiae Transoxanaeque cufis, et
in littore maris Balthici prope Gedanum effossis, singulari libello illustravit
Georg. Jac. Kehr. Lips. 1724. 4. Idem Vir doctus Monarchae Mogolo-
Indici, vel Mogolis Magni *Aurenk Szeb* numisma argenteum quinquelibrum in
renouationem clientelarum vrbs imperatoriae Dschihanadab signatum, e Ga-
zophylacio Gothano recensuit et illustravit. Lipsiae 1725. 4. De numo
Arabico Constantini Pogonati, litteris Cuficis scripto, dissertatio V. C. Ha-
driani Relandi prodiit Amstelod. 1705. 8. Henrici Scholzii descriptio numi
Saraceni A. 1712. prope Slesuicum reperti existat in A. E. 1732. p. 415 sqq.
Per *solidos barbarinos* intelligi numos Arabicos notauit Sirmundus ad God-
fridum Vindocinensem tomo 21. Bibl. Patrum, edit. Lugd. pag. 95. De
numis Arabicis aliisque hodie per orientem vsitatis consulendi scriptores iti-
nerariorum, inter quos Ioan. Baptist. Tauernerus de numis in Asia hodie
receptis diligenter egit post partem itinerarii sui secundam; quemadmodum
de numis in Africa, vt videtur, cufis Shawius itineris sui tom. 2. pag. 155.
Hagae Comit. 1743. 4. Praecipue vero votis eruditorum exposcitur illustris
Io. Sigismundi ab Haunolt, Senatoris ultra annos quinquaginta²⁵ ac praesidis
Reip. Vratislaviensis theatrum monetarium orientale, in quo veteres et re-
centes exponendos suscepit numos: cuius edendi spem olim fecit B. Andreas
Acoluthus in Specimine Alcorani p. 6. quodque Bibliothecam Elisabethanam
Vratislaviensem hodie ornat.

XI. Graeca numismata Alexandri temporibus antiquiora²⁶ extant
Amyntae regis Macedonum, Phidonis regis Argiui (de quo consulatur Wach-
terus Archaeolog. numar. cap. quinto integro) aliaque vt aduersus Iac. Basna-
gium obseruat V. C. Mat. Veissierius la Crose in libro gallice edito A. 1711.
entretiens sur diuers sujets d'histoire etc. pag. 183. Ex scriptoribus vero
qui numos Graecos magno numero exhibent atque illustrant, memorandus
inprimis Hubertus Goltzius in thesauro rei antiquariae: et in Sicilia ac ma-
gna Graecia siue libris IV. historiae vrbiū et populorum Graeciae ex anti-
quis numismatibus restituae 1576. fol. Lud. Nonnius in commentario ad

²⁵ Vide Acta Eruditor. tom. 5. supplementi pag. 180 sq.

²⁶ Vide tamen histoire des ouyrages des Savans A. 1799. pag. 51 sq.

Goltzii Graeciam, insulas et Asiam minorem Antw. 1644. fol. Io. Georgii Volckameri rara magnae Graeciae numismata, Noriberg. 1683. fol. Clariss. Turnemini dissertatio de numis insularium in Archipelago, inserta memoriis Treuoltinis A. 1706. p. 1344 sq. Nicol. Franciscus Haymius P. 1. thesauri Britannici italice editi Londini 1719. 4. Chrysofostomus Hanthalerus in exercitationibus prooemialibus de numis Graecorum. Norimbergae 1735. 4. et Ioan. Sal. Semler in veteribus numismatibus illustratis, quae leguntur P. 4. supplementor. ad historiam vniuersalem pag. 1 sqq. Magnam etiam lucem numis quamplurimis Graecis afferunt Ezech. Spanhemius in dissertationibus de vsu et praestantia numismatum, Ioan. Harduinus in numis populorum et vrbiū antiquis ²⁷ illustratis Paris 1684. 4. et inter opera selecta Amstelod. 1709. fol. in quibus et chronologia Veteris Testam. ex multis graecis numis lucem accipit et ei vicissim mutuatur. Laurentius Begerus in thesauro Palatino et Brandenburgico, cuius posterioris tertium Volumen prodiit Coloniae Marchicae 1701. fol. tum in spicilegio antiquitatis ibid. 1692. fol. et in observationibus atque coniecturis in numismata quaedam antiqua sparsim in fol. et 4. editis. Ioannes Sison de antiquis et modernis in Insubria monetis Mediolani 1713. fol. Atque de numis graecis ²⁸ imperatorum Romanorum praeclarum opus habemus V. C. Ioannis Vaillant Amst. 1700. fol. Aliud Mediobarbi, a filio Ioan. Antonio Mediobarbo Birago edendum promittitur in memoriis Treuultinis A. 1701. tom. 2. pag. 364. edit Amstelod. De numismatibus Regum Macedoniae dignum est, vt commemoretur, opus quod Tiguri 1738. fol. sub hoc titulo prodiit: Numismata Regum Macedoniae omnia, quae laboribus celeb. Virorum, Crophii, Lazii, Goltzii, Patini, Spanhemii, Haymii, Liebii, etc. ex regiis aliisque Numismatophylaciis haecenus edita, additis ineditis et nondum descriptis tabulis aeneis. Repraesentata digessit, descripsit et notis variorum doctissimorum virorum illustrata edidit Io. Iac. Gesnerus. Praeclaras etiam in numismata omnis generis obseruationes debemus Petro Seguino, Iacobo Oiselio, Gisb. Cupero, Iacobo de Wilde, et Francisco Antonio Comiti de Kheuenhüller, qui Regum veterum numismata anecdota aut

per-

²⁷ Anonymi notae ad primam editionem numorum populorum exstant Vol. 6. observ. misc. in auctores tom. 3. pag. 747.

²⁸ Alios qui historiam Imperatorum e numis tradiderunt, recenset Caspar Sagittarius introductione ad historiam ecclesiasticam pag. 591 sq. De Iacobi de Strada opere MS. tomis XXXI. vide V. C. Salom. Ernesti Cypriani catalogum MSS. bibliothecae Gothanae pag. 83.

perrara notis illustrata edidit Viennae 1752. 4. Historiam Ptolemaeorum Aegypti Regum Regumque Syriae ex numis descriptam dedit idem Ioannes Vaillant, quarum prior Amst. 1701. fol. altera Paris. 1682. 4. prodiit. Eisdem Vaillantio debemus Arfacidarum imperium, siue Regum Parthorum historiam: item Regum Ponti, Bospori et Bithyniae historiam, ad fidem numismatum applicatam, Parisiis 1725. 4. duobus tomis editam. Numos Syriacos, Aegyptiacos, Armenos atque Parthos illustravit quoque idem, quem paullo ante laudauimus, Semlerus lib. cit. parte eadem pag. 107 -- 174. Neque omittendi sunt Erasmi Froelichii annales Regum et rerum Syriae numis veteribus illustrati. Viennae 1744. fol. Praeterimus alios, qui apud Labbeum et Struuium videri possunt. Erizzum vero, Parutam aliosque exigua vel nulla peritia litteraturae graecae instructos ad explicanda Graeca numismata infeliciter accessisse monet Ezech. Spanhemius pag. 307. de vsu numismat. edit. Amst. Sicilia numismatica quam molitus est Ioannes Maria Amati, S. I. vide memorias Treuoltinas A. 1705. p. 1640. et A. 1713. p. 1290. lucem, quod sciamus, non vidit. De talentis Siculis, reque numaria antiquiore Siculorum erudita obseruat Rich. Bentleius in dissert. anglice edita de Phalaridis epistolis, cui iunge Salmasium de modo vsurarum cap. 6. Philippi Parutae numismata Siciliae prodire Panormi 1602. fol. sed plenius opus, rariusque obuium est quod Leonardo Augustino curante lucem vidit hoc titulo: *la Sicilia di Filippo Paruta, descritta con le Medaglie*. Rom. 1649. fol. Philippi Parutae et Leonhardi Augustini Siciliam numismaticam, additis Huberti Goltzii aliorumque Siciliae descriptione et in numismata singula explicationibus, ingenti numero tabularum locupletatam et perpetuo commentario illustratam iunctim recudendam curauit Sigebertus Hauercampus. Lugd. Bat. 1723 fol. quae editio repetita inserta est tom. 6. 7 et 8. thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Vincentii Mirabellae ichnographiae Syracusarum antiquitatum explicatio, vt et numismatum aliquot selectiorum eiusdem Reipublicae liberae et Regum, qui in illa dominati sunt, italice prodierunt Neapoli 1613. fol. tum in volumine secundo Syracusarum antiquarum Iacobi Bonanni, Panormi 1717. fol. denique latine versae et notis illustratae a Sigeberto Hauercampo, et insertae volumini decimo thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Syracusanam quoque monarchiam ex numis illustravit Michael Gottlieb Agnethlerus parte tertia scriptorum illustrandae histor. vniuers. inferuentium pag. 295 sqq. De numismate Damareti, quod Damarete Gelonis vxor cudi curauit, vide Diodor. Siculum XI. p. 256.

XII. De numismatibus Romanorum incredibilis Scriptorum numerus etiam diligentis hominis industriam fatigare possit. Et quam late patuit ipsorum imperium, tam quoque numi ipsorum per omnem fere orbem terrarum valuerunt. Vnde Cosmas Indopleustes I. 2. pag. 148. ἐν τῷ νομισματι Ρωμαίων ἐμπορεύονται πάντα τὰ ἔθνη. Numismata familiarum Romanarum post Fulv. Ursinum, Abr. Gorlaeum et Carolum Patinum, imperatorum quoque post Adolphum Oeconem, Aeneam Vicum, Hub. Goltzium, Io. Tristinum, Franciscum Mediobarbum, Franciscum Angelonium, Sigebertum Hauereampum, Chrysofomum Hanthalerum: nec minus Coloniae numos pulcherrimis commentariis idem Ioan. Vaillant²⁹ illustravit. Neque omittenda regum et imperatorum numismata a Romulo et Iulio Caesare usque ad Iustinianum Augustum ex Cimeliario Caroli Ducis Croyiaci et Arscho-tani cum commentario *Alberti Rubenii* et subiectis ad calcem annotationibus *Laurentii Bege-ri*. Colon. Brandenb. 1700. fol. His iungenda Anselmi Banduri numismata imperatorum Romanorum a Traiano Decio ad Palaeologos Augustos. Parisiis 1718. Voll. 2. fol. Doctissimus quoque Harduinus, licet paradoxorum subinde captator, in numismatibus saeculi Constantini, atque historia Augusta ex numis usque ad Numerianum: inter opera eius selecta Amstel. 1709. fol. Paullus item Pedrusius, de quo *Acta Eruditorum* A. 1713. p. 294. D. Henrionis opus promissum historico-chronologicum, de ratione monetae romanae a primo illius usu usque ad Constantinopolin captam a Turcis, memoratur in *Ephemeridibus litterariis* Paris. A. 1708. II. pag. 405. 596 sq. Numismata imperatorum Constantinopolitanorum exhibet et illustrat Carolus du Fresne in *familiis Byzantinis*. Paris. 1680. fol. et V. C. Anselmus Bandurius in *imperio orientali*, Paris. 1711. fol.

XIII. Sarugus, cuius Genes. XI. 20. mentio, modum cudendi numos aureos et argenteos ostendisse traditur ab Abulpharaio p. 12. Lydos primos aureis et argenteis numis usos esse notat Herodotus lib. I. cap. 94. et superat hodie numisma antiquum Atyos Lydorum Regis, de quo Ezech. Spanhemius dissert. prima de usu numismatum. Sed Herodoto, scriptori ceteroquin fide digno, hac tamen in re fidem haud habendam esse affirmat Wachterus archaeol. numar. p. 30. De Erychthonio, Hermodice vxore Midae, Iono Thessal. rege, Phidone Argiuo numorum inuentoribus apud Graecos, vide Bege-

²⁹ Huius Ioannis Vaillanti filius Ioan. Franciscus Foy Vaillant A. 1708. 17 Nov. defunctus, cuius dissert. de Diis Cabiris extat. Elogium illius vide in memoriis Treuoltinis A. 1709. mense Augusto pag. 1393.

Begerum I. thesauri Brandenb. p. 279 et 282. et II. p. 527. et Wachterum pag. 31 et 33. vbi is ex monumentorum Graecorum collatione patere affirmat primum numum signatum esse a Phidone, alterum a Lycurgo, tertium ab Alyatte. Aerea moneta argenteam praecessit, vnde Argentinus Aesculani filius apud Augustinum IV. de C. D. cap. 21. Latini primum numorum vsum referunt ad tempora Iani, vt praeter alios Theodoro Cantero variar. lect. II. 23. laudatos testatur Paullinus Nolanus carmine aduersus Paganos v, 71.

*Et Ianum geminum veteres dixere Latini,
Hic quia nauigio Ausonias aduenit ad oras
Numus huic primum tali est excusus honore
Vt pars una caput, pars scalperet altera nauem.*

Confer Schottum ad Aurel. Victorem de origine gentis Rom. c. 3. Tertull. c. 10. Apologetici. Numam Pompilium ἀσσάγια siue numos ligneos, coriaceos et testaceos congiarii loco inter populum distribuisse legas in Syncello p. 211. qui p. 275. numum argenteum ait primum Romae culum circa tempora Ptolemaei Philadelphi, quod legitur etiam in Chronico Paschali p. 173. ad annum V. C. 481. Ol. 126. et in Prosperi Chronico pag. 695. editionis nouae. Sed hac de re conferendus imprimis Plinius XXXIII. 3. et ibi Harduinus, ac Wachterus archaeol. numar. p. 110 sqq. Asses librales aliis assibus aereis minoris ponderis apud Romanos permutari solitos ante bellum Punicum secundum, nihilominus omnes asses aereos dictos esse aes graue, respectu numorum argenteorum et aureorum, qui et ipsi venerint nomine aeris, sententia est Viri Clariss. Ludolphi Kusteri in diatribe Antigronouiana, quam oppugnandam sumsit vir et ipse doctissimus Iacobus Perizonius in diss. de aere graui, Lugd. Bat. 1713. 12. qui solum aes rude et asses librales nomine aeris grauis venisse pluribus contendit argumentis. Vide etiam Ioan. Christoph. Wagenfeilii diss. de re monetaria veterum Romanorum. Altdorfii 1691. 4. et Wachterum lib. cit. cap. 11. in quo de assibus imminutis differit. De *asse ipso eiusque partibus* omnino videndus est Montfauconius tom. 3. supplement. lib. 4. pag. 89 sqq. qui ibid. pag. 139. obseruat, nunquam reperiri numos nisi alio percussos instrumento, licet typos eisdem eisdemque inscriptiones referant. Guil. Budaeus libris 5. de asse eiusque partibus Venetiis 1522. 4. et T. II. operum eius Basileae 1557. fol. iunctim editorum, item in Ad. Rechenbergii scriptoribus hist. rei numar. veter. quorum compendium gallico sermone Parisiis 1550 euulgatum laudatur tom. 9. Bibliothecae anglicae

caae pag. 376. aliudque exstat fasciculo secundo opusculor. historicophilolog. Henrici Noriti liber de asse et partibus eius. Basil. 1550. fol. Georg. Henrichius de asse et partibus eius. Aug. Vindel. 1606. 8. Ioan. Wardus in commentario de asse eiusque partibus, qui praemissus est parti secundae monum. vetust. Kempian. Londini 1719. 8. p. 1 sqq. et Moulineti dissertatio de asse Romano pag. 43. Musei coenobii S. Genouefae. Asses et partes assis in numis singulas exhibet P. de Vitry, S. I. in memoriis Treuoltinis 1729. p. 1266 sqq. De assibus Etruscis exponit Bernardinus Baldus apud Iustum Fontaninum lib. 1. de antiquitatibus Hortae cap. 7. De *Sestertiis* conferatur Paulli Manutii dissertatiuncula, quae legitur in eius quaesitis per epistolas, et recusa est tom. 1. thesauri Sallengriani. Philippi Pigafettae dissert. inserta eius interpretationi italicae librorum Lipsii de magnitudine Rom. euulgatae Romae 1600. 8. Benedicti Poggii dissertatio, quae habetur tom. 19. opusculor. scientific. et philologic. pag. 399 sqq. et in primis Ioan. Frid. Gronouii libri 4. de sestertiis. Lugd. Bat. 1691. 4. Petri Gassendi abacus sestertiorum exstat tom. 5. eius operum. Iosephi Iuencii laterculum sestertiorum habes ad calcem tom. 2. Horatii ab eo illustrati. De *Denario* consule Ioannis Grauii (Greaves) librum anglice editum: A Discourse of the Romane Foot and Denarius. Londini 1647. 8. De *Quinariis* vide memorias Treuoltinas 1710. pag. 699 sqq. et Ioannis Swinton Metiliam; siue dissertationem de Quinario gentis Metiliae. Oxonii 1750. 4. De *Triumuiris* et *Quatuoruiris* monetalibus vide Ez. Spanhemium tom. 2. de usu numismatum p. 167 sqq. cui adde Sertor. Vrsatum de notis Roman. tomo 11. thesauri Graeuiani pag. 766. et Franc. Hottomannum de magistr. Rom. tom. 3. eiusd. thesauri pag. 1890. Historiam rei monetariae Romanor. vide in Diario anglico, *History of the Works of the Learned* 1708. pag. 438 sqq. et in Diario gallico, *Bibliothèque Raisonnée* tom. 12. pag. 122 sqq. Adde compendium rei numariae Romanorum, quod Dresd. 1753. 8. in lucem emissum est. Sciagraphiam rei numariae antiquae nouissime post alios dedit celeberrimus Wedelius centuria prima exercitationum medico-philologicarum decade IX. exerc. 10. ubi inter alia de numis *gothicis* agit, quod argumentum praeclare etiam illustrauit Elias Brennerus in thesauro numorum *Sueo-Gothicorum*, suecice et Latine edito 1691. 4. et longe auctius recusuo 3^o Holmiae 1731. 4. cui iungenda Magni von Bromel historia numismatica Senatorum et Magnatum Sueciae, in actis litterariis Sueciae Vpsal. 1730. Kiliani Stobaei dissertatio de numis et sigillis Lundinensibus. Lundini Goth. 1741. 4. et Georgii Wallini clavis numophylacii Runic, siue ratio, qua intelligi possit numorum Runico-

³⁰ Hamburgische Nachrichten 1732. pag. 219.

nicorum scriptura. Holmiae 1743. 4. De numo Vizonis Obotritorum regis vide A. E. 1724. pag. 412. Andreae Fontaine, equitis Aurati, numismata *Saxonica* et *Dano-Saxonica* iunguntur Georgii Hickefi libris 2. antiquae literaturae septentrionalis Oxon. 1705. fol. qui etiam videndus in diff. epistolari p. 109 sq. Notae vero ad numos Anglo-Saxonicos subiectae conspectui operis Hickefiani a Wottono editi Lond. 1708. 8. Operae pretium praeterea est videre quae de numis Saxonis, *Anglo-Saxonis*, *Hibernicis* et *Runicis* scripsit Nicolaus Kederus Holmiensis. Similiter de numis *Danicis* agere instituit Thomas Broderus Bircherodius, Hafniae 1701. 4. De numis scyphatis Nordmannorum, quos vulgo *Regenbogenschüssellein* appellant, consultatur Daniel. Ringmacheri tractatus historico-politicus de numis, vbi insimul ventilatur quaestio, de vulgo sic dictis guttulis siue patellis iridis. Lips. 1725. 4. Ioan. Christ. Hedleri diatribe Berolini 1730. 4. edita, et Ioan. Alexandri Döderlini dissertationes epistolares binae. Suobaci 1739. euulgatae. De solidis argenteis, et aureis libris et denariis veterum Francorum, Sirmondus tom. 4. opp. fol. 727 sq. et le Cointe tom. 3. pag. 60 sqq. 80. 667 sqq. Ceterum non de *Franciae* modo sed et aliis numismatibus sequioris aevi, tum in Oriente tum in Occidente, singulari diligentia differit Carolus du Fresne siue Cangius in glossario latino, cui adiungenda sunt quae disputat le Blanc in historia numismatum *Franciae*, Paris. 1690. 4. 1703. fol. Amst. 1692. 4. et Gabriel Daniel in diff. de numismatibus Theodoberti primi, regis *Franciae Orientalis* et Clodouaci nepotis. Adde Danielis historiam *Franciae* tom. 1. p. 471 sq. Claudii Boterouii (Bouteroue) *Recherches curieuses des Monoyes de France depuis le Commencement de la Monarchie*. Paris. 1666. fol. Hautini *Traité des Medailles*, liber eruditus est, scriptus saeculo XVI. sub Henrico III. Galliae Rege, sed suppressus, quem nunquam editum esse memorat Morlierius *essais de littérature* tomo 1. p. 14 sq. Denarios in Gallia sub Regibus Carolingicis, cufos exhibet Baluzius tom. 2. *Capitular.* pag. 1272. Iacobum Biaum praeterimus, in cuius *Francia Metallica* ³¹ multi falsi et supposititii numi referuntur. De numis antiquis *Gallorum* circa Caesaris tempora Memoriae Treuultinae A. 1706. artic. 162. pag. 1976 sq. Anglicos numos veteres pluribus tabulis exhibet Henricus Speelmannus ante vitam Aelfredi. Conferatur quoque de numis Anglicis Scoticisque Guil. Nicholson ad calcem Bibliothecae historicae Angliae. Londini 1714. fol. p. 248. De numis Hibernicis Nicolai Kederi numorum in Hibernia antequam haec insula sub Henrico II. Angliae Rege, Anglici facta fuit iuris, cuforum indagatio. Lipsiae 1708. 4. Historiam numismatum Anglicorum exhibet liber anglice

³¹ Vide Caroli Patini iter quod gallice descripsit pag. 54. vbi simile fert iudicium de libro: *Promptuaire des Medailles*.

editus sub hoc indice: Numi Britannici historia ³², or an historical Account of English money from the conquest to the uniting the two Kingdoms by King James I. and of great Britain to the present time. Lond. 1726. 8. Numismata Neapolitana a Ruggerio primo Rege ad Carolum VI. italico sermone edidit Caesar Antonius Vergara. Romae 1715. 4. De numis hispanicis dissertatio Mahudelii gallice sub titulo: dissertation historique sur les monnoyes et medailles antiques d'Espagne, prodiit Parisiis 1715. 4. De numis et re numaria veterum *Germanorum*, quanquam tangit quaedam Paullus Hachenbergius in Germania media, dissertatione 10. et plures agendum in se susceperunt vt Goldastus, tum Christfridus, Casparus et Paullus Sagittarii, Christianus Schlegelius, W. Ernestus Tentzelius, Iac. a Mellen, Otto Sperlingius aliique viri clarissimi, prae ceteris Io. Petrus Ludouicus in der Einleitung zu dem deutschen Münzwesen mittlerer Zeiten. Halae Saxonum 1709. 8. et cum obseruationibus Io. Iac. Moseri. Vlmae 1752. 8. qui fusc etiam disserit de numis braeteatis (Blech: oder hohle Münzen, Pfannenmünzen) Anonymi gründliche Nachricht von dem Münzwesen insgemein, besonders von dem Münzwesen älterer und neuerer Zeiten, quae cum Io. Dav. Koeleri praefatione edita est Goettingae 1739. 8. et auctior Helmstadii 1741. 8. et Nicolai Seeländers zehn Schriften vom deutschen Münzwesen mittlerer Zeiten. Hanouerae 1743. 4. Io. item Mich. Weinrichius de ortu et progressu rei numariae, in primis apud Germanos. Erf. 1710. 4. nondum tamen aliquid perfecti atque absoluti in hoc genere habemus. De numis *Rufforum* vide Nic. Kederum in nouis litterariis maris Baltici A. 1701. pag. 18 sq. Io. Arnoldi de Brand iter in Moscouiam p. 417. et Petri Ambrosii Lehmanni obseruationes historicas germanice editas Hamburgi A. 1705. p. 233.

XIV. E recentibus numis historiam illustrare primus aggressus est Ioan. Iacobus Luckius, editor sylloges numismatum elegantium saeculi XVI. Argentorati 1620. fol. quem deinde alii sunt sequuti. Vide W. Ernestum Tentzelium in dialogis mensuris vernaculis anni 98. p. 625 sq. Ex hisce in primis notari meretur Io. Dav. Koelerus, qui historicas e numis oblectationes duabus et viginti partibus in forma quadripartita ab anno 1729 vsque ad annum 1757 Noribergae euulgauit. Et Ioan. Hieronymus Lochnerus, qui Koeleri exemplo excitatus itidem germanice edidit collectionem numorum notatu dignorum, quae octo voluminibus Norimbergae 1737 -- 1744 prodiit. Octauiani Stradae historia *Romanorum Pontificum* a S. Petro vsque ad Gregorium XIII. cum imaginibus ex veteribus marmorum monumentis picturis

³² A. E. 1727. p. 90.

Sturis et monetis antiquis, Mspta exstat in Bibl. Gothana. Historiam eorundem a Martino Quinto, vsque ad Innocentium XI. ex eorum numismatibus persequutus est Claudius Molinetus, Canonicus regularis, Paris. 1679. fol. et maiore apparatu Philippus Bonanni, S. I. in numismatis Pontificum illustratis et editis Romae 1700. fol. Idem Bonannus ibid. 1697. 4. vulgauerat numismata Summorum Pontificum, templi Vaticani fabricam indicantia. Numismata Romanorum Pontificum praestantiora a Martino V. ad Benedictum XIV. aucta ac illustrata edidit Rodolphinus Venutus. Romae 1744. 4. quibus iungatur Sauerii Scillae *breve Notizie delle monete Pontificie antiche e moderne, sino alle ultime dell' anno XV. de regnante Pontefice Clemente XI.* ibidem 1715. 4. Vide et numismata Pontificum aliorumque Ecclesiasticorum ex Cimiarchio regis Borussiae edita et illustrata a Laur. Begero, Colon. Brandenb. 1704. fol. et inuentarium pecuniae in arca Hugonis Rogerii Cardinalis A. 1364. apud Baluzium in actis veteribus ad vitas Paparum Auenionensium pag. 762. De *denariis* Pontificum consulantur Io. Vignolius in antiquioribus Pontificum denariis; qui liber primum editus est Romae 1709. 4. et deinde tertia sui parte auctus, et notis illustratus studio et cura Benedicti Florauantis, ibidem 1739. 4. recusus est. Et eiusdem Florauantis antiqui Romanorum Pontificum denarii, a Benedicto XI. ad Paullum III. ibidem 1738. 4. De denario Petri vide Ioan. Speelmannum ad vitam Aelfridi; Matth. Zimmermannum florileg. pag. 285. et Andr. Arnoldi dissertationem. Altorfii 1679. Numerum nominis sui primus in numis adscripsit Leo IX. vide Papebrochium p. 87. paralipom. ad propylaeum Maii. Numorum ex argento vncialium quos *imperatores* regesque romani recentis aetatis et *archiduces* Austriae signari iusserunt, syllogen debemus Rever. Iacobo a Mellen. Lubec. 1697 et 1698. 4. Numos archiducum Austriae singulari studio et diligentia recensuere Marquardus Herrgott et Rustenus Heer in numotheca³³ principum Austriae, cuius pars prior prodiit Friburgi 1752. posterior ibidem 1753. fol. *Leopoldi*, gloriosae memoriae imperatoris, vita, quam ex numis parauit Ebnerus, Senator Norimbergensis, lucem non vidit. Seriem regum Hungariae numis aureis illustrauit idem, quam paullo ante laudauimus, Mellenius. Lubecae 1699. 4. Historiam *belgicam* reipublicae confoederati Belgii ex numis illustratam edidit Petrus Bizotus³⁴, Canonicus Herissonensis, Paris. 1687. fol.

Y 3

recu-

³³ Haec numotheca tomum secundum absoluit *monumentorum Austriacorum*, quae in quinque tomos diuisa edere constituit Herrgottus: v. noua litteraria Lips. 1750. pag. 298. De parte prima numothecae confer. A. E. 1753. pag. 289 sqq. de parte secunda, eadem A. E. 1756. pag. 98 sqq.

³⁴ Obiit A. 1696. aetat. 66. Vide theatrum europaeum tom. 15. p. 114.

recusam auctius atque emendatius Amstelodami 1689. 8. 2 volum. gallice et 1690. 4. belgice. Conf. histoire des ouvrages des Sav. 1687. Septembri p. 1 sq. Acta Erud. 88. p. 164 et 90. p. 537. Supplementum ad Bizotum eodem gallico, quo ille scripsit, idiomate vulgavit Oudaanus Amst. 1690. 8. et aliud adhuc meditatatur nescio quis testatus se iam 250 numismata reperisse Bizoto praeterita. Vide memorias Treuultinas A. 1701 mense Octobri pag. 731. Suppletur etiam et emendatur subinde Bizotus in Iacobi Basnagii annalibus foederati Belgii gallice editis Hagae Comit. 1719. fol. sed maxime ad calcem historiae belgicae Ioannis Clerici, gallice editae Amstel. 1723. fol. cui totus Bizotus melius digestus cum insigni auctario subiunctus est. Bizoto plenius est opus Gerardi van Loon, quod belgice sub titulo: *Beschreving der Nederlandsche Historiepenningen, of beknopt Verhael van al'tgene sedert de Overdraght der Heerschappye van Keyzer Karel den Vyfden, of Koning Philips synen Zoon, tot het sluiten van den Utrechtsche Vrede, in de Zeventien Nederlandsche Gewesten is voorgevallen.* Hagae Comitum 1723 sqq. quatuor voluminibus in folio est editum, et deinde gallice versum sub titulo: *Histoire metallique des XVII. Provinces de Pays bas, etc.* prodiit Hagae Comit. 1732. fol. Cui iungenda est Francisci van Mieris historia metallica principum stirpis Bauaricae, Burgundicae et Austriacae ab Alberto vsque ad Caroli V. obitum, quae belgice tribus voluminibus in folio Hagae Comitum 1732 sqq. excusa est. Similiter *Saxoniam* numismaticam paullo ante obitum edidit W. Ernestus Tenzelius, Dresdae 1705. 4. qui Brandenburgicos non paucos descripsit in dialogis mensuris A. 1695 mense Iulio pag. 529 sq. De numis antiquis Gothanis, Cygneis, Coburgensibus, Vinariensibus et Merseburgensibus commentationem edidit Christ. Schlegelius Gothae 1717. 4. Idem apotelesma de numis Abbatum Hersfeldensium euulgavit ibidem 1723. 4. De brandenburgicis numis vide Io. Petr. Ludewigium tom. 7. reliq. manuscriptor. p. 584 sqq. De Lunenburgicis rarioribus vide laudati Lehmanni observationes historicas germanice editas Hamburgi 1704. 4. pag. 219 sq. Gotfridi Dewardeck introductio ad rem *Silesiae* numariam, lucem vidit Iauravii 1711. 4. De polonicis et borussicis numis consuli potest Dauidis Braunii *historischer Bericht vom polnischen und preussischen Münzwesen.* Elbingae 1722. 4.

Historiam et res gestas regis Galliae Ludonici XIV. per numismata celebrare luculento opere instituit academia numismatum A. 1663 a rege instituta. Opus illud in euectione Philippi V. ad regnum hispanicum desinens prodiit Paris. 1702. fol. Charta regali et imaginibus numismatum 286. elegantissime in aes excisis; idem deinde minori forma in 4. a Belgis et gallice pariter ac germanice Badeniae 1705. fol. repetitum fuit. Numismata historica Ludonici

uici XIV. edidit Ian. Goeree. Amstelod. 1712. 4. Similem in modum historiam Angliae regis *Wilhelmi III.* ex numismatibus illustratam prodiisse constat, Amst. 1692. fol. sub nomine N. Chevalier. De numis Bononiensibus praeter Caluium egit Alexander Machiauellus in dissertatione de veteri Boneno argenti Bononiae. Bononiae 1721. 4. vt alios huius generis libros silentio inuoluamus. Thesaurus numismatum res insigniores cuiusque anni ab anno 1700 - 1711. ex numis qui aere eleganter descripti apponuntur illustrans germanice et latine excudi coepit Norimbergae in fol. *historische Gedächtnißmünzen des jetzigen Saeculi*, auctoribus Io. Melchiore Koernlein et Ioachimo Negelein. Vide Acta Eruditor. A. 1712. pag. 233. et A. 1713. pag. 289. et A. 1714. p. 455.

Nec defuit, qui *Scripturam sacram* etiam in numis dare aggressus est, libro germanice edito Ienae 1703. 4. V. C. Christianus Schlegel, Bibliothecarius et Antiquarius Comitum illustrissimi Arnstadiensis, in quo collegit et explicauit inscriptiones, quae ex sacris litteris petitae in numis recentibus maxime occurrunt, vel in aliis etiam monumentis reperiuntur. De numis *Sanctorum* imagines exhibentibus exstat epistola Ioan. Mich. Weinrichii. Erfurti 1709. 4. Octauii Caetani, Siculi, libros duos de numis et numismatibus in honorem B. *Mariae* virginis cusis, Msptos memorat Mongitor tom. 1. Bibl. Siculae p. 145. De S. *Andrea* martyre in numis prodiit epistola Maur. Car. Christi. Woogii. Dresdae 1749. 4. quibus addas librum germanice editum: *Verzeichniß der Heiligen auf Münzen*. Lipsiae 1746. 3. Historiam B. *Lutheri* et reformatorum sacrorum, confessionisque augustanae, et iubilaeorum Lutheranorum ex numismatis illustratam dedit Clariss. amicus noster Christianus Iunckerus, Dresdensis, Francof. latine quidem 1699. 8. et locupletius longe, germanice 1706. 8. Cui iungantur Ioan. Christi Kundmanni numi iubilaci, Vratislaviae 1735. 4. et Gothofr. Christi. Goetzii *historisches Münzencabinet*, worinnen unterschiedliche Münzen, die auf das evangelische Jubelfest 1717 geprägt worden. Lubecae 1718. 4. De numis in honorem societatum eruditarum atque virorum doctrinae laude praestantium cusis vide Frider. Christi. Lesseri *besondere Münzen auf gelehrte Gesellschaften und gelehrte Leute*. Francofurti et Lipsiae 1739. 8. et catalogum numismatum viris doctrina praestantibus, praecipue Italis, cusorum, quae seruantur Brixiae apud Io. Mar. Mazzuchellum, qui exhibetur tom. 35. pag. 1 sqq. et tom. 40. pag. 17 sqq. collectionis opusculorum scientificorum. Veteres scriptores Latinos e numis illustrare primus instituit Carolus Patinus, cuius *Suetonium* numismatibus illustratum habemus, diligentiori studio V. C. Io. Carol. Schottus ex numorum aliorumque priscorum monumentorum penu illuminandum sibi proposuerat; sed
prae-

praeclaros illius conatus mors interuertit. Hinc *Floro* Graeuus et Begerus, *Melae* Iac. Gronouius, *Aurelio Victori* Pitiscus ex antiquis numis lucem et ornamentum attulerunt. Ante hos *Julio Caesari* atque *T. Liuiio* Henricus vander Borch, Bruxellensis, cuius opus³⁵ MS. seruat Nobilissimus Vir D. Zach. Conradus ab Vffenbach, Francof. ad Moenum. De *numis bracteatis* quorum vsus non ante duodecimum saeculum videtur obtinuisse Io. Christoph. Olearii isagoge ad numophylacium bracteatorum, Ienae 1694. 4. et spicilegia antiquitatis, in quibus numi bracteati Lunenburgenses, Halberstadienses etc. ibid. 1703. 4. Dauidis Hottingeri numi bracteati Tigurini, Tiguri 1702. 4. Ottonis Sperlingii de numorum bracteatorum et caurum origine et progressu epistola ad Rev. Iacobum a Mellen, Lubec. 1700. 4. et altera in nouis litter. mar. Baltici A. 1700. p. 373. Io. Alex. Döderlini commentatio de numis Germaniae mediae, quos vulgo bracteatos et cauos appellant. Norib. 1729. 4. Georgii Christophori Kreisigii *Nachricht von Blechmünzen und dicken Münzen der Deutschen*. Lips. 1749. 4. Io. Andr. Schmidii numi bracteati Numburgo-cizenses Pegauiensisque. Ienae 1695. 4. Io. Georgius Leuckfeldius in antiquitatibus numariis, earundemque continuatione. Halberstadii 1721 et 1723. 4. Eiusdem *Nachricht von einem sehr raren und schönen Merseburgischen Bracteaten*, ib. eod. Io. Georgius Liebknecht de nonnullis bracteatis numis Hassiacis. Helmstadii 1716. Ern. Ioach. Westphalen de numis bracteatis Rostochiensibus ad Gadebuschium A. 1722. repertis, in specimine documentorum ineditorum Mecklenburgensium. Rostochii 1726. 8. euulgato. Christi. Krügeri *historische Erläuterung einer ohnfern Quedlinburg gefundenen hennebergischen kupfernen Blechmünze, mit dem Bilde des heiligen Wolfgang, Bischofs zu Regensburg*. Halae 1731. 4. et Nicolai Seelaenderi variae commentationes. De numis *chemicis* siue ex auro per artem chemicam facto compositis consule miscellanea academiae naturae curiosorum anno I. p. 71 sq. Oligerum Iacobaeum in museo danico parte 2. sect. 5. Sam. Reiherrum in diss. de numis chymicis, Wilh. Ernestum Tenzelium in dialogis vernaculis A. 1692. pag. 420 sq. et A. 1696. pag. 911. De numis *praesagientibus* Georg. Dan. Seyler in der *historischen Nachricht von wahrsagenden Münzen, oder derselben Vorbedeutungen*. Francof. 1732. 4. Quid aliae gentes numorum loco adhibuerint, vide Alexandrum ab Alexandro IV. 15. De poena eorum, qui exteriorem numorum circulum circumciderint vide Cuiacium XIX. 25. obseruationum.

XV. De

³⁵ Hic liber inter eos non reperitur, qui e Bibliotheca Vffenbachiana in Wolfianam transferant.

XV. De notis et siglis siue singulis litteris, quae vel in numis vel inscriptionibus, aliisque antiquis monumentis passim adhibentur ad voces integras significandas, plures scriptores laudauit in bibliotheca latina lib. 4. cap. 6. vbi de Valerii Probi, Magnonis, Petri Diaconi, et aliorum libellis de notis. Quibus addatur D. R. Carpentierii, O. S. B. Alphabetum Tironianum; siue notas Tironis explicandi methodus. Parisiis 1747. fol. et Imman. Frid. Gregorii dissert. de scribendi genere *διὰ σημείων* praecipue apud veteres Romanos, quae legitur Vol. 2. Act. societ. Latinae Ienensis pag. 104 sqq. Graecorum siglas exposuerunt Scipio Maffei in Graecorum siglis lapidariis collectis et explicatis. Veronae 1746. 8. et Eduardus Corfinus in notis Graecorum, siue vocum et numerorum compendiis, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obseruantur. Florentiae 1749. fol. Ad quem librum deinde accessit, index notarum Graecorum, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obseruantur, excerptus ex opere de notis Graecorum edito ab Eduardo Corfino. ibid. 1752. 8.

XVI. *Abaci* veteris rationem, quo vsi sunt calculatores, primus in lucem protulit Marcus Velferus edita et illustrata forma abaci numerarii aenei antiqui, cuius ipsi copiam fecerat Clarissimus Medicus Adolphus Occo. Vide Velferi opera p. 422. 819 et 842. Eandem abaci formam a Velfero accepit Gruterus qui magno inscriptionum operi pag. 224. et Laurent. Pignorius qui inseruit libro de seruis, vbi de calculatoribus ipsi sermo est, pag. 339. vide et Andream Schottum nodorum Ciceronian. lib. 2. cap. 6. Cangii glossarium, florilegium Zimmermanni et Viri Celeberrimi Io. Matthiae Gesneri thesaurum linguae latinae in *Abacus*.

XVII. De Iudaeorum in non Iudaeos *vsuris* adeundus Wagenfeilius in telis igneis Satanae pag. 534 sq. qui pag. 598 sq. disputat etiam de eo num secundum Deuteron. XXIII. 19 sq. Iudaeis liceat Christianos vsuris vexare. Conf. eiusdem *Anzeigung, wie zu Wege zu bringen, daß die Juden nicht mehr die Christen plagen mit Wuchern und Schinden*, A. 1705. 8. Nicol. Comnenum Papadopoli praenot. mystagogic. p. 198. Salmasium de foenere trapezitico p. 673. 683 sqq. Ioan. Iac. Schudtium in Iudaeo Christicida p. 113 sqq. et in memorabilibus iudaicis tom. 2. p. 174 sqq. et Ioan. Wolfg. Hilliferi demonstrationem, daß der Juden Wucherzins verwerflich. Norib. 1658. Quod autem eodem Deuteronomii in loco lex Iudaeos a fratre vsuram accipere prohibet, inter alia forsan ideo factum, quod iniquum videretur ab eo vsuram mordentem, *רשע*, expetere, qui mercaturam non exercebat, sed vel

agro colendo, vel re pecuaria sustinebat vitam. Conf. Stillingfleetum in epistola ad Deistam pag. 122 sq. et Ioan. Dav. Michaelis commentationem de mente et ratione legis vsuram prohibentis. Erfurti 1746. 4. Apud Christianos Clericis foenus accipere interdictum Canone 36. Apostolico, Canone 10. Trullano, Canone 5. Ecclesiae Africanae, aliisque. Confer Salmas. de vsuris pag. 633 sq. Sirmondum tomo 1. operum f. 861. Iosephum Binghamum lib. 6. origin. Ecclesiast. cap. 2. et Auctorem libri cui titulus: Dogma Ecclesiae circa vsuram expositum et vindicatum. Insulis 1730. 4. Neque defuerunt, qui omnibus vsuras illicitas esse pronuntiarent Christianis. Vide Lactantium VI. 18. Ambros. lib. de Tobia cap. 2 sq. Nic. Cabasilam orat. contra foeneratores. Quanquam vero nihil tetrius est genere hominum dantifico per immoderatum foenus pauperes opprimente, tamen si per se nefas esset vsuram accipere, Deus sane non permisisset ab extraneo vsuram capere Iudaeos: ut mittam quod a multis iuris naturae scriptoribus demonstratum est, et plerorumque egestati defore prorsus creditores, si vsurae tollantur: et iustitiae neutrquam aduersari, ut, qui pecunia alterius lucratur, ex parte lucri nonnihil cedat ei, cuius beneficio et periculo hoc ei cominodum accedit, modo et vsura moderata sit, et alter mercatura vel alia quadam ratione, pecuniae usum in lucrum suum vertat. Confer Grotium ad Lucas VI. 35. et de iure belli et pacis II. 12, 20. Apud veteres Graecos et Romanos ethnicos latissime inualuerat vsura, ita ut non deessent toculliones *ἡμεροδανεισται* qui vsuram in singulos dies exigebant. Vide Casaub. p. 219. ad Theophrast. et 214 sq. et Heraldus animaduers. p. 161. Ceterum de toto illo vsurarum apud antiquos negotio, videndi Budaeus libro de asse, Sam. Petrus ad leges Atticas pag. 403 sq. Salmasius libro de foenore trapezitico, libro de vsuris et lib. de modo vsurarum. Io. Frid. Gronovius in opere de festertis et nouissime Gerhardus Noodt, Ictus clarissimus Franeckeranus, in libris tribus de foenore et vsuris, Lugd. Batav. 1698. 4. et inter eius opera, ibid. 1713. 4. De Caroli Molinaei et Cloppenburgii libris huius argumenti vide si placet Grotii iudicium epist. 762. ad Salmasium, qui Salmasius passim obseruat Romanorum vsuras longe moderatiores fuisse vsuris Graecorum, et horum leuissimas illorum maximis et grauissimis fuisse aequales. Apud antiquiores Romanos (ut apud Graecos et Persas) foeneratores et caupones inter parum honestos fuere recensiti. Vide Appianum I. ciuil. fol. 382. et Catonem praefat. de re rustica.

Vsura centesima appellabatur quando singulis mensium Calendis drachma pro mina siue centesima pars fortis ³⁶ soluebatur (per annum 12 procentum.) vt *bessis* siue duplex tertius centesimae, quando singulis mensibus pendent octo pro centum, *dimidia centesima* sex pro centum, tertia pars centesimae quatuor pro centum. Confer Antonium Augustinum lib. 2. cap. 10. emendationum. Briffonium III. 1. antiquitatum iuris. Salmasium cap. 6. de modo vsurarum, et Beueregium ad Synodicum M. p. 83 sq. in notis ad Canonem 17. Concilii Nicaeni. *Foenus vnciarium*, quod rogatione tribunitia ad semuncias redactum testatur Liuius VII. 27 sq. et Tacitus VI. 16 sq. Scaligero et aliis idem est cum vsura centesima, licet Salmasius, Gronouius et cum his Noodtius ³⁷ contendat eo notari singulis mensibus singulas solutas vncias partem assis duodecimam, vt leuissimo foenore per integrum annum ex centum assibus vnum assem creditor retulerit. *Foenus trientarium* dictum est, quando singulis trimestribus centesima pars fortis soluebatur (4 pro centum) vide Casaubonum ad Lampridii Alexandrum Seuerum pag. 923. et ad Antoninum Pium Capitolini pag. 250. *Vsura hemiolia* siue fescupla, quando mutuum cum altera parte dimidia fortis recipitur: vide Beuereg. loco laudato p. 84 sq. *Foenus nauticum* Plutarcho ³⁸ maxime iniquum visum, traiecitia pecunia propter periculum creditoris infinitas vsuras valens recipere, quum itinere absoluto summa reddenda est vna cum foenore. *Anatocismus* etiam a Cicerone epist. ad Attic. V. vlt. et VI. 1. 3. 4. et a Ictis appellatur, quod Plutarcho *παλινοικία*, quando vsura forti accedit et ex illa quoque foenus reposcitur. *Reliquatores* sunt, qui non integrum amplius sed partem solum aeris alieni et foenoris debent. Vide Tiraquellum et Iac. Godofredum in notis ad Alexandrum ab Alexandro tomo 1. pag. 47. Vsuras supra modum fortis nec exigi nec deberi, legibus cautum. Vide Sirmondum tomo 1. fol. 963. De mensa Danistica siue Lombardica (Lombard) siue montibus pietatis, vt appellantur, auctoritate publica ad praeueniendam foeneratorum impietatem institutos vide Nicolaum Comnenum Papadopoli in praenotionibus mystagogyis p. 200. Hermannum Latherum de censu lib. 3. cap. 23. Dorothei Asciani siue Matthiae Zimmermanni montes pietatis Romanenses. Lips. 1670. 4. cum Nicol. Bariani de Placentia montibus impietatis et Mich.

Z 2

Papa-

³⁶ Summa fortis (das Capital) Graecis quoque *κεφάλαιον*, vide Tristanum tom 1. p. 171. et Rigaltium ad Artemidorum p. 8. Dicitur quoque *ἀρχαῖον*, vt notat God. Olearius ad Philostratum p. 172.

³⁷ His assentitur Io. Adolph. Hoffmannus obseruat. politic. p. 466. Dissentit Mart. Schockius de foenore vnciaro adv. Gronouium. Groening. 1661. 8. et Colon, Brandenburg. 1668. 8.

³⁸ Vide Casaubonum ad Theophrasti character. c. vlt.

Papafauae decisione contra montes pietatis. Paulli Jacobi Marpergeri librum germanice editum von Leib: Assistenz und Hülfshäusern, Lehubanquen und Lombards. Lipsiae 1715. 8. et dissertationes Nicolai Colbrandi. Argent. 1670. Nicol. Martini. Kilonii 1688. Rud. Christi. Geckelii. Altorfii 1699. et Lud. Iac. Meieri. Giessae 1739.

XVIII. Georgium Agricola non satis certam rationem *mensurarum et ponderum* definiisse, licet multa post alios diligentior examinauerit et noua quaedam addiderit, monet Latinus Latinius tomo 1. epist. p. 386. vbi ostendit constituta pedis Romani certa mensura facile esse ex ea tam aridorum quam liquidorum mensuras certas definire atque inde ponderum veritatem statuere. De ponderibus ac mensuris Hebraeorum, Graecorum et Romanorum copiose disputat Villalpandus tom. 3. in Ezechielem p. 433 sq. Congii veteris figuram mensuramque exhibet p. 501. Alios de mensuris ac ponderibus veterum quam plurimos scriptores laudauit Phil. Labbeus in parte 2. bibliothecae numariae, quibus recentiores nonnullos addere liceat, vt de Hebraeorum quidem mensuris Bernhardum Lamy in apparatu ad S. Scripturam, Io. Leusdenium in philologo hebraeo-mixto dissert. 29 - 32. Imbonatum in bibliotheca latino-hebraica p. 349 sq. Iac. Caluertum in Naphthali, siue collectione de reditu decem tribuum, de conuersione Iudaeorum, et de mensuris sacris Ezechielis. Londini 1672. 4. Richardum Cumberlandum in libro anglice edito de mensuris et ponderibus Hebraeorum. Londini 1686. 8. Petrum Eluium in Biblicis mensuris cubicis cum Suecicis collatis. Vpsal. 1702. 8. aliosque. Sed omnium diligentiam vicit et de mensuris atque ponderibus non Hebraeorum tantum, sed aliarum quoque gentium accurate et eruditissime egit Eduardus Bernardus, Anglus, in tabulis huius argumenti quae recensentur in actis eruditorum A. 1686. pag. 586. et in libris 3. de mensuris et ponderibus antiquis qui lucem primum adspexere Oxonii 1686. 8. et secunda vice excusi sunt ibid. 1688. 8. Eduardo Bernhardo iungenda praeclari Viri Io. Casp. Eifenschmidii de ponderibus et mensuris veterum Romanorum, Graecorum, Hebraeorum, nec non de valore pecuniae veteris disquisitio accurata, Argent. 1708. 8. Bartholomaei Beuerini syntagma de ponderibus et mensuris, quod post bis repetitam in Italia editionem prodiit Lipsiae 1713. 8. cum praefatione Io. Georgii Walchii in qua sciagraphiam operis de re veterum numaria exhibet. Georgii Hooperi liber anglice editus sub hoc titulo: *An Inquiry into the state of the antient measures, the Attic, the Roman and especially the Jewish, with an Appendix concerning the old English Money.* Londini 1721. 8. Caroli Arbuthnoti tabulae antiquorum numorum, mensura-

rum

rum et ponderum pretiique rerum venalium; variis dissertationibus explicatae et exemplis illustratae; quae anglico sermone prodierunt Londini 1727. 4. et ex anglica in latinam linguam conuersae, opera Dan. Koenigii. Ultraiecti 1756. 4. De Peirescii studio rationes ponderum et mensurarum expediendi, vide Centuriam secundam Fabricianam. De modis mensurandi distantias locorum praeter Ed. Bernhardum confer Martinierii lexicon geographicum voc. Itinéraires, mesures; cui iungas Io. Georgii Liebknechtii desideria ad mensuras speciatim geographicas et geodaeticas generali et feliciori methodo aestimatas reductasque. Gissae 1721. Romanorum mensurae triplicis fuerunt generis, *liquidorum*, *avidorum* et *interuallosum*, quorum singulas species recenset celeberrimus I. E. I. Walchius ad Cellarii compend. A. R. p. 590 sq. De pondere Romanorum confer Raphaelem Fabretum pag. 523 sqq. veter. inscriptionum. Bonannum p. 173. musei Kircheriani. Rupertum ad Florum pag. 221. Ludov. Franc. de la Barre dissertationem de libra roman. quae exstat tom. 12. Memor. Acad. Inscription. pag. 1 sqq. edit. Amstelod. et P. de Vitry epistol. de ponderibus et moneta Romanorum insertam memor. Treuultinis A. 1729. p. 1252 sqq. De pede antiquo Romano consule Hirium in memor. acad. inscriptionum A. 1714. p. 511 sqq. et Reuillasi dissertationem, quae exhibetur tom. 3. dissertationum Academiae Cortonensis pag. 111 sqq. et Ioan. Graeuii librum anglice editum de pede Romano et denario. Londini 1647. 8. De pede graeco confer les Ruines des plus beaux Monumens de la Grece par Mr. le Roy. Parisiis 1758. fol. ad finem parris primae. Talenti varias significationes apud scriptores medii aevi recenset Cangius ad Alexiadem pag. 400 sqq. De decempeda vide Salmasium pag. 682 sq. Plinian. exercitationum. De pecunia veterum Romanorum eiusque pretio commendandus vnice Io. Frid. Gronouii exquisitus de festertis commentarius, supra p. 798. iam nobis laudatus, ex pleniore editione Iac. Gronouii filii, Lugd. Batavor. 1691. 4. De pecunia et ponderibus Graecorum varia notatu digna obseruat Vir Eruditissimus Ioannes Taylorius in commentario et notis ad marmor Sanduicense, Cantabrigiae 1743. 4. Vtrum numismata antiquitus loco vulgaris monetae recepta fuerint, disquiri et contra Sebast. Erizium affirmat Ludouicus Sauotus in praeclaro opere de numismatibus antiquis, quod gallice Paris. 1627. 4. et latine ex C. V. Ludolphi Neocori interpretatione prodit tomo vndecimo thesauri Graeuii. Multa etiam in vtramque partem hac de re disputata videre licet in memoriis Treuultinis A. 1707. pag. 1085. et A. 1709. p. 93 sq.

CAPVT XVII.

Scriptores de re militari veterum et nautica.

Gabr. Naudaei bibliographia militaris. 1. Scriptores de re militari Hebraeorum. 2. Persarum, Graecorum, Gothorum, Germanorum. 3. Praecepta militaria. ibid. De re militari Romanorum. 4. Belli indictio, signum pugnae, tessera militaris, victoriae traditio, foedera etc. ibid. De militia equestri. 5. Nauali. 6. Pedestri. 7. Usus Elephantorum, curruum et aliarum rerum in bello. Castra, acies, ductores, exercitia etc. 8. Vexilla, aquilae. 9. Triumpho. 10. Stipendia, dona militaria, vacatio, missio, poenae, venatio. 11. Bellum an illicitum duxerint primi Christiani? 12.

I.

In recensendis huius argumenti scriptoribus otium nobis fecisse videtur *Gabr. Naudaeus*, vir praestantissimus, in cuius syntagmate de studio militari edito Romae 1637. 4. lib. 2. pag. 504 sq. legitur proluxa notitia scriptorum cuiuscunque generis de arte militari et de illis iudicium, quod seorsim etiam sub titulo bibliographiae militaris Ienae 1683. 12. edidit *V. C. Georg. Schubartus*, a quo tempore recudi illud curauit et notis quibusdam additis auxit *Thom. Crenius* in parte 3. collectionis methodorum de studiis instituentis. Lugd. Batav. 1699. 4. Naudaeo iungendus est *Ern. Sal. Cyprianus*, in cuius programmatibus Coburgi 1708. 8. editis tertium agit de scriptoribus rei militaris veteris. Integrum tamen fuerit praecipuos quosdam ad institutum facientes nostrum hoc loco feligere, et nonnullos Naudaeo omissos, recentiores praecipue adiungere.

II. De re militari veterum Hebraeorum, praeter commentatores ad libros V. T. historicos, *Matthiam Fridericum Beckium* praecipue ad Targum chronicorum, *Io. Andr. Danzti* diss. de Ebraeorum re militari ad Deut. 20. et 21. Ienae 1690. et *Guil. Schickardum* de iure regio Hebraeor. cap. 5. ibique *B. Carpzouii* notas, consulendum syntagma singulare postumum *Iacobi Lydii*, eiusdem qui agnostica sacra scripsit, editum et notis illustratum a *Salomone van Til*, Theologo Dordraceno, Dordraci 1698. 4. et belgice versum nouisque obseruationibus illustratum ab *Hadrano van Halen*. Roterd. 1703. 8. in quo prolixè agitur de delectu, ordine siue tactica, armis, acie, disciplina et exitu belli. Confer Clariss. Neocori bibliothecam nouorum librorum A. 1698. p. 483 sq. Nec praetereunda *Iacobi Turnerii* Pallas armata, siue opus anglice edi-

editum Lond. 1683. fol. quo Hebraeorum, Assyriorum, Lydorum, Graecorumque ratio belli gerendi cum re militari Romanorum veterum et hodierno belli vsu conferuntur. Conferenda quoque *Augustini Calmeti* dissertatio de militia Hebraeorum ante commentarium ad librum Esther tom. 3. pag. 522 sqq. et tom. 1. dissert. 14. et altera de ducibus militum et aulae ministris apud reges Hebraeorum tom. 3. pag. 5 sqq. ante commentar. in Paralipom. *Ioannis* item *Petri Milleri* dissertatio de deuotionibus veterum in bellis ad illustranda varia S. S. loca. Lips. 1730. et *Iusti Friderici Zachariae* dissertatio de re militari veter. Hebraeorum. Kilon. 1735. qui iudicat, Lydium Graecorum potius et Romanorum, quam Hebraeorum rem militarem exposuisse. *Ioannis* vero *Arrowsmith* tactica sacra, libris 3. Cantabrigiae primum 1657. et inde Amstelod. 1700. 4. vulgata, alieniora sunt ab hoc instituto, commentarium enim eruditum practicum siue asceticum moralem de milite spirituali pugnante, vincente et triumphante complectuntur. De exterritis incensisque castris hostium a Gideone Iud. VII. confer *Pauli Gyongiössi* dissertat. de tessera Gideonis militari. Francof. ad Oderam 1730. et Meletema, quod exstat in analectis ex omni meliorum litterarum genere. Lips. 1725. 4. T. I. N. I. De Crethaeis et Plethaeis scriptores supra pag. 743. laudauimus. De *σπαρτηγῶν τῶν ἰσραὴλ* vide *Ludov. de Dieu* et alios ad Luc. XXII. 52. De Iudaeo paganis et Christianis militante exstat *Ioan. Dan. Gruberi* dissertatio, Halae Saxon. 1723. Sed hodiernos Iudaeos ad bellum ineptos esse ostendit *Schudtius* Memorabil. P. 1. lib. 5. c. 1. §. 9-15. et P. 4. contin. 1. pag. 215 sqq. Sicut et olim Hierosolymitani, quorum placitum, post principia standum esse, recitat *Wagenfeilius* Misna Sota VIII. 5. not. 2. pag. 280. edit. *Surenhus.* quo capite toto et in primis Misna 5. agitur de discedentibus ex bello, praesertim ob metum. De Muhamedanorum rationibus in bello aduersus Christianos gerendo videatur *Hadr. Relandus* tom. 3. dissert. miscell. 1. De statu militari imperii Ottomannici opus splendidum *Comitis Marsilii*. Hagae Comitum 1732. fol.

III. De ratione rei militaris apud varias gentes diuersis temporibus differit *Antonius Yues Goguetus* tomo 1. libri de origine legum, artium et scientiarum, libro sexto, et tom. 2 ac 3. lib. 5. De architectura militari *Homeri* tempore videatur *Iac. Frider. Reimannus* in Iliade post *Homerum* p. 559 sqq. Rei militari apud Graecos et Latinos illustrandae faciunt *Iosephi Laurentii* collectanea, secundum litterarum ordinem digesta libro 6. *Poly-mathiae* pag. 469 sq. *Ioannis van Paffenrode* liber belgice editus: *Der Gryken en Romeynen Krygshandel*. Lugd. Batav. 1686. fol. *Ioan. Christophori*
Kie-

Kiesewetteri syntagma de re militari veterum, praecipue Romanorum. Erf. 1736. 8. *Caroli de Aquino* lexicon militare, cuius vero prima pars tantum prodiit Romae 1724. fol. *Folardi* annotationes ad Polybium, gallice versum, tribusque tomis in 4. editum Parisiis 1728 sqq. et *Caroli Guisshardi* liber gallicus: *Memoires militaires sur les Grecs et les Romains*. Hagae Comitum 1758. 4. *Ludouici Machaulti* liber itidem gallicus: *La Milice des Grecs et Romains*. Paris. 1616. fol. versionem Aeliani et Polybii sistit. *Ioan. Henr. Boecleri* comparatio militiae veteris et hodiernae exstat tomo secundo eius dissertationum pag. 1245 sqq. Praecepta rei militaris scripserunt e regibus priscis et ducibus Pyrrhus, rex Epiri, eius filius Alexander, Iphicrates, Xenophon et alii¹, sed quorum scripta, excepto Xenophontis perierunt. Ex imperatoribus Traianus, Hadrianus, Nicephorus, Leo sapiens, Constantinus Porphyrogenitus. Ex aliis Graecis Clearchus peripateticus, Posidonius Stoicus, Cyneas, qui Pyrrho a consiliis fuit, Euangelus, Stratocles, Hermias, Pausanias, Eupolemus, et quorum scripta exstant *Aeneas*, *Polybius*, libro 6. hist. *Aelianus*, *Polyaenus* et *Onosander* Platonius et Poliorceticon siue de urbibus obsidendis et mechanicorum siue de machinis bellicis scriptores *Athaeneus*, *Apollodorus*, *Philo*, *Bico*, *Hero* etc. e Latinis, Cato Censorius, Cincius, Paternus et cuius strategemata habemus *Frontinus* viri senatorii, tum Celsus, Plinius, et qui exstant *Modestus*, et *Vegetius*, ne de aliis in praesenti dicamus. De re militari Persarum agit *Brissonius* libro 3. de Persarum regno. De Graecorum *Io. Philippus Pfeifferus*, eoque diligentior *Io. Potterus* lib. 3. antiquitatum Graecarum. Sacra veterum Graecorum militaria singulari dissertatione exposuit *Frider. Sam. Bockius*. Regiomonti 1754. De Gothorum veterum aliorumque populorum septentrionalium *Loccenius* antiquit. Sueogothic. lib. 3. *Bartholinus* Antiquitat. Danic. lib. 1. cap. 2 sqq. et *Matthias Praetorius* in Marte Gothico siue tractatu de veterum Gothorum militia, Oliuae 1691. fol. De Germanorum praeter *Phil. Cluuerum* lib. 1. cap. 43. ad 52. et *Paullum Hachenbergium*, *Ioannes Blum* de militia romano germanica. Marpurgi 1615. 4. De facie rei militaris sub initia saeculi XVI. vide *Journal des Savans* 1730. Sept. p. 67 sq. De Romanorum militia, quum praecipue magna eius gloria fuerit, et multi illam sumserint illustrandam stilo suo, pluribus deinceps dicendum. Inprimis tenendum est, pro diuersitate temporum longe aliam illius faciem fuisse, vt probe monuit *Salmasius*, et optandum esset historiam militiae R. ita ab aliquo describi, vt historiam militiae Francorum descripsit *Gabriel Daniel*. Paris. 1721. 4. De militia Romanorum generatim commentati sunt *Petrus Ramus* de militia

C. Iu-

¹ Vide si placet quos laudavi libro 3. bibliothecae graecae capite 30 et 24.

C. Iulii Caesaris. Paris. 1559. 8. *Iustus Lipsius* libris 5. de militia Romana. Antw. 1596. et in tomo tertio eius operum, ad quos libros animaduersiones quaedam Claudii Dausqueii exstant tomo secundo sylloges Epistolarum Burmannianae pag. 149 sqq. et Delrii pag. 156 sqq. *Claudius Salmasius* in opere postumo de militia Romanorum. Lugd. Batav. 1657. 4. et tom. 10. thesauri Graeuiani. *Guilielm. Choulius* in commentario gallico: *Discours sur la Castrametation et discipline militaire des Romains*, qui cum eius *Discours sur la Religion des anciens Romains* editus est Lugduni 1581. 4. et recusus Veseliis 1672. 4. *Franciscus Patricius* in libro de re militari Romana, inserto tom. 10. thesauri Graeuiani. *Ioan. Anton. Valtrinus* in libris 7. de re militari veterum Romanorum, qui ab eo iuvene scripti, ipsoque incio editi sunt Colon. 1597. 8. et *Henr. Christoph. Nebel* in diatribe de militia Romana ex Horatio illustrata. Gissae 1750. 4. Iustitiam bellorum Romanorum examinavit *Albericus Gentilis* libris duobus de armis Romanis. Hanov. 1599. 8.

IV. Bellum a Romanis vti a Carthaginensibus quoque indictum missa hasta super columnam ante Bellonae templum. Oizel. thesaur. LXXII. 6. pag. 388 sq. Vide Festum in Bellona et hasta. Ab aliis immisso Gallo. Tzetza V. Chil. hist. 15. vel agno. Apostolius IV. 45. Prouerb. De belli indicendi more apud alias gentes, Cangius glossario in *deffectio* et in notis ad Villeharduinum p. 305. De *fecialibus* populi Romani eorumque capite, Patre patrato, videndi sunt Andr. Dominic. Floccus de potestate Rom. lib. 1. c. 9. Marcus Zuerius Boxhornius quaest. Rom. 30. Onuphrius Panuinius de ciuitate Rom. cap. 32. Ioannes Ienius in commentatione de fecialibus populi Rom. quae exstat pag. 51. eiusdem Ferculi litterarii, Lugd. Batav. 1717. 8. editi, et singulares dissertationes Ioan. Iac. Mülleri. Ienae 1693. Petri Lagerloeff. Vpsal. 1698. Laur. Arrhenii. ibid. 1728. Ioan. Dan. Ritteri. Lipsiae 1732. Ioan. Wandalini Hoieri. Hafniae e. a. et Francisci Caroli Conradi. Helmst. 1734. Ius feciale, quod primus fertur Rhesus excogitasse, ab Ano Martio institutum esse memorat Aurelius Victor de viris illustribus cap. 5. cui adde Liuium lib. 1. cap. 32. Ipsum Fecialium collegium instituit Numa, vide Dionysium Halicarnassensem lib. 2. pag. 131. vbi eorum quoque officium describit, quod breuius enarrat Cicero de legibus lib. 2. c. 9. De *sacramento militari* confer Godeschalc. Stewechium notis ad Vegetium lib. 2. cap. 97. Iac. Oiselim notis ad Gellium lib. 16. cap. 4. Barn. Briffonium II. 6. antiquit. iuris. Ratbod. Herm. Schelium in dissert. de sacramentis, tom. 10. thesauri Graeuiani. Io. Bapt. Hanfenium de iurciurando c. 22. Ioan. Ant. Valtrinum de re milit. Romanorum lib. 2. cap. 7. et Lipsium de

militia Rom. lib. 1. dial. 6. et lib. 5. dial. 15. Formulas sacramenti militaris vide apud Briffonium de formulis lib. 6. pag. 320. ed. rec. et Lindebrogium ad Ammiani XXI. 5. pag. 39. De defertoribus et militiam detreſtantibus eorumque poenis conſulatur Deſiderius Heraldus lib. 3. animaduersionum in Salmaſium cap. 13. pag. 241 ſqq. *Αυτομολεῖν* crimen inexpiabile, *αἰδιόγυακτον*. Appianus ciuil. 5. fol. 681. De Veteranis Abbatis Couturii diſſertatio in memoriis acad. inſcriptionum tom. 5. pag. 366 ſqq. De ſolduriis ² ſiue deuotis, *εὐχωλιμαίοις*, quorum apud Caefarem III. 22. de bello gallico, Athenaeum et Plutarchum mentio, confer diſſertat. Andreae Wano-chii. Abae 1679. 8. Eberh. Rud. Rothii. Vlmae 1681. et Io. Petri Ancherſen lemmata et indices obſeruationum de Solduriis. Hafniae 1729. et obſeruatio-num de Solduriis partic. tres. ibid. 1734 ſqq. De ſpeculatoribus et exploratoribus videatur Sertorius Vrfatus pag. 281. monumentor. Patauin. et Chriſti. Gottl. Schwarzii diſſert. de ſpeculatoribus veter. Romanorum. Altorſii 1726. recuſa in theſauro nouo diſſertat. philologicotheol. tom. 2. pag. 405. Idem Schwarziius edidit diſſertationem de aetate et ſtatura militum veter. Alt. 1731. De menſura militum conferatur Fr. Gotth. Freytagii Programma inſertum Vol. 1. ſelector. ſcholasticorum a Ioan. Gottl. Bidermanno editorum, pag. 695 ſqq. Signum pugnae a Graecis et aliis gentibus datum per *πυρφόρον* miſſa face vel elato ſcuto Diodor. Sic. XX. tomo 2. pag. 787. vel punicea tunica ſuper haſtam ſublata. Plutarch. Philopoem. p. 358. fol. poſtea per tubam. Vide Schol. et Barnesium ad Euripidis Phoeniſſ. verſu 1386. et Euripidis Rhes. v. 144. ac Meurſium ad Lycophr. v. 1295. Apud Romanos ſagum purpureum pro praetorio propoſitum. Plutarch. Pompeio f. 655. et Fabio Max. f. 182. et Marcello 313. De clamore militum vide quae diſſeruit Fabricius ad Dionem p. 24. B. (105. R.) De celeuſmate vide quae collegit Martinus de Roa parte 2. ſingularium ſcripturae p. 541 ſq. De teſſeris militaribus, (*συνθήματα* ³ vocant Graeci vt Philo V. Poliorcetic. pag. 93.) vide Ferrarium de acclamationibus veterum tom. 6. Graev. VI. 3 ſq. Lipſium de militia Rom. IV. 12. et V. 9. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alex. IV. 2. Caſaubonum ad Aeneam cap. 24. Turnebum XXX. 35. Aduerſar. praecipue Iac. Philippum Thomafinum libro de teſſeris hoſpitalitatis Amſt. 1670. 12. p. 101 ſq. qui et alia teſſerarum genera libro illo illuſtrat frumentariam, numariam, comitialem, theatralem, conuiualem, luſoriam et negotiatoriam.

Sin-

² Ex hac voce vocabulum germanicum *Soldatett* deriuat Rothius.

³ *Παρασύνθημα* fuit ſymbolum ſub oculos cadens, ſcilicet capitis nutus, manuum plauſus, haſtae inclinatio; vide Onofandrum cap. 25 et 26. Rigaltiumque in notis et Aeneam Tactic. cap. 25, et ad eundem Caſaubonum.

Singulare genus tesserae militaris de qua Iustinus III. 5. 10. Apud Graecos traditae victoriae signum si per praeconem corpora interfectorum ad sepulturam poscerentur. Iustin. VI. 6. de aliis signis pacis Stephanius pag. 89. ad Saxonem Gramm. De foederibus eorumque ritu vario et formulis, Brissonius libro 6. de formulis populi Rom. p. 356 sq. Lipsius ad Taciti XII. 47. Nicetas Choniates lib. 13. p. 444. Seacchus III. myrothec. 58 sq. p. 1106 sq. Stephanius ad Saxonem Grammat. pag. 48. De hostiis ad foedera sancienda caesis diximus supra cap. 11. §. 5.

V. Militia omnis vel equestris est, vel pedestris, vel naualis denique, et singulae harum iterum pro temporum diuersitate sub republica libera, sub regibus vel imperatoribus diuersam faciem apud Romanos habuerunt. De militia *equestri* singulare exstat et praeclarum opus *Hermanni Hugonis* S. I. in libros 5. distributum. Antwerp. 1630. fol. De equitum delectu, recognitione, probatione, transuentione agit lib. 2. cap. 1 sq. et 5. *Io. Erb. Kappius* in dissert. de equitum Roman. annua transuentione et censura. Lips. 1734. ac *Iustus Lipsius* lib. 1. de militia Romana cap. 5. vbi etiam de equo publico, de quo videndus Hugo lib. 5. cap. 1. De turmis equitum Lipsius lib. 2. cap. 6. de eorum armis lib. 3. cap. 7. vnde alii dicti lancearii, ferentarii, leuis armaturae equites, qui fundis et lapidibus pugnabant, cuius generis tela feruntur non tenentur, de quibus Onofander cap. 19. De more barbarorum proiectis laqueis homines abripientium, Valesius ad Ammiani lib. 31. et ad Sozom. VII. 26. Hippotoxotarum mentio apud Hirtium de bello Afr. c. 19. De *clibanariis* siue *cataphractis* vide quae viri docti ad Ammian. XVI. 16. Eutropium VI. 7. et Nazarii panegyricum c. 22 sq. Quemadmodum recentioribus temporibus vocamus Arcabuffarios, Curassarios, Picquarios et Mufquetarios equites, vel etiam spatharios. Alioqui apud Romanos illi qui equis stipendia faciebant alii erant Monippi siue singulatores et celites alii amphippi, dimachae ac defultorii, de quorum origine Liuius XXVI. 4. (hodie *Dragons* *) diuersi a Draconariis qui a Dracone vexillo. quod portabant ita vocabantur, de quibus G. Henr. Welfchius lib. de vena Medinensi pag. 84 sq. et Sirmondus pag. 183 et 205. ad Sidonium. A legionibus et alis, quibus intererant, vocabantur legionarii et alarii: vide Hugonem lib. 3. cap. 5. Stipendiarii vero sigillatim ii, qui pluribus iam stipendiis meruerant. Militiae vacatio equitibus a censoribus concessa post emerita stipendia. Plutarchus in Pompeio fol. 630. De equitibus Augusti singularibus vide Ioan. Frickii commentationem Vol. 5. Actor. societatis latinae Ienensis pag. 191 sqq. Summus

* Journal littéraire tom. 11. p. 401.

dux exercitus equestris dicebatur magister equitum, cui suberat optio siue summus mandatorum curator, de quo confer Perizonium animadv. historic. pag. 262. Hinc viri tribuni, praefecti turmarum, vexillarii, draconarii, decuriones, subdecuriones etc. vid. Hugonem lib. 5. cap. 2. 3. 4. De equitibus Tarentinis vide Petrum Victorium IX. 3. variar. lectionum. Apud Graecos equitibus praecerant Hipparchi et Phylarchi. De acie equestri Hugo III. 1 et 5 sq. et IV. 1 et 5. De acie equitum peditatui mixtorum idem IV. 6. Pugnare ex equo inuenisse dicuntur Thessali Centauri, vide Mezeriacum ad Ouidium tom. 1. p. 348. De Phaleris Bourdelotius p. 63 ad Heliodorum et Chiffletius in anastasi Childerici pag. 225. an equorum solum, non etiam equitum ornamenta, vide Drakenborchium ad Silium pag. 758. De equorum ferreis calceis lunatis vide Cangium in *σεληναϊα*. De aureis eundem Chiffletium p. 224. De freno lupato Montfaucon T. 4. supplem. p. 25. de ephippiis p. 25. de calcaribus p. 26. Ephippiis vti apud Sueuos turpe visum teste Caesare de bello Gallico IV. 1. Stapedes veteribus nulli, quia ante Theodosium M. ephippia solum ex panno, nihil solidi nec ligni habentia, vide Montfauconium loco citato. De more stapedem vel strepam tenendi, Cangius ad Cinnamum p. 470 sqq. Ad equitandi rudimentum pueros primum dorso arietum impositos obseruat Petrus Victorius VIII. 9. variar. lectionum. De curandis equis et de nominibus equestribus Graecis et Latinis egregia Ioach. Camerarii commentatio recusa exstat tomo 11. antiquit. Graecarum. Idem Camerarius librum Xenophontis de re equestri latine transtulit.

VI. De militia *nauali* ⁵ libris 4. recusis in Poleni supplementis thesauri antiq. Graec. et Rom. Vol. 5. p. 745. egit Io. Schefferus. Vpsal. 1654. 4. cui operi inferta diff. de varietate nauium quae 1643. 4. prodierat et epistola de triremibus veterum in Centur. 1. Epistolar. Medicar. Bartholini pag. 310 sq. Lillii Gregorii Gyraldi de nauigiis libellus tomo 1. Opp. Potterus III. 14 sq. Archaeolog. Graec. usque ad 22. Cragius IV. 5. de Republ. Lac. Stewechius ad librum vltimum Vegetii de re militari, Laz. Baysius de re nauali Basileae 1537. 4. et Steph. Doleti ex secundo eius commentariorum lat. linguae tomo decerptus, Basioque, cuius epitomator Carolus Stephanus Doletum ⁶ plagii in

⁵ Hoc opus Scheferus post priores curas altera parte auctius misit ad Elzevirium A. 1668. per Nicol. Heinsium, vt hic in epistola ad Ioan. Frider. Gronouium tom. 3. sylloges Burmannianae p. 537. testatur. Vide quoque p. 539. et tom. 5. p. 54. 56. atque Ioan. Molleri epistolam praefixam supplemento Bibl. meae latinae.

⁶ Vide Mich. Maittaire Annales typographic, tom. 3. p. 36 sqq. et p. 59.

in Baifium commiffi accusauerat, inſcriptus liber Lugd. 1537. 4. qui cum Baifio Schefferique diſſertatione iam laudata de varietate nauium recuſus eſt tom. 11. antiquit. Graecarum, quemadmodum in tom. 12. antiquit. Romanarum occurrit M. Meibonii de fabrica triremium liber Amſtelodami pridem editus 1671. 4. et Conſt. Opelii ſiue eiufdem vt creditur Scheferi epiſtola Meibomio oppoſita. Andreae Senſtlebi Argo, ſiue variarum antiquarum nauium ſilua. Lipſ. 1642. 8. Classis praefectus recentiori aetate vocabulo Arabico dictus *Αμειράλιος* de quo Cangius ad Alexiadem p. 371. 372. et in glosſario graeco, Theodorus Douſa ad Acropolitam p. 296. Urbanus Chevraeus in Chevraeanis tom. 2. pag. 24 ſq. Otto Dapper in deſcriptione Americae pag. 46. Varia ad antiquitates nauticas ſpectantia illuſtrat etiam Salmaſius ad ius Atticum cap. 28. Bartholomaeus Keckermannus in commentatione nautica tomo 3. ſyſtematis ſyſtematum pag. 753 ſq. Bartho. Morifotus in orbe maritimo Pariſ. 1653. fol. Tho. Riuius in hiſtoria nauali antiqua et Georg. Fournierius in hydrographia, Caelius Calcagnicus cuius commentatio de re Nautica, ad Gyraldum, Iosephus Laurentius cuius diatriba duplex huius argumenti ex polymathiae eius lib. 1. cap. 17. et 22. decerpta habetur etiam tomo 11. antiquit. Graecarum. Sauerien in libro Gallico Recherches hiſtoriques ſur la conſtruction des Navires des Anciens. Pariſiis 1747. 4. Deslandes in libro itidem gallice edito: Eſſay ſur la Marine des Anciens et particulierement ſur leurs vaiſſeaux de guerre. Pariſ. 1748. 8. Iac. Palmerius Exercit. ad ſcriptores Graecos p. 170 ſq. Ioan. Vincentius Luccheſinius ad Orat. 1. Demoſthenis. Raphael Fabretti ad columnam Traianam c. 5. p. 119 ſqq. et Henric. Kippingius de expedit. maritima, diſſert. prima. Iſaaci Voſſii de triremium et Liburnicarum conſtructione diſſ. ex variis eius obſervationibus petita extat in tomo 12. antiquitat. Rom. Neque praetereundus Nicolai Witſenii 7, illuſtris Viri, liber de architectura nauali noua et antiqua, belgice A. 1671. editus, quem de veterum nauium roſtris et aliis ornamentis differentem laudat Iac. de Wilde pag. 188. numiſm. A plagio in Scheferum libenter abſoluent omnes qui honeſtiſſimam palinodiam Mollerianam ſupplemento Bibliothecae meae latinae praemiſſam legerint. Veteris triremis imago in columna celebri Traiani n. 235. 236. conſpicitur, atque inde apud Graeuum ad Florum IV. 12. alioſque, vnde apparet *ordines* vocari in triremibus maioribusque nauibus, ſeries remigum a ſummo ad imum, ita vt ſummus ordo ſit thranitarum, medius Zygitarum, tertius denique thalamitarum, *verſus* autem eſſe ſeries remigum aeque alte ſedentium. Acute quidem P. de

Languedoc⁸ in dissertatione gallice edita Parisiis 1721. *sur les Trirèmes ou les Vaisseaux de guerre des anciens* oppugnauit, quae de ordinibus remigum inuicem superius, vel etiam iuxta in vna serie transuersa positis disputarunt viri eruditi. Itaque Languedoco Thramitae sunt remiges in puppi, Thalamitae in prora, et in media naui Zygitae; singuli, monocroti, in vniremi; bini, dicroti, in biremi; in triremi ternii, atque ita porro per nauis longitudinem. Similiter fere Ioan. Harduinus in diss. de vniremibus, biremibus et triremibus veterum tom. 1. ad Plinium edition. nouae pag. 432 sqq. De nauibus *διπρώροις* et *διπρύμνοις* vide Ioan. Aug. Ernesti commentationem tom. 1. commentarior. societatis scientiarum Gottingensis p. 297 sqq. Imaginem nauium bellicarum rostratarum siue *χαλκεμβόλων* exhibet idem Graeuus et Begerus ad Florum lib. 2. cap. 2. ex columna Duillii illustrata a Petro Ciacconio. Rom. 1608. et tomo 4. thesauri Graev. Confer Gronouium tom. 2. antiq. Graecar. tabula 51. Admirandas Philopatoris et immensam Hieronis nauem in qua innumera conclauia, deliciae, hortus, Bibliotheca vide sis descriptam ab Athenaeo lib. 5. p. 203 sq. Aliam sedeciremem Philippi Regis, de qua Liuius lib. 33. Aliam quam condi fecit Ptolemaeus Philopator, Plutarch. Demetrio fol. 910. et Memnon apud Phorium cod. 224. pag. 372. Aliam ab Aegyptiis exstructam, de qua Philostratus lib. 3. cap. 11. de vita Apollonii. fol. 143. aliam Caligulae de qua Sueton. cap. 37. De naui miranda Aeneae, quam Romae vidisse se narrat, adeundus Procopius IV. 22. de bello Gothico p. 627 sq. qui pag. 629. etiam describit duas naues ex lapide candido, vnam Vlyssis in Corcyra, alteram Agamemnonis in Cassiopa Euboeae tum visendam, illam Ioui Casio, hanc Dianae consecratam. De praegrandi naui Claudii Caesaris meminit Plinius III. 16. histor. natur. Demetrii *ἐκκαίδεκκῆρης* et *πεντεκαίδεκκῆρης* celebrantur a Diodoro Siculo lib. 20. et Plutarcho in Demetrio p. 897. 910. Omitto quae de Persei nauis sedecim ordinum habet Eutropius lib. 4. c. 8. De alia nauis a trecentis remigibus agitata Ammianus XVII. 3. Confer Fabii Vigilii epitomen illustrium nauium apud Franciscum Maurolycium lib. 1. Sicanicae historiae tom. 4. thesauri Italiae p. 31 sqq. *Πεντηκοντήρης* Mauritii Imp. refertur a Theophylacto Simocatta IV. 1. hist. *Πεντηκοντοκόροι*, actuariae quinquaginta remorum Polyb. lib. 1. cap. 73. De praegrandi Venetorum nauis cui nomen *Κόσμος* siue *Mundus*, vide sis Nicetam in Alexio Angelo Comneno III. 9 p. 347. Veneres in nauibus suis duplici et vtrinque aptato gubernaculo vsos obseruat Lipsius

⁸ Journal des Savans 1721. Dec. pag. 676. et 1723. pag. 655 sqq. Memoires de Trevoux 1722. pag. 1347. Contra vide Mr. Barras de la Penne, Journ. des Sav. 1728. Mars, pag. 398. Mem. de Trev. 1729. p. 123. 1730. p. 919 sqq. P. Sanadon, Mem. de Trev. 1722. p. 1519 sqq. de la Maugetaye ib. p. 1748 sqq.

pius ad Tacitum pag. 82. et antiquissimos populos aulos longinquo- res navigationes vel certe non minus remotas suscipere quam eos quos sequior aetas tulit, exemplis aliquot demonstrat Huetius in diss. de navigatione Salomonis. Amst. 1698. 8. et in supplemento Criticorum sacrorum edito Francofurti fol. Naui, quae remis ducitur, ζῶον πολύπους audit Synesio Epist. 147. p. 285. De ratibus, quibus maxima onera et insanas obeliscorum moles transportarunt veteres, differunt Kircherus in obelisco Pamphilio et tomo 2. Oedipi parte 2. pag. 315 sq. et Mich. Angelus Chaussaenus in epistola de Columna Antonini Pii recens inuenta Romae in campo Martio, in Ephemeridibus literariis Paris. A. 1704. tom. 2. p. 540. Naues in Indico atque Aethiopico mari restibus olim colligatae non pice vel clavis, ob ferri penuriam, vsumque a Romanis interdictum, non ob scopulos e magnete. Vide Procopium lib. 1. de bello Persico cap. 19. pag. 58 sq. Ancorae lapideae Argonautarum mentio fit in Arriani periplo Ponti Euxini p. 121. Maximae Graecorum naues belli Troiani tempore vix centum viginti viros capiebant. Corinthios autem primos vsos esse triremibus Thucydides auctor est. Successu temporis maiores naues passim aedificatae sunt. Vide Ben. Aueranii diss. 13. ad Euripidem. Mare primum ingredi et classem parare instituerunt Romani A. V. C. 261. L. Valerio Flacco et T. Otacilio Crasso coff. Vide Polybium lib. 1. cap. 20. Iidem in bello Punico primo quum antea nunquam naualem pugnam fuissent experti, tantum exemplo Carthaginiensium et aemulatione profecerunt, vt illis etiam superiores euaserint, licet per tempestates et proelia in eodem bello, quod per XXI. annos durauit, amiserint quinque-remes ferme septingentas, Carthaginienses fere quingentas. Itaque Polybius lib. 1. cap. 63. proelia naualia Antigoni, Ptolemaei, Demetrii, vel etiam Persarum in Graecos, et Atheniensium ac Lacedaemoniorum inter sese proelia maritimam cum illis conferens nihil par nihil secundum fuisse profitetur. De die praetoria naui, ναυαρχίς, conspicua erat σημεῖον, insigni; Appianus 5 Ciuil. fol. 703. sed de nocte λαμπτήρις siue luce, vt de naui Caesaris idem Appianus 2 Ciuil. fol. 483. Adde Virgilium Aeneid. II. 256. Dionem XLIX. p. 402. (581. R.) Fabrettum pag. 118. ad columnam Traianam. Naues ipsas per terram transportatas, si mari prohiberentur, docent Meursius in Panathenaeis p. 30 sq. et Huetius in laudata dissertatione, conf. Michaelis Ducae historiam Byzantinam pag. 152 sq. De more 3. Id. Nouembr. maria claudendi et post πανδυσιάν hiemalem iterum aperiendi Bacchanalibus vel 6 Idus Martii consulendi sunt viri docti ad Vegetium IV. 39. Meursius ad Constantinum Porphyrogennetam de administrando imperio pag. 6 sq. Iac. Haeaeus in diatriba de mensibus itineris Paullini, Bibl. Brem. Fascic. 1.

p. 27 sq. Theodoritus epistola 61. Casaubonus ad Aeneae cap. 17. p. 1741. et Vincentius Bellouacensis IV. 40. speculi naturalis, ex Vegetii V. 9. qui testatur, natalem nauigationis sollempni certamine publicoque multarum gentium spectaculo celebratum esse. De testudine nauali vide Stephanum p. 89. ad Saxonem Gramm. De nauibus e corio confutis idem pag. 65 sq. et Georgius Paschius p. 660. inuent. nouantiq. Nauigiorum corio circumfutorum mentio apud Plinium IV. 16. quibus vsi sunt Britanni. Adde Caesarem lib. 1. de bello ciuili cap. 54. Lucanum IV. 130 sqq. Isidor. XIX, 1. De nauigiis ex pellibus Xenophon expeditionis Cyri lib. 1. p. 257. Nauium papyracearum mentio apud Plinium VI. 22. De Aegyptiorum nauibus ex papyro Louan. IV. 136. Vrsinus Analect. vol. 2. pag. 68. Vitringa in Iesaiam tom. 1. pag. 518. Schultenius in Iobum pag. 256. Vngerus in dissert. de papyri frutice §. 16 et 22. Iunius de pictura veterum P. 2. p. 5. et Bibliotheca Bremensis tom. 5. pag. 565 sqq. et tom. 6. pag. 299 sqq. De nauibus sculptis Historia miscella XVIII. 31. De nauibus incendiariis Cangius p. 305. ad Villeharduinum, et glossario in *chelandria*. Earum descriptionem habes in Mich. Casp. Lundorpii continuatione Sleidani tom. 2. pag. 607. Lusoriae 9 naues expeditae et passim circumuectando ludentes ad hostes obseruandos prohibendosque, de quibus Cangius in *Lusoria*, et Salmasius ad Vopisci Proculum f. 475 sq. Secundo vento nauis dicitur intra horae spatium conficere posse octo millia passuum, vt obseruat Io. Brodaeus lib. 4. Miscell. c. 5. conf. If. Vossium in variis obseru. pag. 127. De *parasemo* nauium, quod in prora, et de *tutela*, quae in puppi, vide praeter Grotium et alios eruditos interpretes ad Acta Apost. XXVIII. 11. Yuonis Viliomari siue Iosephi Scaligeri animaduers. ad Robertum Titium pag. 139 sq. et ad Euseb. pag. 40. Salmasium p. 403. ad Solinum, vbi inter alia ostendit eandem rem quandoque tutelam et insigne fuisse, Franciscum Iunium de pictura veterum p. 92. edit. secundae: Muretum in variis lectionibus lib. 10. cap. 19. Pet. Pithoei opuscula in 4. edita p. 768. Bourdelotium ad Heliodorum pag. 88. Cangium ad Alexiadem pag. 377. Bochartum in Chanaan lib. 2. cap. 3. et Petri Kunzii dissert. de vexillo nauis Alexandrinae, qua Paullus in Italiam vectus est. Ienae 1734. De more deducendorum supparorum siue carbarum aplustriumque demittendorum, (*die Segel streichen*) in honorem salutationis vt Hollandicae naues coram Anglicis ex artic. quarto pacis Westmonasteriensis A. 1674. et officium ad locum insignem Appiani V. Ciuil. fol. 703. videndus Georg. Casp. Kirchmaierus in dissert. de Thalassocrate Minoe cap. 2. Witteb.

1698.

9 Seneca VII. 20. de beneficiis: *Tyranno triremes et aeratas non mitterem; lusorias et cubiculatas et alia ludibria Regum in mari lasciuientium mittam.*

1698. Nauigiorum nostrae aetatis varia genera breuiter exponit Wagenfeilius in pera librorum iuuenilium tom. 2. pag. 43 sq. Rem nauticam recentis aetatis cum antiqua confert Secundus Lancellottus in libro, cui titulus: Phoggidi Tom. 2. pag. 330 sqq. Antiquitatum rei nauticae ex fabulis erutae specimen edidit Ioan. Amnelius, Graec. Ling. Prof. Vpsal. 1658. De nauibus Turcicis Tho. Hyde ad itinera Mundi; Abraami Peritzol, pag. 80 sq. De artificio inflatis super vtribus traiciendi maria, vide ad Suetonium in Caesare cap. 57. Florum III. 5. 16. Nicetam Choniatem in Manuele Coraneno lib. 2. c. 7. vbi de Scythis Istrum traicientibus, et Christ. Gottl. Schwartzii dissert. de collegio vtriculariorum, Altorfii 1714. recusatam in eius Miscellaneis politioris humanitatis p. 27 sqq. et alteram eiusdem Schwarzii ibid. 1719. editam, quae inscribitur; doctrinae antiquariae capita quaedam, capite secundo. Hispanorum consuetudo omnium, vt sine vtribus ad exercitum non eant. Caesar de bello civ. I. 48. Non dissimile commentum hydraspis singulari libro descripta ab inuentore, Clarissimo Wagenfeilio. Altdorfii 1690. 4. Iconem nauigii ex pellibus lupi marini inflatis, qua vtuntur Indi, vide ad calcem itineris Frezierii, icone XI. Anno 1724. mense Februario Hamburgi fuit, qui vtribus inflatam nauem insidens in flumine veheretur. De vrinatoribus eorumque vsu in bellis naualibus agit Reinesius Inscript. pag. 622. qui etiam ibid. pag. 307. de coetibus et conciliis nauiculariorum.

VII. Superest de militia *pedestri* vt nonnulla subiungamus, in qua diu maximum robur apud Romanos fuit, vnde *milites* pro peditibus κατ' ἐξοχήν poni obseruat Gronouius ad Liv. 26. 19. Boeclerus ad Velleium, etc. Alii ex illis vocabantur *primani*, *antesignani*, *prosignani* alii *postsignani*, vide Lipsium lib. 4. cap. 3. de militia Romana: alii *praecursores* Liv. 26. 17. siue *vorarii*, qui ante grauem armaturam prodibant, vt ros ante imbrem, γεοσφομάχοι *velites* siue leuis armaturae milites tum *hastati*, κοτροφόοι *sagittarii*, *funditores*, de quibus vide Ciacconium ad columnam Traiani n. 205. Bochartum Hierozoic. I. 460. et Hilscherum pag. 85 sq. in vita Goliathi, *trangularii*, *ballistarii*, *iaculatores* e Balearibus, Cretensibus, Numidis: hinc *principes*, ac denique *triarii*. Conf. Lipsium lib. 2. de militia Romana c. 1. et in analectis ad lib. 3. cap. 1. *Vexillarii* legionum erant non triarii vt Salmasius ad Vopiscum, sed quibus non plena missio concessa, quique licet exauctorati et a legione seiuncti essent, tamen sub vexillis seorsim retinebantur in exercitu, donec deducerentur in coloniam, aut praemia acciperent. Vide Octav. Ferrarium lib. 1. cap. 3. electorum. Aliam proposuit senten-

tiam Ioan. Aug. Ernesti excursu primo ad Tacitum de vexillariis, qui insertus est tomo I. commentar. societatis scientiar. Goettingensis pag. 291 sqq. Is enim affirmat, vexillarios fuisse tirones in legionibus, eisdemque, qui olim hastati. *Mirmillones* galeati et inter pugnandum subsidentes, poplitiibusque se excipientes. id. Ferrarius II. 14. De *auxiliaribus* copiis, *sociis*, *extraordinariis*, *ablectis*, *alaribus*, idem Lipsius lib. 2. cap. 7. et Iul. Caesar Bulengerus de imperio Romano p. 372 sq. Velitis, hastati, principis, triarii et equitis iconem cum armis suis habes tomo 10. antiq. Roman. pag. 869. De Triariis confer Ciacconium ad columnam Traiani n. 203. De tesserariis, qui tesseram militarem per militum contubernia nuntiabant, Lipsium ad Taciti Histor. lib. 1. cap. 34. De militibus, qui *antecessores* dicebantur, eorumque ab antesignanis, rorariis et antepilanis discrimine differit Car. Frider. Walchius in ICto anceessore. Ienae 1752. 8. pag. 8 sqq. Disponebantur pedites in centurias, decuriasque, quemadmodum equites in Turmas: *Globus* siue *drungus* vocatur qui separatus ab acie vago superuentu incurSAT inimicos, vt docet Vegetius III. 9. De *manipulis*, cohortibus, spiris, phalangiibus, cateruis videatur Wolfgangus Lazius lib. 6. de Republica Romana, Alexander ab Alexandro I. 5. Lipsius II. 2 et 4. De *cohortibus* vide Ratbodi Herm. Schelii dissertationem tom. 10. thesauri Graeuiani p. 1277. Earum nomina ordine alphabetico ex numis et inscriptionibus antiquis refert Goltzius pag. 178 sqq. thesauri rei antiquariae; et alia ad rem militarem spectantia pag. 141 sqq. De cohorte Italica et Augusta dissertationem edidit Christi. Gottl. Schwarzius Altorfii 1720. De *legionum* numero, ordine et nominibus agunt idem Lazius lib. 5. prolixè et diligentissime. Lipsius lib. 2. c. 5. Franciscus Robortellus de legionibus Romanorum ad locum Dionis Cassii lib. 55. Bonon. 1559. Io. Henr. Boeclerus de legione Romana, Argentor. 1670. et tomo 2. disp. p. 541. Eius diss. vna cum Robertello et praeclaros Francisci Patricii ¹⁰ opere, quod Lipsius hinc inde sequutus esse dicitur, et Ferrariae 1583. 4. prodiit sub titulo: *La militia Romana di Polybio, di Tito Livio, et di Dionysio Alicarnasseo dichiarata et con varie figure illustrata.* Ludolphus vero Neocorus ex Italica editione Rom. 1594. fol. Latine vertit, recusa exstant tom. 10. antiquitat. Romanarum Graeuii. Hubertus item Goltzius in thesauro rei antiquariae p. 152 sqq. Bandurius in numos Gal-

lieni

¹⁰ Diuersum ab hoc est eiusdem Patricii opus, quod itidem lucem vidit Italice Romae 1594. fol. atque inscribitur: *Paralleli militari, ne' quali si fa paragone delle milizie antiche in tutti le parti loro con le moderne.* Sigillatim de militia veter. Gallor. exstat praeclarum opus *Gabrielis Danielis*, S. F. L'Histoire de la Milice Françoise et des changemens, qui s'y sont faits. Paris. 1721. 4. 2 Voll. et Amstelod. 1723.

lieni tom. 1. p. 166 sqq. Claudius Salmasius de re militari Roman. cap. 6. Iustus Lipsius de militia Rom. lib. 2. dial. 5. et Guilielmus Musgravius in epistola de legionibus Romanis, inserta Transactionibus philosophicis vol. 80. pag. 28 sqq. et eiusdem Musgrauii antiquitatibus Britanno-Belgicis vol. 4. pag. 33 sqq. Iscae Dunmuniar. 1720. 8. Vniuerso exercitui praeerat *Imperator*, de quo Lipsius lib. 2. cap. 12. et Aegid. Strauchius in dissert. de Imperatore, siue, duce exercitus R. summo: Witteb. 1659. triplicem vero significationem huius vocabuli obseruat Ferrarius lib. 6. de acclamationibus veterum cap. 8. tomo 6. Graev. Accipitur enim vel pro Duce vel pro Victore vel pro Rege. Imperatoribus siue ducibus tribuebantur *legati*, qui singulis praeerant legionibus, vide Raphaellem Fabretum ad columnam Traiani pag. 9. Lipsium II. 11. Quemadmodum Dictatori aderat Magister equitum consulari potestate, ita singulis legionibus sub illo, quem dixi, legato erant *tribuni* militum siue singularum cohortium praefecti, quas in singulis legionibus fenas fuisse obseruat Lipsius II. 9. Sub praefectis erant *ducenarii*, qui ducentis militibus praeerant, vel *centuriones*, de quibus agit Scipio Maffei Veronae illustratae part. 1. p. 211. et quorum primus, qui aquilae praeerat vocabatur *primipilus*, vide Lipsium II. 8. Sub centurionibus erant *optiones* siue subcenturiones, *vragi* et *decuriones*, ne dicamus de *manipulariis*, qui praeerant manipulo, vel de *praefectis Castrorum*, qui locandis castris curam impendebant, vel de *quaestoribus* et praefectis aerarii bellici: aut de *praefectis Dendrophorum* et *fabrorum*, qui curam habebant caedendorum lignorum ad palos faciendos, ferramentorumque: tum de *tubicinibus*, *euocatoribus*, *medicis*, *beneficiariis*, *corniculariis*, *tesserariis*, *circitoribus* aliisque gregariis peditibus. Confer Suidam in *ἐπὶ τὰ πρῶτα*, Lazium lib. 4. de Rep. Romana et Fabretum ad columnam Traianam. *Exarchi* dicebantur praefecti seu ductores alicuius agminis militum, in prouincia aliqua delectorum. Quae vero sub Exarcho erat multitudo, et modo maior modo minor esse poterat, numerus vocabatur. Vide Marmora Taurinensia P. 2. pag. 53. Quod ad *aciem* attinet ordinemque agminis et *castrorum* praeter ea, quae ad Polybii librum 6. notarunt Patricius ac Lipsius, videndus Henricus Sauilius, libro de militia Romana, qui ex Anglico versus latine prodiit Heidelbergae apud Commelin. A. 1601. 8. praecipue Ratbodus Hermannus Schelius ad Hyginum Gromaticum Amst. 1660. 4. et tomo 10. thesauri Graeuiani, in quo praeter Patricium occurrit etiam Petri Rami liber de militia Iulii Caesaris ex edit. Francof. 1584. 8. Guilielmi Spiceri liber anglice editus: *The plan of a Roman camp prov'd out of Polybius*. Londini 1727. et Salmasii liber postumus de militia Romanorum, ex editione Lugd. Batav. 1657. 4. Hic plu-

ribus ostendit non vnam eandemque militiae rationem sub Republica et Caesaribus, sed pro temporum varietate itidem variam, longeque diuersam obtinuisse: quo nomine et Vegetium reprehenderat Lipsius, quod sui et superioris aevi instituta miscet ac confundit, et ab ea culpa nec Liuium immunem esse docet Salmasius. Sub imperatoribus militia triplex, vna honoratissima Palatina in palatio imperatorum: secunda castrensis siue armata, et tertia cohortalis, eorum qui in officio praefectorum ac praesidum militabant. Valefius ad Sozom. V. 4. De acie apud Graecos videnda Aeneae et Aeliani tactica virorum doctorum notis illustrata. De *πυρφόρω* praecedente exercitum, Raynaudus tomo 8. Opp. pag. 376.

VIII. De Elephantorum et Camelorum vsu in bello videatur Hermanus Hugo lib. 1. de militia equestri cap. 5. Georg. Christoph. Petri ab Hartenfels in elephantographia. cap. 3. Erford. 1715. 4. Io. Harduinus ad Plinii lib. 8. cap. 7. 8. et 18. Dan. Lanmeri dissert. de elephantis et eorum ad bellum apparatu. Aboae 1709. 8. et Gisb. Cuperus exercitationibus duabus de elephantis in numis, tom. 3. thesauri Sallengriani. De canum vsu in bello vide Plinium VIII. 40. et ibi Harduinum. De machinis bellicis consulenda Arhenaei Mechanici, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heronisque scripta graece et latine iunctim edita: tum Stewechius ad Vegetium, Felix Osius in Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tom. 3. pag. 1083 - 1093. Anonymus ad Theophanem p. 434. et Rigaltius ad Onofandrum pag. 69 sqq. De catapulta Ludov. Mascardus in Museo parte 1. lib. 3. cap. vltimo. De petraria siue ballista lapides vegrandes iacente Frider. Lindenbrogius p. 357 ad Paulum Warnefridum. De ariete Turnebus Aduersar. XXII. 21 sq. Montfauconus tom. 4. supplem. pag. 33 sq. Gorionides V. 15. et Ciacconius ad columnam Traiani n. 150. et de carobalista n. 171. De ariete Heilbrunnensi 80 fere pedum longitudine, sylloge epistolarum Burmanniana tom. 2. p. 192. De Agrippae harpagine Appianus 5. ciuil. fol. 739. aduersus illud armorum genus postea institutum *δέππαινον δόρασι περιδέσθαι*. idem. De helopoli Grotius ad 1. Macc. XIII. 43, 44. et Ammianus lib. 23. cap. 5. De aggeribus Ezech. Spanhemius ad Iuliani orat. 1. pag. 190 sq. et Anton. Thyfius de oppugnat. vrbium p. 169. De vallis murisque limitum memorabilibus (Landswehren) Ioan. Andr. Doederlein in antiquitatibus Romanis Nordgauensibus. Weissenburg. 1731. 4. De turribus oppugnationi vrbium admoueri solitis praeter Vegetium lib. 4. cap. 17. Caesarem de B. G. 2, 30. Liuium 21, 11. Ammianum Marcellinum 20, 11. Cangius glossar. in *belfredus* et *tristega*, et Barthius pag. 362. ad Guilielm. Britonem. De turribus mobilibus, quae
rotis

rotis feruntur, Vitruuius X. 19. pag. 231. ex Athenaeo de machinis fol. 4. adde Heronem iunior. de machinis bellicis c. 13. De oppugnatione urbium et castrorum post veteres Philonem, Athenaeum etc. ex instituto agit Lipsius in poliorecticis et Petrus Ramus de militia Iulii Caesaris parte 3. tomo 10. antiquitat. Romanarum p. 1587 sq. qui de propugnatione urbium et munitamentorum aduersus hostes agit pag. 1596 sq. De obsidione maritimarum urbium nauali vide Schefferum de militia nauali cap. 7. De castris, praesidiis, metaturis, excubiis, vigiliis, stationibus, circuitione, praeter Patricium et Robortellum, et Henr. Sauilium adeundus liber 5. Lipsii de militia Romanorum. Nec parum ad totam illam rem intelligendam conferent icones, quae occurrunt tomo 10. antiquit. Rom. pag. 905 et 927. quo in tomo Hygini quoque Gromaticae occurrunt, cum luculentis commentariis Radbodi Hermanni Schelii, qui et praeterea egit de sacramentis militum, de custodia castrorum, de stipendio militari, frumento, veste et victu militum, tributo atque aerario, denique de itinere et telis legionum. Castrametationem primus Romanos docuit Pyrrhus, vt notat Plutarchus in Hannibale. De vigiliis militum Rom. confer Laur. Arrhenii dissertationem. Vpsal. 1726. 4. De vario hastae apud veteres vsu vide Ioannis Alstorpii librum postumum de hastis veterum. Amstelod. 1757. 4. Ioan. Gideonis Gellii obseruationem in tomo 9. Misc. Lips. p. 25 sqq. et de iure hastarum Ioan. Nic. Funccii dissert. tomo 2. symbol. litter. Bremens. pag. 193 sqq. Descriptionem poeticam hastae, ensis, cassidis a Marco Alexandro Bodio deprehendes tom. 1. deliciar. poetar. Scotorum, pag. 202 sqq. De armis aereis vide Angeli Mariae Riccii dissert. Homeric. Vol. 1. pag. 157. Florentiae 1740. 4. De Francorum veterum gladio cum balteo, securi et framea differit Chiffletius anastaf. Childerici cap. 14. pag. 196 sqq. vbi etiam de similibus armis Romanorum ex columna Traiani. De armis veterum Britannorum vide Thom. Hearne N. 393. Transaction. philosophic. et Beniam. Motte tom. 2. pag. 70 sqq. De praeparatione ad proelia ipsaque pugna victoria et clade vide praeter Lipsium aliosque, qui de militia scripserunt, Dilherrum disputat. acad. tom. 1. disp. 19. De modo pugnandi ex curru differit etiam Cluuerius pag. 305. Germaniae antiquae. Curruum falcatorum siue *currodnepanorum*¹¹ (δρεπανηφόρα τέλειππα vocat Suidas) rationem praeter Schefferum libro de re vehiculari veterum, Stewechium ad Vegetium 3, 34. Henr. Snakenborgium ad Curtium lib. 4. cap. 9. Raderum ad eundem lib. 4. cap. 22. et Hugonem de militia equestri lib. 1. cap. 6. rectius et felicius explicauit Iac. Perizonius V. C. in Curtio aduersus Io. Clericum vindicato pag. 163 sq. Vide et Interpretes

B b 3

ad

¹¹ De falcatis nauibus siue falcibus nauium vide Stephanium pag. 88 sq. ad Saxonem Grammaticum.

ad Iudic. I. 19. et IV. Bonifacium XVII. 4. hist. ludicrae, Briffonium de re-
 gno Perf. III. p. 384 sq. et Guidonem Pancirollum in appendice de rebus
 bellicis, quam libro de magistratibus municipalibus ad calcem Notitiae digni-
 tatum vtriusque imperii a se illustratae subiunxit. Ἀρματος ἰδρεπανοφόρου
 quoque mentio est apud Heliodorum IX. pag. 430. vbi Bourdelotius annotat,
 multa de curribus falcatis tradidisse Durerum ex antiquis. De curruum vsu
 in bellis vide Frider. Adolph. Lampium in exercitationibus ad Psalm. XLV.
 pag. 179 sqq. De curribus bellicis in oriente vsitatis consule dissertationem
 Christoph. Schultzii, praeside Ioan. Christoph. Wichmannshausen, habitam
 Witteb. 1722. Eiusdem Schultzii dissert. de ciuitatibus curruum, siue curri-
 bus et equis disponendis a Salomone destinatis 2 Paral. IX. 25. ibid. eodem,
 et Ioan. Dav. Michaelis praelectionem de hoc argumento recitatam in Regia
 scientiar. societate Goettingensi, quae recensetur in Nouis litterariis Goettin-
 gensibus A. 1759. pag. 913. Cuniculos deprehendendi rationem per sonum
 aerei scuti a fabro quodam aerario inuentam exponit Herodotus lib. IV. 200.
 De muricibus ferreis siue tribulis quos fugientes spargere solebant, vt hostium
 insequentium pedes laederent vide Menagium Origg. Gall. in *chausse trape*,
 et de cuniculis in *Mine*. Stili coeci alii tribuli siue murices ferrei (Fussangel)
 ante castra confiti memorantur a Caesare lib. 7. de bello Gallico cap. 73.
 Hirtio bell. Afr. cap. 31. Confer Rupertum ad Valerium Maximum
 p. 248. Tentoria fuerunt vel ex pellibus; confer C. S. Schurfleischii dissert.
 de Paulo σκηνοποιῶν ad Actor. XVIII. 3. Witteb. 1674. et Aringhum p. 248.
 Romae subterraneae; vel ex ciliciis, vt Arabes scenitae, de quibus Pli-
 nius VI. 28. De armatura et apparatu hodiernae militiae exstat dissertatio
 Ioan. Christi. Leonhardi, Lips. 1711. De Strategematis Polyaeus e Grae-
 cis et e Latinis Frontinus.

IX. Moses manum attollens Exodi XVII. 18. vexillum erexisse dicitur
 a Ioan. Gothofr. Lakemachero observ. philolog. parte IV. 1. Ceterum de
 vexillis Hebraeorum consulantur Goodwinus in Mose et Aarone lib. 6. c. 8.
 et ad eundem Carpzouius p. 667 sq. et quos ille allegat, Arnoldus Boothius
 animaduersion. sacr. lib. 1. cap. 5 sqq. et Wilh. Ern. Ewaldus Emblem. sacr.
 lib. 1. exercit. 3. pag. 25 sqq. tum Bochartus Hieroz. P. 1. lib. 3. cap. 5.
 Fesselius aduersar. sacr. tom. 1. lib. 5. cap. 7. §. 15. et Ursinus analect. sacr.
 P. 1. pag. 84. et Henr. Iac. a Bashuysen de vexillo Christi inter gentes erecto.
 Seruestae 1717. De Graecorum signis et vexillis vide Pfeifferum A. Gr.
 lib. 3. cap. 25. Apud Romanos Romulus primum manipulo foeni vsus est
 loco vexilli, vnde milites eiusdem signi manipulares dicti sunt, vt praeter

Ouidium 3. Fastor. docet Aurelius Victor de origine gentis Rom. cap. 22. Legionis signum deinde Romanis fuit *aquila*¹², de qua Adr. Iunius III. 2. animaduers. Harduinus ad Plin. X. 4. tom. 2. pag. 394. ed. in forma quadripartita, vbi etiam de *lupis, minotauris, equis aprisque*. Eberh. Rud. Rothius in exercitatione historica de antiquissimo et adhuc durante Romanorum signo aquila. Ienae 1669. 4. et Guil. Musgravius¹³ in dissertatione inserta vol. 28. transactionum philosophic. pag. 145 sqq. et apud Beniam. Motte tom. 2. 2. p. 25 sqq. in qua aquilas Romanorum non aureas nec argenteas, sed ingenti conspicuas mole inauratas aut argentatas fuisse disputat. Aquila fulmini insitens cum oraculo in rostro conspicitur apud Montfauconium tom. 2. supplem. tab. XXI. De S. R. I. aquila bicipite confer praeter laudatum Rothium Frider. Christ. Rami aquilarum imperii bigam. Lemgouiae 1716. 4. Ioan. Petri de Ludewig obseruat. de Brandenburgica aquila bicipite, imperialis auctore et origine, tom. 7. eius Reliquiar. manuscriptor. n. 6. Gottl. Sam. Treueri dissert. Ludewigio oppositam de vera aquilae imperii Romano germanici origine. Helmst. 1726. recus. Goettingae 1753. et Ern. Io. Frid. Manzelii diff. de aquila S. R. G. I. bicipite. Rostoch. 1724. Cohortis manipulorum *vexillum*¹⁴ vel *signum*, equitum *dracones*, Sidonio *angues textiles*, conf. Lazium lib. 7. de Rep. Romana, Woweranum ad Sidonium p. 487. Henr. Speelmanni aspilogiam pag. 14 sqq. Lipsium lib. 4. de re militari Romanorum, cap. 3. 5. 9. vbi multa de signorum cultu, forma, religione; vide et Daufquii notas ad Silium p. 248 sq. et 291. et eundem Lipsium in libris de cruce; vbi praecipue de *labaro* cruciformi, quod Constantinus M. instituit, Hugonem lib. 2. de militia equestri cap. 4. Mich. Ang. Causeum (de la Chauffe) Parisiensem de signis militaribus, cuius diatriba habetur tomo 10. antiquit. Roman. p. 1528. De labaro, quod aliis etiam gentibus, et Romanis ante Constantinum Imperatoribus vsitatum fuisse obseruat Harduinus p. 378. de numis vrbium agit etiam Gretserus tom. 1. de cruce lib. 2. Octavius Ferrarius lib. 1. cap. 2. elector. et de signis cohortium cap. 4. Dictum labarum a labore quod laboribus exsoluat, *καμάτων λυτήριον*, si fides Nazianzeno Orat. III. p. 75. vbi elegans vexillorum Romanorum descriptio quae *ἡ δισόντε ὄμῃ καὶ Φρικτὸν θεάμα* ipsi appellantur. Recentior aetas *βαίνδον* dixit. Vide Cangii glossar. hac voce. De vexillariis militibus diximus supra p. 82 I

et

¹² Aquila aurea peltae insidens signum regale Persis, quo Cyrus vsus est teste Xenophonte lib. 7. exped. Cyri. Briffon. III. p. 426.

¹³ Memoriae Treuoltinae 1714. p. 2181. Acta Eruditor. 1727. p. 255.

¹⁴ De cantabro, quod a vexillo, vt species a genere, diuersum fuit, vide scriptores a Io. Ern. Imman. Walchio ad Cellarii compend. A. R. p. 293. not. i) citatos.

et de draconariis p. 815. Gregorius quoque Michaelis in notis ad Gaffarellæ curiositates inauditas singulare syntagma de veterum vexillis promisit sed quod hætenus editum non est. Vide interim Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro IV. 2. Theodorum Hoepingium de armorum et insignium iure cap. 17. pag. 833 sq. Ioan. Michaellem Weinrichium diss. de vexillis et vexilliferis, Erfurt. 1710. 4. Benetoni de Perrin dissert. de signis militari- bus, in primis Gallorum, infertam Mercurio gallico A. 1735. p. 261 et 1050. et Stephani Claudii Benetoni commentat. de signis militaribus præcipuarum gentium præsertim Gallorum. Paris. 1742. 8. Ex aerario, quod erat in tem- plo Saturni, post bellum indictum vexilla petebant quaestores. Vide Li- uium III. 69. et ibi notam H. Valesii, vbi et signa veterum Gallorum Infu- brum, et labarum siue ¹⁵ auriflammeum Francorum in templo seruatum do- cet. De vexillis Regum Franciæ vide Io. Iac. Chiffletium in Opp. historicis p. 231 sqq. et Cangium in *auriflamma*, *Cornettus*. De auspicio ex acumini- bus, quibus aquilæ et signa terræ infigebantur, vide Geuartium lib. 1. Electorum cap. 2. et Pierii Hieroglyphic. XLII. cap. 88. Vexillorum varias figuras ex antiquis sigillis exhibet Io. Mich. Heineccius libro de sigillis p. 299. cui adde p. 129. et Henr. Speelmannus in aspilogia p. 15 sqq. Picta vexilla draconum, Iuretus fol. 900. ad lib. 4. Paullini de vita S. Martini tom. 8. Bibl. Patrum. Dacorum vexillum, labarum et draco. Columna Traiana n. 134. 137. 193. 199. De standaro siue carrocio ¹⁶ quo pro vexillo vsi sunt sequioribus temporibus Mediolanenses et alii Italiæ populi vide Cangii glos- sar. et Tenzelii Bibl. curios. tom. 1. pag. 669. qui imaginem quoque eius in aes incisam exhibet e Graeuii thesauro antiquitatum Italiæ, tomo 3. Adde si placet Petrum Lambecium in notis ad Baptistæ Platinae historiam Mantua- nam pag. 485 sq. tom. 4. thesauri Italiæ parte 2. p. 30. vbi aere descriptum videre licet carrocium Cremonense cum campana, et aliud Patauinum, vtrum- que diuersum ab eo quod Tenzelius exhibet. Patauinum etiam exstat in Francisci Scoti itinerario Italiæ italice edito. Patauii 1669. 8. post pag. 28. De Cremonensi conferatur præter iam laudatum Lambecium Giornale di Roma A. 1669. pag. 95. ex Macrorum Hierolexico, Felix Osius ad Alberti Mussati librum 8. histor. Henrici VII. Caesaris p. cxi. tom. 6. parte 2. thesauri Italiæ, Muratorii scriptores rerum Italicarum tom. 9. p. 759. vbi icon dupli- cis Carrocii, et p. 795 sq. vbi Parmenses et Cremonenses sollempni sibi ritu red-

¹⁵ De *auriflamma* videre iuuabit Cangii dissert. ad Ioinuillam.

¹⁶ *Standarum* vocatur apud Martene tom. 3. anecdot. pag. 391. Meibonium tom. 1. p. 420. *Carrocium* siue *Carrotium* idem vocabulum, quo nos Germanivtimur *Karrethe*, perinde vt carrus siue quarrus dicitur a quatuor rotis, quibus impositus vehitur.

reddentes Carrocia et pag. 1212. vbi descriptio Carrocii Patauini. Porro de Carrocio consule Vlrici Obrechtii academicam dissertat. 5. quae est de vexillo imperii. Pagium ad annum Christi 1162. n. 27. Ethelredum de bello Standardii tom. 1. decem scriptorum Angl. p. 339. Leibnitium tom. 3. num. 32. Philippi Bonanni Gabinetto harmonico, et Viri Consultissimi, Francisci von Som, Hamburgensis Reip. Archiuarii longe meritissimi, dissert. de Carrocio, praeside V. C. Eucharico Gottlieb Ringk habitam Altdorf. 1711. Pannoniorum vexillum σημαία μετέωρος, ἐπί τινος ἠνεμασμένη πωχέως καὶ ὑψιτενῆς ἰσθ̄ τετρασίῳ ὑπὸ τροχοῖς ἐλκομένη βοῶν ζεύγμασι. Nicetas in Manuele Comneno V. 3. qui et τῆς τοῦ Διονυσίου σημαίας διαρμα memorat. De imaginibus sacris et reliquiis in bello circumferri solitis vide Cangium ad Villeharduinum pag. 311. qui etiam de carrocio et vexillo imperiali pag. 309. 310. De Indorum et aliorum populorum signis Martinus de Roa part. 2. singulare S. Scripturae. De armis militum plura capite proximo, vbi de vestibus omnis generis. De stigmatibus siue notis militaribus agit praeter Grotium et Lydium supra p. 753. laudatos Lipsius lib. 1. cap. ultimo. Nox diuisa est in quadrantes siue trihoria vigiliarum, quae cornicine aut tubicine distinguebantur. Vide Scaligeri lectiones Aufonianas lib. 1. cap. 17. Drusii observ. sacr. X. 10. Lightfootum aliosque interpretes ad Matth. XIV. 25. Marci VI. 48. Luc. XII. 38. Strauchii breuiar. chronol. pag. 45 sq. Guisium et Surenhusium ad codicem Talmudic. Berachot cap. 1. Neocorum bibl. nov. libror. A. 1698. pag. 850 sq. Pfeiferi dec. 1. antiq. sacr. thesi 8. Wolfium Bibl. Hebr. tom. 3. pag. 205. Similiter diem quoque in quatuor custodiae trihoria diuisum esse notat Possinus ad Pachymerem tom. 1. pag. 428.

X. De triumphis veterum Romanorum ita egit Ioan. Barthol. Marlianus Rom. 1549. Venet. 1555. 4. vt Romanorum triumphos ordine chronologico recenseret, quod fecit etiam Tho. Lydiatus in serie summorum magistratum et triumphorum Romanorum, vt velut notiores Onuphrium ad librum 5. Fastorum, Sigonium et Pighium, Goltziumque in fastis omittamus. Onuphrii quoque de triumpho commentarius recusus est Helmst. cum notis Ioan. Hen. Maderi 1675. 4. Eiusdem Onuphrii descriptio triumphum Romanorum amplissimi ex lapidum monumentis inserta est tomo 9. thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani. Iulius quoque Caesar Bulengerus in tomo 2. variorum opusculorum librum singularem de spoliis bellicis, tropaeis, arcibus triumphalibus et pompa triumphum exhibet, qui tomo 11. antiq. Graecarum Gronouii recusus est. Illo in volumine leges etiam librum primum tom. 1. Pandectarum triumphalium Francisci Modii, in quo de triumphis et ouatione

veterum, maxime Romanorum agendum suscepit et capite 26. exhibet fastos triumphales ab V. C. vsque ad A. DCCLXIV. atque cap. 27 sq. differit de arcibus, columnis, obeliscis et pyramidibus triumphalibus. Quemadmodum libro 2. agit de triumphis et torneamentis hastiludiisque equestribus recentiorum. Francof. 1586. fol. Videndi praeterea *Alexander ab Alexandro* lib. 1. cap. 22. qui cap. 27. differit et de litteris et fascibus laureatis, nauibus laureatis et vittatis: *Guid. Pancirollus* in deperditis titulo 57. et ubi *Henr. Salmonibus*: *Io. Nicolai* liber de triumpho editus Frf. 1697. 12. *Martini de Guichardo* noctes Grantzouianae de antiquis triumphorum spectaculis. Amstel. 1661. 8. *Mich. Marollefi* dissertat. de triumphis Romanis quae subiecta est eius gallicae versioni profariae librorum Ouidii de Ponto, Paris. 1661. 8. pag. 480-492. *Benedictus Aueranus* dissert. XXIV. - XXIX. in *Liuium*, tom. 2. Oper. Florentiae 1716. fol. *Nicol. Cheualierius* in libro gallico: Remarques sur la piece antique de bronze trouvé à Rome. Amstelod. 1694. 8. p. 65 fqq. *Vesalius Mobachius* in dissertationibus de triumpho Romanorum. Alcumar. 1681. 8. et dissertationes *Ioan. Ern. Gebhardi*. Witteb. 1648. *Io. Christfr. Sagittarii*. Ienae 1649. et in eius otio Ienenfi pag. 400. *Io. Dav. Drabitii*. Lipsiae 1667. *Io. Henr. Arstenii*. Erford. 1685. *Christi. Fuchsi*. Witteb. 1692. *Ioan. Dav. Schieferdeckeri*. Lipsi. 1695 et 97. *Ioan. Conr. Ruperti*. Ienae 1702. *Laur. Arrhenii*. Vpsal. 1729. 8. et *Christi. Brunings*, adiecta eius compendio antiquitat. graecar. edit. repetitae Francof. ad Moen. 1745. 8. Solis consulibus et praetoribus fas fuit triumphare. Deinde etiam Pompeio bis concessum necdum senatori. vid. *Plurarchus* in Pompeio p. 625 sq. 630. D. Triumphus etiam legatis concessus est ex sententia eius, qui tenebat prouinciam. Vide *Dionem* p. 382. (558. R.) *Cornelius Balbus* vnus omnium non Romanus, sed Gadibus natus, triumphauit. vide *Plinium* V. 1. tom. 1. p. 544 sq. Quum Caesares rerum potiti essent, sibi solis insignem triumphii honorem tribuendum esse censentes ducibus post partam victoriam insignia tantum vel ornamenta triumphalia concesserunt, vide *Suetonium* in *Augusto* cap. 38. *Tacitum* *Annal.* 1, 71. et in *Agricola* cap. 40. *Schwarzium* ad *Plinii Paneg.* p. 460 et 569. et *Zach. Richteri* commentationem. Lipsi. 1752. 4. Sub *Iustiniano imp. Christiano* triumphauit *Belisarius*. De triumpho *Henrici I. imperatoris* vide *Goldastum* pag. 169 sq. ad *Eginhartum*. Imaginem triumphii Romani in aes incisam exhibent *Pitiscus* in *Suetonii Caesarem* c. 37. *Begerus* ad *Flori* lib. 2. cap. 12. et *Iacobus Lydius* de re militari Hebraeorum pag. 213. Triumphanti corona propter nimium pondus sustinebatur a tergo (non a carnifice vt ex loco *Plinii* male intellecto *Isidorus*) sed a seruo pu-

publico. Vide Ferrarium lib. 1. Elect. cap. 11. et Isaac. Casaubonum ad Suetonium p. 281. ed. Graevii. De albis equis quibus Camilli exemplo in triumphis vsi sunt Romani, Rupertum ad Florum pag. 110 sq. Camillum ideo in exilium missum esse legas apud Dionem LII. p. 472. (669. R.) De curru triumphali vide Henr. Norisii dissert. de numo Diocletiano cap. 5 et 6. tom. 1. thes. Sallengriani pag. 413 sq. et Sigeb. Hauercampum notis ad Tertulliani apologeticum cap. 33. p. 288. De licentia dictis et salibus perstringendi triumphantes, quae concessa erat militibus vide Nadalii dissertat. in ephemeridibus eruditis (Journal des Savans) A. 1725. mense Octobr. p. 400 sqq. tom. 2. histor. acad. inscriptionum pag. 136. et tom. 1. operum Nadalii iunctim editorum Paris. 1738. 12. pag. 145. Triumpho minus sollemnis erat *ouatio*, quanquam hanc quoque de sollemni triumpho quandoque vsurpatam obseruat Georg. Henr. Vrsinus in observ. Philolog. cap. 9. vbi plura de ouatione et eius etymo non protrita leges. De *spoliis opimis* Iouii Feretrio dicatis disputat Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 14. et Iac. Perizonius in observ. historicis, qui ex Liuiio aliisque notant illa proprie dicta fuisse opima spolia, quae imperator per se ab imperatore, rex a rege, dux a duce retulisset. De *tropaeis* Schacchus Myrothecio tertio cap. 23. Ioan. Franc. Madrius in praelectione de tropaeis, quae exstat tom. 3. collectionis opusculor. scientificor. et philologicor. pag. 318 sqq. Io. Frid. Hekelius in dissert. de tropaeis veterum. Rudolphopoli 1687. Adriani Deodati Stegeri dissert. de antiquissimis tropaeis P. R. Lipsiae 1738. et Petri Ekermanni dissertatio de tropaeis. Vpsal. 1743. Tropaea lignea posita *ἵνα ταχέως ἀφαινεύηται τὰ τῆς ἐχθρας ὑπομνήματα, ut inimiciarum documenta breui tempore abolerentur.* Diodor. Sicul. XIII. p. 154. Sacrosancta fuerunt et violanda a nemine, vide Fabricium ad Dionem p. 333. Sed tempore corrupta non reparare fas, vt notat Plutarchus quaest. Rom. 37. De *arcubus triumphalibus* agit Nicol. Bergierius lib. 2. de publicis viis imperii Romani cap. 40. Henr. Norisius Cenotaph. Pisan. dissert. 3. pag. 413. Ioan. Bapt. Cafalius de vrbis ac imperii R. splendore parte 2. cap. 1. et Lebrechtus Petrus Ploettnerus in commentatione de arcubus triumphalibus. Lips. 1750. 8. Cuiusmodi arcus in I. Caesaris honorem excitati rudera etiamnum conspiciuntur Rhemis, conf. Ephemerides Parisiens. A. 1678. p. 283. Alius Arausione, constructus olim in memoriam victoriae Marii et Catuli de Cimbris, quem omnes Romae exstantes magnitudine et praestantia vincere testatur Sponius in itinerario tomo 1. pag. 3. Romanos aere descriptos habes tomo 3. Graevii. De triumphali porta videatur Aringhus lib. 2. cap. 3. De *supplicationibus* ob victorias decretis agit Fuluius Vrsinus pag. 88. ad Caesarem, post fragmenta veter.

Historicorum. Quos bello ceperant Romani licet omnes in seruitutem redigerent, tamen cum omnibus non eodem modo actum est. Qui sponte concesserant victoribus, ponentes arma vocatique *dedititii*, specie aliqua libertatis utebantur, quin tamen obeundum consequi possent munus aut officium, cui quid honoris annexum videretur. Bello domiti et vocati *mancipes*, quasi manu capti, seruituti obnoxii detinebantur. Qui vero semel victi et libertate donati a dominorum imperio deficiebant, poena criminis multabantur, bestiis expositi, aut ad amphitheatri certamina destinati, deinde sub Christianis Imperatoribus ad triremes, et ad remigibus inseruendum. Per triumphum etiam vario discrimine ducebantur. Qui nobili genere orti, veluti Principes, Magistratus, vehebantur plaustris, sed praepostere, et tergo inuerso, si quando ex ignominia cum iis agendum videbatur: ceteri affectabantur pedibus; rebellesque post tergum manus vinctas habebant: inermes omnes. Vide Acta Eruditorum A. 1759. pag. 90 sq.

XI. De stipendio militari quod per 350 fere annos nullum fuit Romanis, iam supra dictum est, cap. 16. sectione 5. pag. 776. quemadmodum de poenis quoque cap. 15. sectione 15. p. 758. Sub imperatoribus non annuam modo et arma de publico milites accipiebant, sed vestes quoque. Vide Lindebrogium et Valesium ad Appiani XXI. 6. *Largitas Valentiniani Augusti* in disco argenteo Geneuae reperto illustrata dissertatione D. Abruziti apud Montfauconum tom. 6. supplementi tab. XXVIII. p. 51 sqq. Qui ab hoste sub iugum mitti se permiserant, non iterum a Romanis statim ad militiam, sed procul a patria, procul ab oppidis iussi hibernare. Vide Liuium XXVI. 1. qui de ritu illo ignominioso videndus III. 28. De militaribus donis Alexander ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquellus. Praemia et dona militaria, *τιμαί, δωρεαί, κόσμια* fuerunt torques, armillae, corollae cum laminis aureis, annuli etc. vide Rigaltium p. 61 sqq. ad Onofandrum. De diaeta atque victu militari veterum, coenis victorialibus, triumphalibus, donatiuis, congiariis Stuckius I. 21. Antiqu. Conuiual. De vacatione a militia, praeclara quaedam obseruat Lipsius lib. I. de milit. cap. 4. et ad lib. I. Annal. Taciti pag. 36 sq. vbi docet missionem militum aliam *honestam* fuisse post 20 annorum stipendium si pedites, post 10 annorum si equites, post 25 si nautae fuissent, quales exauetorati dicebantur *veterani*. Aliam missionem *caussariam* ob vitium, defectum, morbum: aliam *gratiosam* per gratiam et ambitum, aliam denique *ignominiosam* ob delictum et crimen. Confer eundem Lipsium I. 5. de milit. Romana cap. 19. et de missiciis militibus sigillatim Sponii Miscellanea p. 239 sqq. De decimatione, vicesimatione, centesima-

tesimatione militum vide notas ad Appianum pag. 750. edit. Blancardi. De vacationis petitione coram censoribus, insignis locus Plutarchi Pompeio p. 630. De *ταλαπειρίοις*, ad militiam ineptis vide Casaubonum ad Aeneae c. 10. p. 1730. De militibus emeritis et de valetudinariis in gratiam fauciorum vel emeritorum militum conditis confer Io. Pet. de Ludewig *Recht der Invalidenhäuser*. Frfti et Lipsi. 1707. 8. et in eius opusc. tom. 2. p. 254 sqq. De Augusta emerita, quam Augustus, quum emeritos milites dimitteret, condidit consulantur Scriptores a Fabricio ad Dionem p. 720. excitati. De horreis conditis vide Salmasium ad Spartiani Hadrianum fol. 26. De campestribus meditationibus siue exercitiis, *γυμνασίοις*, *μελέταις* differit Ezech. Spanhemius ad orat. 1. Iuliani p. 107 sqq. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. Gutherius de iure manium l. 2. cap. 3. et Stewechius ad Vegetii II. 14. De apparatu et armatura militiae hodiernae, commendanda tironibus I. Christ. Leonhardi diff. Lipsi. 1711. in qua ordines et nomina officiorum aliaque germanice et latine exponuntur. Bello affinia *duella*, quae susceperunt quidam tanto pereundi vel occidendi furore vt illa inituri areas quadratas lapidibus signarent quas exire nisi victo non licebat. Vide Stephanium pag. 106. ad Saxonem Grammaticum. Belli in compendium missi et duorum vel paucorum dimicationis euentu decisi exempla collegit Rupertus ad Florum p. 87 sq. Quum apud veteres praeparatio quaedam ad militiam, et rei bellicae quasi imago et pars quaedam esset venatio, pauca quaedam de eadem subiungenda duximus. Ex antiquis de ea commentati sunt Xenophon, Arrianus et Oppianus. E recentioribus conferantur Natalis Comitidis de ludis agresticis, praecipue vero de venatione libri 4. accuratius recusi Londini 1726. I. B. Crophius antiqu. Maced. lib. 2. cap. 3. Tomasius de donariis veterum c. 31. et Feithius in antiquitatibus Homericis, recusi tom. 6. thesauri Gronov. pag. 3711. Frider. Vlr. Stiffer in der Forst- und Jagdhistorie der Deutschen, edita Ienae 1737. 8. et auctius cum praefat. Heinr. Gottlieb Frankii recusa Lipsiae 1754. 8. et Beneton de Perrin in elogio historico venationis, Parisiis 1734. 12. gallice edito. De venatione circi consulendus Bulengeri liber de circo R. recusus tom. 9. thesauri Graeviani pag. 577. De venatione per aues rapaces Aristoteli, Plinio, Martiali, Aeliano, Firmico memorata vide Lil. Gyraldum dialogismo sexto tom. 2. thesauri critici Gruteriani p. 397 sq. Thomam Brown in Miscellaneis. Auctores rei accipitrariae, de quibus dixi lib. 1. Bibl. graecae cap. 25. et Ioan. Phil. Burggrauium p. 236. ad Conringium de corporum Germanor. habitus causis. Intermittam in Italia restituisse Rainaldum, Estensem, quum Fridericus Aenobarba magnam falconum copiam in Italiam intulerat, eaque res, vt nouitate sua placentes

solent, postea admodum increbuisse, ex Friderici II. de hac arte libello patet, quem Manfredus rex Siciliae auxisse dicitur. Vide Burmanni praefationem ad tom. 7. antiq. Italiae pag. 6. In oriente venationi etiam virgines indulgisse ostendit Zornius Bibl. antiquarioexeg. p. 668. De origine iuris venandi confer Io. Guil. Goebelii disputationem Helmstad. 1717. editam, quae variis accessionibus aucta, et cum Henr. Gottlieb Frankii disquisit. proemiali de poenis in ferarum fures et vniuersi apparatus venatorii per veteres Germanor. leges statutis recusa est Helmstad. 1740. 4. Huius diatribae pars altera euulgata est ibid. 1743. 4. In hisce diatribis idem Goebelius agit de aucupio, de quo etiam conferantur Bulengerus lib. cit. Bochartus Hierozoic. P. 1. pag. 17. et P. 2. pag. 270 sqq. Vossius de idololatria lib. 3. cap. 97. Salmuthus ad Pancirollum P. 2. Tit. 23. Cyprianus histor. animal. p. 842. 1079. 1111. 1182. et Mercurialis artis gymn. lib. 3. fin. De aucupibus veter. videantur Pignorius et Popma de feruis.

XII. In Graecia durantibus ludis Olympicis erat sollemnis ἐνεχειρία siue induciarum obseruatio teste Plutarcho in Lycurgo, ad quem notat in animaduersionibus ad gallicam suam versionem pag. 270. Clariss. Dacerius, de quo merito erubescere debent Christiani, nullum apud hos esse festum tam sanctum, vt illo a bello conquiescant. Apud Indos agricolae et agri in bello ἱεροὶ et ἄσολοι teste Diodoro Siculo lib. 2. et Arriano in Indicis pag. 531. Confer Christoph. Arnoldum ad Valerii Catonis diras pag. 123. Similiter ducem bellicum monet Onofander cap. 6. pag. 27. vt mercatoribus liber constet commeatus plenaque securitas. Ita et Xenophon quarto Cyropaediae, cuius verba adduxit Rigaltius in notis pag. 30. Quae de induciis in antiquitate occurrunt, non intacta reliquit Schurzfleischius in dissertat. de induciis, quae inter iunctim editas quadragesima est. Iudaei legibus Romanis immunes sunt a militia, quod negarent, se salua religione sua eam sequi posse. Vide quae viri docti disputant ad Iosephum XVIII. 4. pag. 879. edit. Amstelod. E Christianis olim quidem non Manichaei modo, quos oppugnat Augustinus XXII. 74. contra Faustum, et recentiori aetate hac in parte sequuntur Anabaptistae, Sociniani, Weigeliani, Quackeri etc. sed et alii Christiani multi priuati, praecipue e sacro ordine, a bello prorsus abhorruere; et cum Origine contra Celsum p. 349. et Lactantio VI. 19. *neque militare iusto licere* duxerunt, neque suppliciis capitalibus animaduertere in noxios. Vide Benedictinorum notas ad S. Ambrosium tomo 2. p. 46. Wetstenium ad Originem contra Marcionitas p. 27 sq. Zwickeri Irenicum Irenicorum p. 130 sq. et Sig. Iac. Baumgartenii examen sententiae veter. Christianorum de militia.

Halae 1745. 4. Poenitentiae etiam subiecti sunt milites in concilio Tribu-
 riensi, Remensi et Trosleiano A. C. 825. 923 et 909. tom. 9. concilior. edit.
 Labbeanae pag. 458. 581 et 527. et in Poenitentiali Romano lib. 1. cap. 20.
 Clericis militia prohibita fuit. Vide Thomassinum tom. 1. pag. 2. lib. 4.
 cap. 12. p. 412 sqq. sed vide de militia Clericorum eundem part. 3. tom. 2.
 p. 389 sqq. et tom. 3. p. 91 sqq. 608 sqq. et 624. Sed nulla vnquam gens
 (licet talem fingat personatus Iacobus Massé in itineribus pag. 220.) nullus
 vnquam fuit Christianus Princeps vel in cuius potestate esset iustum bellum
 gerere, qui bellum omne Christi praeceptis illicitum esse crederet, atque ipse
 etiam Tertullianus c. 42. apologetici ad gentes: *navigamus inquit vobiscum,
 et vobiscum militamus.* Atque licitum esse Christiano Principi sua si aliter non
 possit, bello etiam vt necessario malo tueri, vel inde constat, quod sanctissi-
 ma religio neutiquam pugnat cum naturae iure, neque ad exitium suorum
 data est, vt omittam argumenta alia quae videri possunt apud Ioan. Genesium
 Sepuluedam libris tribus de militaris disciplinae honestate, inter eius opuscu-
 la Paris. 1541. 8. Grotium prolegomenis librorum de iure belli et pacis et
 ad Matth. V. 40. et Lucae III. 14. et parte 2. Epist. 545 sq. Iac. Altingium
 tomo 1. Opp. pag. 180. Iustellum, Christianum Lupum, et Guil. Beuere-
 gium ad Canonem 12. Nicaenum. Eiusdem Lupi dissertatio extat de veteri
 disciplina militiae Christianae, in eius operibus postumis p. 227 sqq. Bruxel-
 lis 1690. 4. de qua Elias du Pin tomo 18. Bibl. scriptorum Eceles. pag. 134.
 Videndus etiam B. Christianus Kortholtus in dissert. de studio belli ac pacis,
 Kil. 1689. et Heideggerus de militia Christiana tomo 4. diss. select. 4 et 5.
 Nunquam Christiani olim vel crudelissimis oppressi persecutionibus, nec,
 licet valerent numero aut a rerum nouarum auctoribus sollicitarentur, religio-
 nem suam aduersus legitimos principes ac magistratus suos bello vindicaue-
 runt. Vide Timanni Gesseli historiam ecclesiasticam p. 364. Ceterum mi-
 litiam mercenariam Christianis indignam esse non diffitetur Grotius ad
 Luc. III. 14. Si ad eum, inquit, militem Ioannes venisset, quales nunc
 plerique sunt, non vni imperio addicti, sed per omnem orbem terrarum
 bella aucupantes, *venalesque manus, ibi fas ubi plurima merces,* qui maiore
 ex diuerso mercede ius fasque exeunt, neque vident cur, sed quanti aut alios
 iugulent aut ipsi iugulentur, profecto non aliud illis dixisset Baptista, quam
 si salui esse vellent, relinquendum esse vitae genus, non iam dicam ab
 omni pietate, sed ab omni humanitate abhorrens et fere belluinum. Vti-
 nam vero Christiani non omnes Ethnicorum iniurias tantum vel aequarent
 vel supergrederentur in bello etiam inter se, siue temere suscipiendo siue cru-
 deliter

deliter et cupide gerendo, quantum debebant per sanctissima Christi praecepta ad iustum et necessarium bellum cum horrore et tardissime accedere, et quam celerrime fieri potest, ab illo iterum resilire.

CAPVT XVIII.

De scriptoribus qui rem vestiariam veterum illustrauerunt.

Scriptores de re vestiaria Hebraeorum. 1. Graecorum et Romanorum. 2. Germanorum, Danorum etc. 3. Clericorum et Monachorum in Ecclesia Christiana. 4. De tegminibus et ornamentis capitis. 5. De coma. 6. De fuce et cosmetice, sartoribus etc. 7. De annulis. 8. De variis generibus vestium. 9. De braccis, calceis etc. 10. Habitus iugentium. 11. De armis et vestitu militari. 12. De insignibus et arte Heraldica. 13.

I.

De re vestiaria veterum Hebraeorum, Sacerdotum praesertim habitu agunt *Didacus del Castillo* et *Artiga* in opere de ornatu et vestibus Aaronis, ad Exod. XXVIII. Lugd. 1655. fol. vt *Io. Hieronymum Sopranem* in digressione de re vestiaria Hebraeorum, subiuncta eius commentario de Dauide, ibid. 1643. fol. edito, quam seorsim recudendam promisit *Crispinus Weisius* in *Nouis Litterariis Lipsiensibus* A. 1735. p. 368. Ariam Montanum aliosque praetereamus. E Iudaeis hoc argumentum pertractarunt *R. Abraham Ropbe* in *Schilte Gibborim* cap. 44 et 45. et *R. Asarias de Rubeis* in *Meor Enaiim* lib. 3. cap. 46 sqq. E Christianis vero praecipue diligentem operam in hoc argumento posuit *Io. Braunius*,¹ vir Clariss. cuius praeclarum opus de vestitu Sacerdotum Hebraeorum post primam editionem anni 1680. auctius lucem adspexit Amst. 1701. 4. In hoc praeter alia lib. 1. cap. 16. egregie docet, qualis fuerit tunica inconsutilis siue contexta, cuius mentio fit in historia passionis Christi, vbi milites super ea sorte experti esse dicuntur, de qua tunica, praeter interpretes ad *Ioan. XIX.* et *Casaubonum* ad *Baron.* agit etiam *Io.*

¹ Qui opus de vestitu Hebraeorum Braunii in Hebraicis praeceptorum Constantino l'Empereur tribuunt, eos sine ratione hoc facere notat *Rev. Henricus Ludolf Benthemius* in libro de statu Ecclesiarum Scholarumque Belgicarum parte 2. p. 275 sq.

Ioan. Georg. Dorschaeus in tractatu de tunica Christi inconfutuli. Rostoch. 1658 4. et Octavius Ferrarius de re vestiaria et in analectis et lib. 2. elector. cap. 1. Braunio addendi sunt *Sheringhamus* ad tractatum Talmudicum Ioma cap. 7. pag. 86 sq. *Seldenus* lib. 2. de success. in pontificatum cap. 7 sq. et lib. 3. cap. 11. de synedrio, vbi contra *Sheringhamum* probat vestium sacrarum extra ministerii tempus usum nullum fuisse. *Io. Prideaux* de vestitu Aaronis, interpretes ad Exod. XXVIII. et Leuiticum, *Io. Lightfootus* et *Samuel Lee*, quorum singulares de hoc argumento diatribae exstant. *Augustinus Calmetus* ante commentarium in Ieremiam, tom. 6. pag. 28 sqq. et tom. I. diff. 20. *Wilhelmus Goereus* histor. Mosaic. parte 4. cap. 10 et 11. *Frider. Adolph. Lampius* exercit. in Psalm. XLV. pag. 301 sqq. et dissertationes *Benedicti Davidis Carpzouii*, quam is sub Ioan. Frischmuthi praesidio habuit Ienae 1669. et quae inter fratris Io. Bened. Carpzouii disputationes academicae pag. 1637 sqq. recusa est. *Daniel. Lundii*. Vpsal. 1706. 8. et *Alberti Vogetii*. Groningae 1729. ne dicamus de Isidoro Hispalensi, qui hanc materiam paucis attingit libro vndeuigesimo originum cap. 21 sq. *Martini Mauriti* (tractatu de fortitione veterum eruditus dudum noti) vastum de re vestiaria Hebraeorum opus, ex vniuerso Talmude, Targumim, Rabbinisque antiquioribus et recentioribus congestum, et in quatuor volumina diuisum, sed typis nondum exscriptum, possedit Io. Henr. Maius, vt ipse testatur lib. 3. obseruat. sacrar. pag. 110 ed. sec. Copiose etiam de vestibus sacerdotalibus tum Hebraeorum tum aliarum gentium disputat *Caspar Caluoer* ritualis Ecclesiastici tomo 2. Habet etiam multa de re vestiaria generatim *Petrus Zornius* in dissert. de numo Cos. aureo Theodosii II. pag. 22 sqq. De tiara Summi Pontificis *Pelletierius* disp. de erroribus pictorum, in memorijs Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1614 sq. *Hermannus van de Wall*, Ecclesiastes Amstelodamensis, diff. de pileis siue tiaris Sacerdotum et Pontificum Hebraeorum, ad calcem Salomonis van Till commentarii postumi de tabernaculo sacro et Zoologiae sacrae, Dordraci 1714. 4. *Iac. Altingius* Heptade VIII. diff. tom. 5. opp. pag. 268 sqq. *Sam. Werenfelsius* in oratione de mitra Aaronis capiti imposita. Basil. 1709. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* in diff. de tiara summi sacerdotis. Witteb. 1722. *Ioan. Henr. Maius*, fil. in diff. de tiara Pontificis Hebraeorum maximi. Gissae 1728. De tiaris minorum sacerdotum exstat dissertatio *Henr. Andr. Toepferi*, Witteb. 1722. De frontali P. M. confer dissertationem *Mich. Liebentanzii* de frontali Aaronis. ib. 1662. *Chr. Lud. Schlichteri* de lamina aurea P. M. eiusque mysterio. Halae 1736. *Georg. Adami Mehneri* de frontali Aaronis. Lips. 1745. De Ephod exstat dissertatio *Isaaci Pihlmanni*. Aboae 1701. De Pectorali confer eos, qui de

Vrim et Tummin commentati sunt, quos supra pag. 501 sqq. laudauimus. De balteo sacerdotali vide *Ioan. Christoph. Wichmanshausen* dissertationem, Witteb. 1717. et de balteo sacerdotis summi *Ioan. Andr. Cleffelii* dissertationes binas. *ibid.* 1717 et 1718. et *Wilhelmi Ernesti Ewaldi* Emblemata sacra lib. 4. pag. 501. De vestibus byssinis P. M. expiationis festo dissertationem edidit *Ioan. Oldermannus*. Helmstadii 1717. Sacerdotes, nisi quum sacra administrarent, vestibus communibus vsos fuisse, sacrasque in templo, vel in turri Antonii² asseruatas docent *Braunius* de vestitu sacro Hebraeorum, et *Deylingius* parte 3. obseruat. sacr. pag. 325. De vestibus et ornamentis Hebraeorum priuatorum *Leydeckerus* XII. 8. de Rep. Hebr. De vestibus et ornamentis regum apud Hebraeos, *Scacchus* III. Myrothec. 38-43. Albis vestibus delectatos non modo sacerdotes esse et honestas feminas, sed etiam virgines et sponfas ostendit *Franc. Wockenius* in Programmate ad orationem inauguralem Witteb. 1727. de albis Iudaeorum vestibus, et in selectis sacris parte 2. *ibid.* 1728. 4. De vestibus odoratis vnguentoque fragrantibus disserit *Ioan. Henr. Maius* obseruat. sacr. lib. 3. pag. 102 sqq. edit. secundae. De vestibus Hebraeorum fimbriatis, interpretes ad Num. XV. 38. *Matthaeus Hillerus* in diss. edita Tubing. 1701. *Christi. Lubecius* in dissert. de decisionibus peniculamenti Hebraeorum. Lips. 1688. *Io. Frider. Cotta* in dissert. de peniculamenti Iudaeorum. Goetting. 1737. *Ioan. Henr. Maii*, fil. iura fimbriarum ex R. Mose ben Maimon descripta, latine reddita atque notis illustrata. Franc. 1710. 4. et *Georg. Eliez. Edzardus* ad Auoda fara cap. 2. pag. 535. De arte plumaria Hebraeis nota vide *Fullerum* lib. 1. cap. 20. Misc. et *Drusum* ad difficiliora loca Exodi cap. 46. Mentio eiusdem artis etiam apud *Seneecam* Epist. 90. non auium plumae in vsum vestis conseruntur? Adde *Clarissim. Burmanni* Petronium pag. 268. *Weitzium* ad Prudentium pag. 663. *Claudium Salmasium* in notis ad Vopiscum vit. Carini, cap. 20. tomo 1. scriptor. histor. aug. pag. 850. *Ludov. Anton. Muratorium* antiq. Italiae dissertat. 25. et *Ioan. Ern. Imm. Walchium* Vol. 4. Actor. soc. latin. Ienensis pag. 76 sqq. vbi plures citantur scriptores. Plumariorum textrinas memorat *Vitruuius* VI. 7. De duodeuiginti vestium generibus quas Sabbato exuere et inducere licet, *Buxtorfius* pag. 2033. Lexici Talmudici. De sacco et cilicio, cinctura, calceis apud Hebraeos, *Frid. Adolphus Lampe*, Dithmala Lippiacus, in diss. de Iesaja nudo et discalceato ad Ies. XX. 2. praeside *Campegio* Vitriniga, Franek 1703. De non deficientibus Israelitarum in deserto vestimentis, interpretes ad Deuter. VIII. 4. XXIX. 5. *Cosmas Indopleustes* V. pag. 205. *Marckius* Exerc. Bibl. 14. *Deylingii* observ. S. II. 17. et singularibus dissertatio-

² Ioseph. XVIII. 3, 4. pag. 880. edit. Amstelod.

tationibus *Ioan. Wilh. Hilligerus*. Witteb. 1676. *Gottfr. Zeibigius* Lips. 1705. *Abrah. Alanus*. Aboae 1708. *Olaus Celsus*. Vpsal. 1726. De more velandi virgines et mulieres apud Hebraeos *Sam. Frid. Bucherus* in diff. de velato et concluso Hebraeorum Gynecaeo. Witteb. 1715 et 1716. et de occulta Hebraeorum sponsa. ibid. eod. et in antiquitatibus de velatis ac conclusis Hebraeorum et Graecorum feminis Budissae, 1717. 12. De pellium villosarum vsu in vestimenta vide *Erasmus Schmidium* ad Matth. III. 4. et alios interpretes ad 2 Reg. I. 8. Matth. VII. 15. et Hebr. XI. 37. De vestitu Iudaeorum recenti aetate, et notis, quibus a Christianis distinguantur vide *Schudtium* tom. 2. memorabil. Iudaic. pag. 241 sqq. De non permutando sexus habitu ac vestitu consulendi interpretes ad Deuteron. XXII. 5. *Wagenfeilius* libro de Norimberga pag. 175 sq. *Io. Spencerus* de legibus Hebr. tom. 1. pag. 373 sq. *Carolus Fridericus Pezoldus*, Lips. 1702. et *Martinus Hassen*, Witteb. 1714. singularibus dissert. *Matthias Berneggerus* ad Taciti Germaniam quaeest. 89. *Petrus Pantinus* ad vitam Theclae a Basilio Seleuciensi scriptam pag. 387 sq. *Guil. Beucregius* ad Canonem XIII. Gangrensem pag. 186 sq. *Salmasius* ad Tertullianum de pallio. *David Millius* dissert. selectar. pag. 201 sqq. edit. nouae. Viri docti ad Laertii III. 86, et *Ioan. Henr. Mainus* lib. 3. obs. sacr. pag. 143.

II. Quod ad rem vestiariam Graecorum Romanorumque attinet, primo loco nominare iuuat *Iosephi Laurentii* collectanea ordine alphabetico digesta, quae ex eius philomathiae opere recudi curauit Clariss. Gronouius tomo 9. antiquitatum Graecarum. Egregium deinde opus est *Octauii Ferrarii*, cuius libri septem de re vestiaria, Romanorum maxime, ex editione Patav. 1654. 4. quae priore A. 1642. 8. melior et auctior est, habetur etiam tomo 6. thesauri Graeuiani. In eodem occurrunt Ferrarii illius analecta de re vestiaria Patav. A. 1670. pridem vulgata, quibus impugnat ea quae scripserat *Albertus Rubenius* Philippi filius in libris duobus de re vestiaria: ac praecipue de lato clauo, ³ qui primum Graeuio curante post auctoris fata Antwerpiae excusi sunt 1665. 4. et deinde a Graeuio in tomum eundem 6. antiquitatum Romanarum recepti, in quo etiam habentur *Io. Baptistae Donii* de vtraque paenula dissertatio Paris. 1644. 8. et *Barthol. Bartholini* commentarius vna cum *Henr. Ernstii* epistola eiusdem argumenti Hafniae A. 1655. 8. primum editus. Vi-

D d 2

de

³ Eandem de lato clauo sententiam notatam ante Rubenium a *Io. Kirchmanno* de funeribus Roman. lib. 1. cap. 10. monet *Io. Clericus* bibl. vet. et nov. tom. 13. pag. 55. Certe Kirchmannus affert *Amalii* et *Albani* s. *Alcuini* loca, quibus clauus de lineis explicantur.

de etiam Lipsium lib. 1. elect. cap. 13. et *Angeli Mariae Riccii* dissertationem de veterum vestibus reliquoque corporis ornatu, quae exstat Vol. 2. eius dissert. Homericarum. Florentiis 1741. 4. p. 14. *Isaaci Casauboni* opus de re vestiaria veterum quod promisit pag. 54. Epistolar. ad Dionem Chryso-
stomum et alibi variis in locis dolendum est, nunquam prodiisse, licet excerpta quaedam illius ad hoc argumentum spectantia occurrant in Bibliotheca Bod-
 leiana, vide et Mericum Casaubonum Isaaci fil. notis ad Epietum pag. 87. *Claudius* quoque *Salmasius* in notis ad Tertullianum de pallio pag. 80. eius-
 dem argumenti opus sub manibus habere se testatus est, cuius non contem-
 nenda specimina dedit in eodem ad Tertullianum commentario passim, in
 exercitationibus Plinianis ad Solinum et alibi. Confer Grotii epistolam 355.
 Salmasii opus de re vestiaria promisit A. 1689. Lantinus praefat. ad Homo-
 nyma Salmasiana hyles iatricae, sed A. 1695. et ipse morte praeuentus est,
 nec praetereunda scripta in utramque partem edita occasione illius in Tertul-
 lianum commentarii a Salmasio quidem sub nomine *Francisci Franci*, a Dio-
 nyfio Petauio autem sub nomine *Antonii Kerkoetii* Aremorici. De priuato et
 domestico Romanorum vestitu agit *Phil. Lud. Hannekenius* in dissertationibus
 de cura domestica Rom. p. 34 sq. de vestitu feruorum, p. 83 sq. de vestitu infan-
 tum, puerorum, iuuenum, puellarum et virginum p. 123 sq. de vestibus accubi-
 toriis et conuiualibus *Stuckius* II. 26. antiq. conuiual. *Lipsius* ferm. Saturn. lib. 1.
 cap. 2. et lectio. var. lib. 3. ac *Ferrarius* lib. 1. c. 29 sqq. *Petronius* Burmanni
 pag. 117. et de habitu venatorio pag. 179. De habitu et ornamentis Pontifi-
 cum *Gutherius* I. 29. de iure Pontificio, tom. 5. Graeuii pag. 58 sq. Gabino
 ritu succincti sacerdotes. Columna Traiana n. 63. 68 et 189. De limo po-
 parum. ibid. n. 72. De vestibus nobilium, *Tiraquellus* lib. de nobilitate
 pag. 564 sq. De vestibus feruorum *Lipsius* lib. 1. Elector. cap. 25. qui etiam
 alia de vestibus eodem libro cap. 13. et *Coelius Rhodiginus* XVI. 10 sq. lectio-
 num antiquarum. *Lazarus Bayfius* de re vestiaria, Paris. 1549. 4. *Theodo-
 rus Zwingerus* in theatro vitae humanae tom. 2. pag. 435 sq. Vestium et
 ornamentorum muliebrium genera ordine litterarum persequitur idem *Tira-
 quellus* lib. de iure connubiali pag. 52 sq. Vide et *Isidori* Hisp. Origines
 XIX. 30 sq. et de *iocalibus* Petri Mulleri Icti dissertationem. De Roma-
 norum luxu in vestibus prolixè disputat *Stanislaus Kobierzichius* libro de luxu
 Romanorum tomo 8. thesauri Graeuiani, et *Augustinus Nadalius* in dissertatio-
 ne de luxu feminarum Romanarum figillatim in vestibus, inserta tom. 5. me-
 mor. acad. inscriptionum, pag. 297. edit. Hagensis, et eius oper. tom. 1.
 pag. 9.

III. De re vestiaria Persarum *Briffonius* lib. 2. pag. 309 sq. Persarum Magi albis vestibus sunt induti, certe qui in India viuunt: nam ceteri in Perside colorem flammeum et purpureum vt in vestibus ita in gemmis magis sacrum habent, propter ignis cultum, vide Tom. Hyde de relig. veter. Persar. pag. 20 sq. De vestitu et cubitu veterum Germanorum, *Cluuerius* Germaniae antiquae lib. 1. cap. 16. pag. 104 sq. De vestimentis Germanorum mediæ aevi *Gottlieb Sam. Treuerus* in anastasi veteris Germani Germanaeque feminae. Helmst. 1729. 4. *Ottonis Sperlingii* V. C. commentatio de vestitu veterum Danorum et aliorum populorum septentrionalium inserta est nouis litterariis maris Baltici et Septentrionis A. 1698. pag. 205 sq.

IV. Episcopos et Clericos primorum Christianorum aetate per annos circiter CCCC. (*Salmasius* de Coma pag. 352. 469.) habitu a laicis distinctos haud fuisse obseruat *Iac. Boilanius* in historica disquisitione 4 de re vestiaria hominis sacri vitam communem more ciuili traducentis. Rothomag. 1704. 12. *Ludov. Thomassinus* tom. 1. de Ecclesiae disciplina II. 44 sq. et *Tillemontius* tomo 14. memoriarum Histor. Ecclesiast. pag. 151. vbi de Coelestino Papa. Confer *Rich. Simonis* Bibl. criticam tomo 3. pag. 322 sq. vbi Boilauii librum laudat. Vide etiam *Assemannum* tom. 3. Bibl. oriental. parte 2. pag. 665. Sane de Apostolis et apostolicis viris hoc neutiquam persuadent argumenta aduersus Bocquillotum allata ab Honorato de S. Maria, in obseruationibus de regulis et vsu critices tom. 2. lib. 4. dissert. 6. Adde *Ioan. Georg. Walchium* H. E. N. T. p. 197. 778 et 1151. *Iosephum Binghamum* Orig. ecclesiast. VI. 4. et *Ioannis Schmidii* dissert. de habitu et insignibus Apostolorum sacerdotalibus. Lips. 1702. Apostolos absque sacris vestibus S. Coenam celebrasse non diffitetur Bessario epistola 3. ad Philanthropenum de Eucharistia. Monachi etiam ad Episcoporum euecti habitum monachalem neutiquam deposuerunt, quod in Ecclesia graeca A. C. 869. canone constitutum notauit Mabillonius. De monachorum antiquo habitu videre licet *Ioannem Cassianum* libris de institutis coenobiorum, de sacris vestibus *Honorium* in gemma animae lib. 1. cap. 198 sq. et ex recentioribus qui clericorum vestes et ornamenta omnis generis per varias aetates in Ecclesiis Orientalibus et Occidentis introducta exponunt, *Andream Saussacum* in panoplia sacerdotali siue libris XIV. de venerando Sacerdotum habitu eorumque multiplici munere et officio in Ecclesia Dei, Paris. 1653. fol. et in libris 7. de ornatu Episcoporum et in libris 15. de clericorum tonsura et habitu, ibid. 1646. fol. *Ioan. Baptistam Thiers*

D d 3

libro

* De hoc libro *Elias du Pin* tom. 19. pag. 72 sq. *Nouvelles de la Republique des Lettres* 1705. p. 80.

libro A. 1674. edito gallice *de l'Etote*, de stola. *Ioan. Bonam* lib. 1. rerum liturgic. cap. 24. *Pompeium Sarnelli* epistola Ecclesiastica III. vbi probat, S. Antonium male in Pontificalibus pingi ornamentis et Abbates per singularia priuilegia diu post illa gestandi ius accepisse, et epistola XVI. vbi de habitu clericali. *Philippi Bonanni* opus, la Gerarchia ecclesiastica considerata nelle veste sagre e ciuili. Romae 1720. 4. His addendi *Alteserra* et alii ad librum de vitis Pontificum, idem *Alteserra* in Asceticis lib. 5. cap. 17. lib. 6. c. 13 sq. *Macri* fratres in hierolexico, *Cangius* in glossario vtroque, *Iacobus Goar* ad euchologium Graecorum, *Hugo Menardus* ad Gregorii M. sacramentarium pag. 362. qui post 364. iconem S. Remigii sacris vestibus induti exhibet. *Acta sanctorum Iunii* tomo 1. pag. 458 sq. vbi de amictu pontificali et monachali, et *propylaeum* ad acta sanctorum Maii pag. *161 et *208 sq. vbi de pallio et aliis pontificalibus ornamentis, et in paralipomenis pag. 94 sq. De vestimentis monachorum exstat *Georg. Henr. Goetzii* diatriba Lubecae 1719. De antiquis ordinis Dominicani vestibus vide *Io. Quetif* tom. 1. de scriptoribus ordinis Praedicatorum pag. 75 sq. De Patriarcharum ornatu et vestibus confer tom. 1. iuris graecoromani pag. 447. De pallio Pontificali et Archiepiscopali confer praeter laudatum *Saussaeum* libro de mysticis Galliae scriptoribus, Paris. 1639. 4. pag. 188-279. *Marcum Paullum Leonem* de auctoritate et vsu pallii Pontificii. Romae 1649. 4. *Nicolai de Bralio* pallium Archiepiscopale. Paris. 1648. 8. *Petrum de Marca* de concordia sacerdotii et imperii lib. 6. cap. 6. et ibi *Baluzium*. *Theodoricum Ruinartum* in disquisitione historica de pallio archiepiscopali, quae exstat inter opuscula postuma *Mabillonii*, Paris. 1724. 4. tomo secundo. *Iustum Henning. Boehmerum* in iure ecclesiastico protestantium tom. 1. pag. 350 sqq. *Iac. Basnagium* H. E. lib. 5. cap. 6. pag. 244. *Henrici Guntheri Thulemari* disput. de Archiepiscoporum pallio et aliis insignibus. Heidelb. 1684. 4. *Salomon. Deylingium* obferv. misc. pag. 505. *Io. Andr. Schmidium* in diss. de Omophorio Episcoporum Graecorum. Helmst. 1698. *Ioan. Casp. Barthelium* in disput. de pallio. Herbipoli 1753. 4. et in eius opusc. iuridic. varii argumenti. tom. 2. p. 1 sqq. et *Io. Georg. Pertschium* in tractatione canonica de origine, vsu et auctoritate pallii archiepiscopalis, in qua Barthelii dissertatio sub incudem vocatur. Helmstadii 1754. et *Frider. Andr. Schlutbeckii* commentationem de candidis Archiepiscoporum palliis. Hanouerae 1726. 4. Pallium de Petri corpore etiam datum orientalibus Episcopis, vide *Gregorium M.* lib. 1. ep. 27. interdum Episcopis minorum sedium, confer *Petrum Saxium* in Pontificio Arelatensi pag. 54. absentibus non missum, vide *Lanfranci* Epistol. tom. 18. *Bibl. Patrum* pag. 810. F. Iusiurandum, quod accepto pallio praestitit Archiepi-

chiepiscopus Cantuariensis, legitur apud Bzouium ad A. C. 1501. n. 15. T. 18. pag. 592. b. De crocea veste Cardinalium in conclavi vide *Ioseph. Mariae Suarefii* dissertationem Romae 1670. 4. De veste scapulari *Theophil. Raynaudus* tom. 7. opp. Veram eius figuram habes in icone tom. 1. Actor. Sanctor. Iunii pag. 458. Quindecim vestimenta Episcopi missam celebrantis recenset *Rainoldus* pag. 951 sqq. colloquii cum Hardto. De chlamyde, cuius vsus in administratione S. Coenae, (vom Messgewandt) agit *Georg. Heinr. Goetzius* pag. 625 sqq. meletematum Annaebergensium. Vestes clericorum non semper pullas fuisse notant quoque *Benedictini* ad S. Ambrosium tomo 2. p. 25. *Io. Casp. Krause* in diff. de colore sacro et speciatim vestitus sacerdotalis, Witteb. 1707. et *C. Potschius* in dissert. de candido veterum Clericorum vestitu. ibid. 1685. De vestibis sacris certis litteris notatis exstat dissertatio *Andr. Ritteri*. Lips. 1703. Idem quoque dissertationem de vestibis clericorum crucis figura notatis edidit Gryphisw. 1704. De collaribus et colletis tum fistulosis siue tubulatis tum planis qualibus passim vtuntur sacri ordinis viri in Ecclesiis Protestantium, prodiit diatriba erudita *Vrbani Gotfridi Siberi*. Sneebergae 1710. 4. De aliis clericorum veterum collaribus differit *Pompeius Sarnelli* pag. 131 sq. epistolarum Ecclesiasticarum.

V. De pileo ceterisque capitis teguminibus tam sacri ordinis hominum quam aliorum, liber *Anselmi Solerii* siue qui sub hoc nomine latet *Theophili Raynaudi* S. I. seorsim prodiit Lugd. 1655. et Amstelod. 5 12. A. 1671. atque recusus in tomo XIII. operum Raynaudi, et tomo 6. thesauri antiquitatum Rom. Vide et *Io. Brodaeum* lib. 8. miscell. cap. 17. *Adr. Iunium* lib. 2. animaduers. cap. 6. *Guil. Stuckium* II. 28. antiq. conuiual. vbi de consuetudine caput aperiendi: *Ioan. Guil. Bergeri* diff. de ritu operiendi capitis in sacris⁶, Witteb. 1703. *Io. Gothofr. Lackemacheri* obseruat. de ritu capitis in sacris velandi a Romanis ad Iudaeos profecto, parte 3. obseruat philolog. 2. pag. 209 sqq. *H. R. Mallinkrott* expositionem ritus capitis velandi Lipsiae 1735. *Eberh. Rudolphi Rothii* dissert. de velamine capitis virili. Ienae 1673. *Lipsium* lib. de amphitheatro cap. 19 sq. vbi obseruat Graecos et Romanos, vti et Gallos, Germanosque veteres plerumque caput non texisse nec pileo vsos fuisse. De coronis, diademate, aliis imperantium insignibus iam diximus supra cap. 14. De tiara *κροβατοῖα* et cidari Persica videndus V. C. Hadr. Relan-

⁵ In Amstelodamensi editione verba auctorum passim sunt omissa. Vide *Memoires de Litterature* tom. 1. p. 175.

⁶ Sacrificantes Saturno caput non velabant, aliis vero diis omnibus sacra faciebant operto capite. Vide *Meursium* P. 2. Exercit. critic. p. 230 sqq.

Relandus parte 2. diff. miscell. qui etiam de nidario capitis inuolucro differit pag. 204. De pileo phrygio Sponius miscell. pag. 130. et Nicasius ad numum Pantheum pag. 63. De apicibus et galeris sacerdotum Philippus Rubenius II. 25. electorum. De apice flaminis Harduinus ad Plin. XXII. 23. tom. 4. p. 209. De vsu pileorum apud Corinthios *Carolus de Maets* in *sylua quaestionum insignium* pag. 236 sq. Pilei Corybantum (non cymbala) in manu magnae matris Idaeae et Attidis initia referente apud Pignorium. Vide Anonymi Angli commentar. de cymbalis cap. 25 et 26. pag. 347 sqq. De pileis Castoris et Pollucis vide quae notavi ad Sextum Empiricum p. 358. De pileo, *insigni libertatis*, agunt *Choul* pag. 110. de relig. Rom. Daniel Guil. Trillerus pag. 538 sq. ad Hugonis Grotii Christum patientem. Ianus Gerh. Milzouius dissertationibus IV. Hafniae 1655. 4. Ioan. Burch. Meneckenius dissertat. litter. pag. 211 sqq. Nic. Hier. Gundlingius pag. 465 sqq. *der kleinen deutschen Schriften*. Figuras quasdam pileorum ex veteribus sigillis exhibet Heineccius pag. 209. De *mitra pontificali* apud Christianos Edmundus Martene I. de antiquis ritibus pag. 347 sq. Angelus Rocca de tiarae pontificiae, quam regnum mundi vulgo appellant, origine, significato et vsu, in eius thesauro antiquitatum ecclesiastic. Romae 1745. fol. tom. 1. pag. 7 et 8. Idem de mitra S. Siluestri Papae, ibid. tom. 2. pag. 378. Mitras episcopales olim humiliores, peda quoque breuiores fuisse ex veteribus sigillis et numis probat Heineccius pag. 152. De *bireto* clericali Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 14 sq. Adrianus Stegerus in commentatione de infulis sacrae dignitatis insignibus. Lips. 1739. et Rudolph. Frider. a Wichmanshausen singulari commentatione. Witteb. 1745. 4. De Bireto rubro dando S. R. E. Cardinalibus regularibus Responso prudentum diuini humanique iuris collecta edidit Antonius Scappus Romae 1592. 4. De pileo S. Petri vide Acta Sanctorum tom. 1. Iunii 29. pag. 462.

De *inauribus* veterum *Lindebrogius* pag. 1414. ad codic. legum antiquar. Bonanni pag. 167. musei Kircheriani, et singulari libro Casp. Bartholinus Amst. 1676. 12. quas respicit etiam Plinius aurium vulnera commemorans lib. 12. sub initium. De binis et ternis vnionibus ad singulas aures comparatis vide Lipsium ad Senec. VII. 9. de beneficiis. De $\alpha\upsilon\tau\omicron\iota$, *ἐπιρριπίοις*, siue *annulis narium* disputat Huetius in Huetianis, Thomas Bartholinus cap. 19. libro de morbis biblicis; et in mantissa ad Casp. Bartholinum de inauribus. Stephanus item Morinus de monilibus Rebeccae, in eius explanatione locorum aliquot S. Scripturae. Lugd. Bat. 1698. 8. Eiusdem Tho. Bartholini de *armillis* veterum libellus exstat, Amst. 1676. 12. cui addendus Fortun. Schaechus lib. 3. myrothecii cap. 41. Philippus Rubenius lib. 1. cap. 38. electo-

rum. Bonanni pag. 167. 168. musei Kircheriani, Cangius pag. 260 sq. ad Alexiadem, Montfauconius tom. 3. supplem. tab. 25. pag. 61. Moscardi museum pag. 103 et 388. Wormius pag. 353 sq. Musei, et Petronius Clarissimi Burmanni pag. 127 sq. De *torquibus* quibus donati certaminum victores, videndi Ambrosius tomo 2. p. 268. Vegetius II. 27. Lipsius V. de militia Rom. pag. 209. Atque de hoc et alio torquium apud veteres vsu Io. Schefferi liber seorsim editus Holmiae 1656. 8. et tomo 12. Graeuii, et cum Ioan. Nicolai notis Hamb. 1707. 8. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. vbi de torque Draconarii, pro diademate capiti Iuliani circumposito. Omnia tria vno versiculo complectitur Manilius libro 5.

Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.

De *personis* et *laruis* earumque apud veteres vsu ac origine, praeter Agefilai Mariscotti librum Romae 1639. 8. et tomo secundo Miscellaneorum Gaudenti Roberti, et tom. 9. thesauri Graeuiani impressum; vide Rigaltium ad Onofandrum pag. 13. 14. ad Phaedrum pag. 411. editionis Burmannianae, Baylii lexicon in *Manducus*. Christo. Henrici de Berger commentat. de personis, vulgo laruis seu mascheris. Franc. et Witteb. 1723. 4. Io. Bapt. Pacichellii schediafma iuridicophilologicotripartitum de laruis, de capillamentis, de chirothecis. Neapoli 1693. 8. Franciscum Ficorinum in libro italice edito, Romae 1736. 4. *Le Maschere sceniche e le figure Comiche d'antichi Romani*; qui deinde latine versus prodiit, ibid. 1751. 4. Nicolai Boindini discours sur les masques et les habits de theatre des anciens, in memoriis academ. inscription. tom. 5. pag. 172 sqq. et Anonymi traité sur l'origine et l'usage des masques, in l'extraordinaire du Mercure galant, tom. 14. p. 234. De *Talamascis* vide Vossium 2. de vitiis sermonis, Baluzium ad Reginonem fol. 411. 412. Mabillonium tom. 1. analector. pag. 382. 386. Menagii origines linguae gallicae in *masque*, Cangium in *masca* et *talamasca*. De *fastigiatis tutulis*, *vittisque* et redimiculis assurgentibus ac turritis virginum feminarumque (fontanges ab illustri femina 7 quadam Galli appellant) agunt Viri docti ad Iuuenal. VI. 501. Henricus Altanus Comes epistola ad Nicol. Madrisium inserta museo Mineruae Venetae tomo 2. pag. 97-101. *sopra i Cimieri moderni delle Donne*, Steph. Chamillardus S. I. in dissertatione siue epistola 16. de numismatibus (gallice Paris. 1711. 4.) vbi de diuersis ornamentis capitis quibus Augustae superbiunt in antiquis numismatibus: Anselmus

7 Menagius in originibus gallicis, vocabulo *fontange*. Gegossener Engel. Deutsche Acta Eruditor. Vol. IV. pag. 801.

mus Bandurius ad antiquitates CPol. pag. 497. et Io. Nicolai libro de nimbis antiquorum cap. ultimo. Vide et Buxtorfii lexicon talmudicum pag. 2047. et Ottonem Sperlingium in dissert. ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae. Amst. 1687. 8. De vittis siue fasciis crinalibus Ioan. Bernartius ad Statii V. Thebaid. pag. 122 sqq. De *discerniculo* siue *crinali acu* eiusque vsu apud veteres videndi Io. Woweranus in notis ad Petronium, Salmasius ad Solinum, Bartholinus de inauribus veterum cap. 2. Philippus Bonanni pag. 166. musei Kircheriani, et Montfaucon tom. 3. supplem. pag. 12. post tabulam IV. Acus veterum describit Salmasius pag. 759. exercitat. ad Plinium. De simulacro Veneris cum pectine, vide Codini origines CPol. num. 28. et Suidam in Ἀφροδίτη. *Crinale spicum* de pectine intelligit Stephanus pag. 60 sq. ad Saxonem Grammaticum. Confer quae de *pectinibus* veterum aureis et eburneis Ez. Spanhemius ad Callimachum pag. 563. de buxeis Petrus Burmannus ad Ouidii VI. fastor. 229. et de *pulvere* odorato vel aureo capillis iniecto, vntioneque capillorum ne puluis decideret, D. Conradi Tiburtius Rango libro de capillamentis cap. 11. Vide etiam de *τριχοβάπταις* et *τριχοπλάταις* Cangium ad Zonaram pag. 41. Calamistrum dixere acum maiorem, qua calefacta capillos intorquebant crispabantque. Fibulas veterum describit Ioan. Rhodius libro de acia Celsi. De fibulis aureis et gemmatis vide Io. Iac. Chiffetium in Anastasi Childerici c. 16. p. 282 sq. De *bullarum* vsu apud veteres Montfaucon tom. 3. supplem. p. 48 sq. t. 5. p. 117 sq. Middletonus in Germanis quibusdam antiquitatis eruditae monumentis, pag. 29 sqq. et Franciscus Ficorinus in libro italice edito: La Bolla d'oro de' fanciulli nobili Romani, e quelli de' libertini, ed altri singolarita spettanti a Mausolei nuovamente scoperlesi, brevemente spiegate. Romae 1732. 4. Ingenuitatis fuit signum apud Romanos, vt torques apud Barbaros. Vide Valesium ad Ammiani XVIII. 6. pag. 198.

VI. Ad capitis tegumenta et vestes quodammodum etiam pertinent coma et capilli, circa quorum curam, bene multi ritus moresque veterum a doctis notati sunt. Vide Hadr. Iunium de coma tomo 6. Lampadis artium Gruterianaë, et cum eiusdem animaduersionibus. Roterod. 1708. 8. Salmasium de Caesarie virorum et mulierum coma, Lugd. Bat. 1644. 8. Io. Henningii trichologiam, Magdeburgi 1678. 12. Apud multos populos sacrum habitum fuit comam alere ac promittere. Apollonius apud Philostratum VIII. 7. pag. 335. σοφοῦ δὲ ἀνδρὸς κόμης φειδέσθω σίδηρος. οὐ γὰρ θεμιτὸν ἐπάγειν αὐτὸν, οὐ πᾶσαι μὲν αἰτθητηρίων πηγαὶ πᾶσαι δόμοι, ὅθεν εὐχαὶ τε ἀναφαίνονται καὶ σοφίας ἐρμηνεύς λόγος. De capillamentis, adscititiis comis, et

exuvias alieni capitis, vt Tertullianus appellat siue *περιθέτοις κόμαις πηνίκη*, *προθέτω προκομίω* praeter dissertationes B. Valentini Friderici, D. Samuelis Schelwigii, et Io. Clodii, et Pascaliū de coronis lib. 1. cap. 5. adī laudatum D. Conradi Tiburtii Rangonis *τῆ μακαρίτη* librum, Magdeburgi 1663. 12. Daumium ad fabulas Aesopi pag. 162 sq. Briffonium 2. de regno Persarum p. 321. qui Persas a Medis accepisse hoc obseruat, vt *προσθέτοις κόμαις* vterentur: Pricaeum ad Apuleii Milesias pag. 671. Hemsterhusium ad Pollucem pag. 1358. Follardum ad Polybii III. 16. Sam. Pitiscum notis ad Suetonium pag. 527. Polyb. III. 78. Salmasium de coma p. 321. Harum vsu vt vniuersos Martinus Schockius exerc. 24. ita clericos interdicit Andraeas Saussaens in panoplia sacerdotali et Io. Baptista Thiers in historia capillamentorum ⁸ gallice edita Paris. 1690. 12. et nuper A. 1712. 12. Francofurti germanice versa, adde decretum Clementis XI. tom. 1. opp. pag. 1242. Sed contra disputant Iac. Reuius in libertate christiana circa vsu capillitii defensa, Lugd. Bat. 1647. 12. et Ioan. Baptista Pacichellus in libello paullo ante citato de personis seu mascheris, capillamentis et chirothecis. Vide etiam obseruationes selectas Hallenses VIII. 2. et Samuelis Weneri iudicium veterum de capillis peregrinis et ascititiis, maxime clericorum. Regiomonti 1684. 4. De galericulis et capillamentis mulierum vide quae viri docti ad Suetonium et nouissime V. C. Otto Sperlingius in laudato commentario ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae, coniugis Gordiani III. Apud Romanos pueri fere comati et cirrati, sed viri deposita caesarie circumtonsi, decisis hinc inde capillis quos ab aure descendentes nunc vulgo nutriunt. Vide Octav. Ferrarii electa II. 13. vbi notat seruos caput fuisse semirasos, manumissos rasos. De vota puerorum coma vide Heinsii Aristarchum sacr. cap. 4. et Iusti Frider. Gunzii commentationem. Lips. 1737. Galli Ligures comati *ληϊτται λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς* in veteri epigrammate pag. 126. Apud Lucanum lib. 1. *tonsi*, quod de optimatibus et magnarum vrbium incolis accipit Huetius, qui sumserant togam et comam posuerant. De descendentibus capillis, quod *comam in gradus frangere* dixit Quintilianus lib. 1. cap. 6. vide notas ad Petronii cap. 12. *Τημελεῖν*, pectere capillos, I. Fr. Gronouius I. 23. obseruat. p. 185. De tonsura Nazaraeorum apud Hebraeos praeter interpretes S. Scripturae et qui de Nazaraeis ac Rechabitis scripsere Spencerus III. dissertat. 1. de legibus Hebraeorum cap. 6. pag. 66 sq. et Rev. Dassouius dissert. de coma Hebraeorum licita et interdicta, Witteb. 1695. in qua docet idololatricam

E e 2

ton-

⁸ De hoc libro Elias du Pin tom. 18. pag. 280. et Acta Erud. 1691. pag. 397. Italice post versionem Beneuenti excusam alia concinnata est a Syluagio Canturani iussu Benedicti XIII, edita Venetiis 1724. 12.

tonfionem fuisse ni aures crinibus tectae relinquerentur. De coma prophetantium Salmafius laudato libro. De gradibus ⁹ et annulis capillorum vide notas ad Suetonii Neronem cap. 51. Genus tonsurae, quo anteriores capilli radebantur apud Graecos vetustissimos, ne quis hostis posset illos apprehendere, vocabatur *theseis*, vide Meursii theseum cap. 2. et Bibliothecam belgicam tom. 1. pag. 315 sqq. ex Ioan. Angelo Caninio, vbi quoque de tonsura Hectorea et Mytia. De Aegyptiorum sacerdotibus comam radentibus memorat Artemidorus lib. 1. cap. 23. et Herodotus II. 36. De tonsura naufragorum in seruitutem abductorum, captiuorum et lugentium vide notas ad Ouid. 1. Fastorum v. 546. Barthium tom. 3. ad Statium v. 415 et 421. Geierum de luctu Hebraeorum pag. 199 sqq. Nicolai de luctu Graecorum pag. 120. Kirchmannum de funeribus lib. 2. cap. 14. Gruterum lampad. tom. 3. parte 2. pag. 238. et Dilherrum elector. lib. 2. cap. 2. Hinc apud Propertium regio tonsa pro deuicta vt notat Yuo Villomarus seu Ios. Scaliger aduersus Robert. Titium. Vicissim prae luctu promissi capilli seu in longum demissi, vt notum est vel ex iis scriptoribus, qui de funeribus et luctu scripserunt, in primis P. Morestello de pompa ferali, tom. 12. Graev. p. 1399. Geiero l. c. et Zornii bibliotheca antiquarioexegetica pag. 483 et 546. De more crinibus passis templa verrendi in supplicationibus agit Lipsius l. 2. elector. cap. 6. pag. 681 sq. De dispositis, effusis vel adstrictis comis adeundus Ezech. Spanhemius in notis ad Callimachum pag. 551. 660 sq. Caesaries proprie de viris dicitur, coma de mulieribus, vt post Salmasium et alios annotaui ad Abdiam Babyllonium. De comis et tonsura sacerdotum Ethnicorum nonnulla disputat Saubertus libri de sacrificiis cap. 10. et Spencerus lib. 2. cap. 12. Vnde vero originem traxerit tonsura clericalis et monachorum etiamnum in ecclesia graeca (licet Photiniani plerique morem illum respuant, confer Nic. Comnenum pag. 214. praenot. mystagogic.) et latina recepta, video scriptores doctissimos in diuersa abire, alii enim a Iudaeis reputant, vt Pontificii communiter, et a Nasiareis quidem Baronius, sed vide Salmasium pag. 424 sqq. alii a Curetibus, quos ἀπὸ τῆς κορυφῆς dictos fuisse nonnulli crediderunt, teste Strabone lib. 10. Ethnicorumque sacerdotibus virginibusque Vestalibus, vt Io. Dougtheius in analectis ad V. T. pag. 477. et Lindebrogius pag. 1378. ad codicem legum antiquarum: alii a feruis, de quo-

⁹ Tertullianus de cultu feminarum. cap. 7. *quod crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis: aliae gestiunt in cincinnos coercere, aliae vt vagae et volucres elabantur, non bona simplicitate. Affigitis praeterea nescio quas enormitates capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum.*

quorum razione Pignorius et alii. Ita certe Claudius Sarravius pag. 104. epistolae editionis primae. *Mihi, inquit, simile vero videtur morem istum a servis manasse, qui etiam nunc in triremibus nostris raso capite conspiciuntur, nisi quod capillorum paucillulum iis in summo vertice relinquitur, vel ut Tertullianus de pallio, cultri, vertex solus immunis.* Vtrum vero ab ipso Christo et Petro ¹⁰ hic mos ecclesiae traditus fuerit, ut parum verisimiliter contendit Prosper Stellartius, cuius libri 3. de coronis et tonsuris Paganorum, Iudaeorum et Christianorum, Duaci 1625. 8. lucem viderunt, an a Simone Mago ¹¹ initium sumserit, ut ab aliis affirmari in notis ad Abdiam a me obseruatum est, an Gregorio M. demum sedente in ecclesiam fuerit inuecta, quemadmodum contendit Salmasius, nimis forsan recentem hanc tonsurae clericalis et monachalis consuetudinem faciens, alio loco est expositum. Ceterum de vniuerso hoc argumento videndus Casp. Zieglerus de tonsura clericorum, ad calcem libri de Episcopo milite in ecclesia inuiso, recusi Witteb. 1718. 4. Io. Morinus de ordinationibus, exercitatione XV. Sam. Basnage tom. 2. annal. pag. 517 sq. Binghamus orig. eccl. lib. 7. cap. 3. Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 10 et 11. Vsserius antiquitat. britannic. pag. 923. Heineccius in delineat. ecclesiae graecae P. 3. pag. 64. Henricus Norisius praefatione Pisana VI. opp. tom. 4. pag. 635 sqq. Thomas Hurtadus de coronis et tonsuris gentilitatis, synagogae et christianismi, inter alia eius scripta Colon. 1655. fol. Carol. Antonius Fabrottus ad titulum decretalium de vita et honestate Clericorum, vbi cauetur, ut neque comam alant nec barbam. Salmasius in primatu Papae et epistola siue libro de coma ad Coluim, Gerhardus Io. Vossius in epistola ad Salmasium, quae eius libro de coma subiicitur. Edmundus Martene lib. 1. parte 2. pag. 294 sq. in ritibus ecclesiast. Mabillonius praefatione ad tomum 3. Actorum ordinis Benedictini. Sacras virgines olim intonsas fuisse notat Valesius ad Sozomeni V. 10. et feminas tonderi vetat Canon Gangrensis 17. sed contrarium usum ex Athanasio de dignitate et Palladio admodum antiquum fuisse probat Comnenus p. 316. praenot. mystagog. Coma deposita a Clericis veluti in seruitium diuinum se addicentibus. Vide Ioan. Georg. Reinhardum de iure Principum Germaniae circa sacra pag. 169. 170. Tonsurae monachalis mentio apud Moschum in

¹⁰ Petri imago tonsi occurrit apud Sarnellum pag. 87. epistol. ecclesiastic. Ab Apostolis etiam deducit Comnenus pag. 216. praen. mystag. vbi de coronae tonsuratae significatione. Petrum aiunt rasum in ignominiam ab Ethnicis Antiochiae.

¹¹ Vide Honorii Augustodunensis gemmam animae lib. 1. cap. 196. Salmasium de coma, vbi de tonsurae genere triplici pag. 327 sqq. 406 sqq. qui id omne commentitium esse non dubitat pag. 333 et 416. quod de Simonis Magi tonsura fertur.

prato spiritali cap. 118 et 143. Tonsurae in modum crucis apud Albericum trium fontium monachum ad A. C. 763. ἀποθριζόμενος, detonsus, pro monacho; vide Nic. Alemannum pag. 92. ad Procopii anecdota. De tonsura puerorum (ab octauo saeculo) Pagi ad A. C. 684. n. 13. De tonsura poenitentium Salmasius de coma pag. 473. 474. De tonsura poenali, qua v. g. sagae et malefici nonnulli afficiuntur, agit Georg. Ritterhusius lib. de iure asyloꝝ cap. 10. Philostratus in vita Apollonii Tyan. pag. 362. Geierus l. c. pag. 204. Binghamus lib. 18. cap. 2. quibus addes Cotelerium tomo 2. monument. pag. 682. Cangium in κερύειν et Allarium de consensu Orient. et Occident. Ecclesiae pag. 669. vbi obseruat haereticis condemnatis barbam olim derasam. Plura eiusmodi occurrent euoluenti diff. G. Casp. Kirchmaieri, τῆ μακαρίτῃ de gloria et maiestate barbae. Iac. Thomasiai diff. de barba Lips. 1671. Io. Pierii Valeriani declamationem pro sacerdotum barbis, qua intercedit decreto Gregorii VII. Pontificio ¹² sacerdotes omnes barbam deponere iubenti, editam primum Romae 1529. cum priuilegio Clementis VII. et deinde hieroglyphicis eius subiectam Francof. 1678. 4. Gentiani Herreti libellum Pierio oppositum de pilis et barba reddenda. Paris. 1535. Sarnellum epistola ecclesiastica duodecima. Baluzium ad Antonium Augustinum de emendatione Gratiani pag. 453 sqq. et Ioan. Frid. Guilielmi Pagenstecheri prognosticon historicoiuridicum de barba. Lemgov. 1715. 8. Exempla eorum qui tonsuram pretio redemerunt collegit Balthaf. Bonifacius lib. 1. historiae ludricae cap. 7. Equidem de barba non radenda ministris ecclesiae, diserte cautum legitur in constitutionibus quae apostolicae vocantur lib. 1. cap. 3. et apud Epiphanium haeresi 80. Romani veteres per 450 annos intonsi teste apud Plinium Varrone: Scipionis Africani tempore iuuenes tondebantur, viri barbam ponebant siue *barbatoriam* vt loquitur Petronius pag. 363. edit. Clariff. Burmanni, *faciebant* et totam faciem rasitabant. Vide Octav. Ferrarium II. 12. electoꝝ. Camillum Syluestrem ad Iuuenal. IV. 103. Mureti et Graeuii notas ad Ciceronis Catilin. II. 10. Bened. Auernanum tom. 1. dissert. 42. in antologiam pag. 108 sq. Imberbes primi Imperatores fuere omnes praeter Adrianum et Iulianum. Deinde post Iustinianum, mento rasum et ipsum, passim Graeci Imperatores barbati. Vide Nic. Alemannum pag. 109. ad Procopium. Apud Graecos mos radendi barbam, Alexandri M. demum aetate inuectus vt ex Chryssippo notat Athenaeus XIII. pag. 565. De iureiurando per barbam vide Neocori biblioth. nouor. librorum A. 1697. pag. 496. Aduersus Antiochenfes Iuliani barbam ridentes defendit

¹² Hoc a pluribus e clero in Romana Ecclesia et inter ipsos Pontificios a Gelasio II, aliisque neglectum esse obseruat Nicol. Comnenus pag. 219. praenot. mystagogicarum.

fendit se Imperator in Misopogone, qui etiamnum inter eius scripta legitur. De pilorum euellendi siue pilandi more adhibitis resina aut vossella, vstriculisque, vide quae viri docti ad Martialem, Iuuenalem et Plinium 29. 1. Cerda ad Tertull. de pallio cap. 4. pag. 37 sq. De festo propter tonsae comae primitias Diis ex voto consecratis Barthius ad Statium tom. 1. pag. 326. Cangius diff. 22. ad Ioinuillam et glossar. Graec. in κερύσυνα. Dio XLVIII. pag. 377. (551. R.) narrat, Augustum, quum primum barbam raderet, diem eum festum egisse, et publicum epulum praebuisse populo Romano. De ludis iuuenilibus videatur Lipsius ad Taciti annal. XIV. 15. et excursu B. ad illum librum.

Ad locum celebrem epistolae Paulli ad I Corinth. XI. 10. de ἐξοσία, quam mulier super capite habere iubetur propter Angelos, quam plurima disputata sunt ab interpretibus, quorum nonnulli cum Iacobo Godofredo in singulari ad hunc locum diff. pro ἐξοσία legunt ἐξοβίαν et velamen interpretantur, alii pro Angelis legunt ἀγγελίας vel τῆς ἀνδρας vt vir doctus ad Hammondum. Alii Angelos de iuuenibus interpretantur, vt auctor Anglus libelli qui inscribitur religio bibliopolae pag. 12. alii de emissariis gentium vt V. C. Christophorus Augustus Heumannus in dissertatione ad h. I. Isenaci A. 1709 edita. Sed malo assentiri Photio, qui epistola ducentesima decima ἐξοσίαν ἔχειν exponit velamine veluti signo imperium agnoscere viri sub quo est mulier, et Angelos proprie accipit de spiritibus Dei ministris in ecclesia Dei praesentibus, qui pridem etiam in Paradiso testes adstiterunt, quum mulier viri potestati subiiceretur. Videri etiam possunt Andreas Saussaeus de mysticis Galliae scriptoribus pag. 62 sq. 181 sq. D. Adamus Rechenberg in dissertationibus ad hist. eccles. spectantibus pag. 68 sq. et Io. Guil. Bergerus Professor Wittebergensis dignissimus in erudita quam supra laudavi dissert. de ritu capitis in sacris operiendi §. 51 sq.

VII. Non modo comam variis medicaminibus tinxerunt veteres, vti Plutarchus in amatorio pag. 77 I. memorat Φάρμακον ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιῶσι χρυσοειδῆ καὶ πυρρῶν. Confer Suidam in Λυσικράτης et Λεόντιος, et Io. Arntzenii dissertationem de colore et tinctura comarum. Traiecti 1725. 8. Sed etiam oculos et faciem coloribus variis et fuce infecerunt, partim ex more gentis partim ad luxum. Vide Hutchinsonum pag. 19. ad Xenophontis Cyropaediam, Scheuchzeri physicam sacram tab. CCCXCI. Thom. Bartholinum cent. IV. hist. 9. vbi de fuce siue stigmatismo mulierum Groenlandicarum. Excerpta Peiresciana pag. 829. 830. vbi de Caracalla: φύσει τὸ πρόσωπον ὠραῖον ὑβρίτων βαφαῖς ἀσχήμοσιν, Erymolo-

mologicon in ἐψιμουδιῆσθαι. ἐχρῶντο δὲ τῷ φύκει ἐς τὰ μῆλα ἵνα ξανθίζῃ, τῷ δὲ ψιμουδίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Apuleium, qui Apologia pag. 525. quum in puella, inquit, videret immedicatum os, et purpuratas genas et illices oculos. Adde Daudis Theodosii Lehmanni orbem pictum, siue diff. de gentibus pulchritudinem affectantibus per fucum et picturam, Witteb. 1711. et Guil. Rondeletium de fucis Lugd. 1583. 8. Interpretes ad Esaiæ III. 16. Rob. Balforem ad Cleomedem pag. 260 sq. Iacobi Grandii dissert. de ἡμῶν στίβιο κολλυβία eiusque et aliorum fucorum vsu apud antiquos in re cosmetica; decad. 2. miscellaneorum artis naturae curiosorum appendice anni 6 post pag. 81 sqq. W. Ernesti Tenzelii dialogos menstruos anni 1689. pag. 497 sqq. Bibl. graec. vol. 12. pag. 689. Abulfedam in vita Mahometis pag. 143. Ioan. Christiani Fischeri dissertationes binas de ornatu mulierum. Witteb. 1709. Veteres quidem doctores Christiani luxuriosam illam ac meretriciam fucatoriam semper sunt detestati, vt patet e Clemente Alex. III. 3. paedagogi et constitut. apostol. lib. 1. cap. 3 et 8. Cypriano de habitu virginum, Nazianzeno orat. 11. pag. 181. aliisque. De cosmetice sacra et ratione ornandi, mundandi, comendique feminas Persarum ad Esth. II. 12. vide Georg. Wolf. Wedelii centur. 2. dec. 5. exerc. 4. et 5. medicophilolog. De cosmetis et ornatricibus viri docti ad Iuuenalem, et Taubmannus ad mostellariam Plauti Act. 1. scen. 3. Ezech. Spanhemius ad Callimach. pag. 547. et Christianus Henricus Postellus in callida Iunone pag. 209 sq. De remediis veterum cosmeticis eorumque noxis exstat dissertatio Dan. Wilh. Trilleri. Witteb. 1757. 4. De more *syrra vestis* trahendi vel portandum faciendi Claudius Franciscus Menetrierius in dissertatione gallice edita sur l'usage de se faire porter la queue. Paris. 1704. 12. De *Gynaeeo textrino*, vestiariis, vestispicibus, capfariis, procuratoribus Gynaeeorum vide Bergierium lib. 4. de imperii Romani viis cap. 23. tom. 10. Graev. et Henninii notas ad Bergierium pag. 766. Matth. Zimmermanni analecta pag. 59 sq. Carolum Stephanum et L. Bayfium de re vestiaria, et Pignorium atque Popman de feruis. De *pressoriis* et reconditoriis vestium, Salmasium ad Tertull. de pallio, et Valesium ad Ammianum lib. XXVIII. 4. pag. 531. Tiraquellum de iure connubiali pag. 73. De meretriciis vestibus et diuerso cultu matronarum agit Briffonius lib. 1. antiquit. iuris cap. 4. Apud multas gentes rari *sartores*, siquidem vestes pleraeque a sororibus vel vxoribus aut filiabus conficiebantur. Vide interpretes ad Aetor. IX. 39. Alexandrum ab Alexandro IV. 8. tom. 1. pag. 958 sq. et ibi notam Io. Merceri. Etymologicum magnum in ἀκέρεια. Freinshemium ad Curtii II. 5. 20. tum Stephanium ad Saxonem Grammaticum. Alexander tamen Bandiera,

Romanus, vt meminit Mandosius in Bibl. Rom. pag. 16. A. 1647. italica lingua edidit diatribam de antiquitate et nobilitate sartorum. Primum togas et femoralia conficere docuisse Henochum, qui Arabibus Idris, et singulis diebus togam perfecisse, quum antea boum pellibus vterentur homines, tradunt Muhamedani. Vide Relandum de religione Muhamedica pag. 22 sq. editionis secundae.

VIII. Operae pretium est hoc loco etiam nonnulla de *annulis* adiungere, quod argumentum prae ceteris illustravit *Io. Kirchmannus* Lubecae suae decus in libro singulari de annulis edito Lubecae 1623. 8. cura filii eius cognominis, anno 14 post auctoris fata foetum hunc postumum in lucem protrahentis, recusum Sleswici 1657. 8. et cum Longi Gorlaei et Kornmanni lucubrationibus de eodem argumento Lugd. Batav. 1672. 12. Post haec doctissimas Kirchmanni de annulis meditationes *Franciscum Bernardinum Ferrarium* neque suas saeculo inuidere velle scripsit Ioan. Rhodius in libro de acia pag. 63. sed haec quidem, Ferrario pridem defuncto, nihil quod sciam huius argumenti ab eo editum est, quanquam *Octavii Ferrarii* praeclarae quaedam de annulorum apud Romanos vsu observationes leguntur lib. 1. electorum cap. 21. Idem argumentum quoque pertractarunt *Franciscus de Corte* in syntagmate de annulis, siue tractatu annulari de annulorum origine, virtute et dignitate. Antwerp. 1706. 8. *Eggebertus Schaumijs*, siue, qui verus auctor est, *Conr. Rittersbusius*, in collectaneis de annulis eorumque iure et vsu. Francof. ad Viadr. 1620. 4. *Antonius Matthaeus* in oratione de annulo, Ultrai. 1639. 4. et in orationibus eius p. 113. *Bartholomaeus Leonh. Schwendendoerfferus* in diss. de annulis. Lipsi. 1670. et *Franc. Montanus Vayerus* in commentatione de annulis, Operum T. 2. p. 412. edit. Paris. 1656. fol. Ludouici Chaduci de annulis opus ineditum memoratur in memoriis Treuoltinis A. 1727. p. 417. De origine, materia et vsu annulorum vide commentationem anonymi in Diario Gallico, Extraordinaire du Mercure galant, A. 1681. Tomo XIII. p. 126. et aliam in diario Anglico, Vniversal Magazine A. 1759. p. 8. sqq. adde *Ludov. Mart. Kablii* explicationem annuli rarissimi et antiquissimi in Anglia asseruati, exhibentem T. I. Parerg. Goetting. lib. 4. p. 92. sqq. in qua multa de annulorum vsu apud veteres in genere. De annulorum sculptura confer *Meursium* parte 2. exercit. criticar. p. 34. sqq. qui etiam effigies amicorum in annulis gestari solitas obseruat p. 149. De digito annulari et leuibus circa eum perfrusionibus videatur *Jo. d'Espagne* IV. 4. errorum popularium, et *Christian. Falsterus* amoenitat. philolog. III. p. 264. sq. Ferreis annulis utebantur plebei homines, militesque manipulares et serui. Argenteis plebs, aureis equi-

tes et fenatus. Vide Jctos ad Digest. lib. 40. c. 10. *De iure aureorum annulorum* Salmasius f. 170. ad histor. Augustam. Lipsius elector. 11. 8. Joan. Mercerus lib. 1. Opinion. c. 8. Bernartius ad 111. 3. silv. Statii. Casp. Barthius tomo I. ad Statium p. 320. Henr. Kitschius in dissert. de annulis aureis. Lipsi. 1614. 4. Camillus Silvester ad Iuuenalis X. 165. p. 542. sq. et Petrus Burmannus in dissert. de iure aureorum annulorum. Ultraï. 1734. recusa Lipsi. 1740. et inserta symbolis litterariis, Decade secunda, vol. sexto, pag. 99. sqq. Romae 1751. 8. Annuli aurei inscriptionem, *a dros y dros sacros*, fidelibus ego fidelis ero, in Bithuricensi tractu reperti erudite illustrat P. Daniel in memoriis Treuoltinis A. 1716. p. 1399. putatque fuisse ex illis annulis, quos pugione appensos gestabant temporibus Regum Franciae Merovingicorum. Conferatur etiam Ioan. Iac. Chiffletius de anastasi Childerici c. 7. et 8. et ex eo Matthias Zimmermannus p. 113. sqq. florilegii. De luxu in annulorum multitudine vide, quae viri docti ad Martialis XI. 60. et Valesium ad Ammiani XXVIII. 4. p. 531. sq. Cur manu sinistra frequentius gestari soliti, quum vnica sufficiat, ne dextrae vsus et actiones impedirentur, plures causas comminiscitur Michael Piccartus epist. cclxxxiii. ad Kirchmannum, post Gudianas p. 255. De annulis signatoriis antiquorum, quibus etiam ad cellas, ¹³ arcas et res alias quascunque obfignandas vsi sunt, scripsit *Georgius Longus*, Mediolani 1615. 8. et Lipsiae 1709. 8. *Fortunius Licetus* libro de annulis antiquis cap. 48. p. 121. et c. 136. p. 327. sqq. *Kirchmannus* cap. 5. *Lipsius* ad Tacitum 2. annalium. *Philippus Bonanni* p. 170. musei Kircheriani, *Montsaucon* T. 3. supplementi p. 172. sqq. *Io. Frid. Heckelius* in commentatiuncula de annulis veterum signatoriis. Rudolpopholi. 1687. 4. *Nicol. Wolfius* in dissert. de annulo signatorio prisco. Holmiae 1684. 8. *Laur. Zaccagnius*, V. C. in notis ad Acta Archelai cum Manete pag. 441. qui p. 27. obseruat, cera vel creta siue luto ad obfignandum vsos veteres fuisse. De cera notauit etiam *Vossius* lib. 4. operis de idololatria cap. 91. Praecipue vero de modo signandi epistolas et testamta apud veteres, consulendus *Salmasius* libro de modo vsurarum cap. XI. et in specimine confutationis animaduersionum *Desid. Heraldii*. Vide et *Heraldum* libro animaduersionum septimo. Parisi. 1650. fol. et *Nouarinum* lib. V. scheidiasmatum cap. 29. et de annulo, quo fons baptismi signatus, notas ad *Optatum* p. 9. sq. et 12. editionis Amstelod. Annuli illi consignatores etiam *sigillaritii* dicuntur a *Vopisco* in *Aureliano* c. 50. qui cap. 42. affert dictum mimi cuiusdam, bonos principes omnes in vno annulo posse perscribi. De sigillis, quorum vice interdum virgulae siue asserculi a cimicibus exesi vel nodi nota vsurpata est,

¹³ Hinc Onirocritis amissio annuli significat rerum iacturam. Vide *Bulliardum* in notis ad historiam *Ducaë* pag. 262. et *Artemidorum* II. 5. V. 32.

est, vt docet Seldenus ad marmora Oxoniensia p. 43. et sequenti, vide Allatium ad antiquitates Hetrufcas p. 39. sq. Scaligerum cap. 11. elenchi trihaerensium, Andream Mullerum ad epistolam Mosis Mardeni p. 24. seq. et in primis Io. Mich. Heineccii opus insigne et elaboratum de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis. Francof. 1709. fol. ac Francisci Ficorini opus italice sub hoc titulo editum, *I Piombi antichi*. Romae 1740. 4. in quo ad quadringenta sigilla Paparum, Imperatorum orientalium et occidentalium, Principum et Patriarcharum collegit. *Varia simulacra, signa, χαρακτῆρες, sculpturas*, siue, ut ex Plinii X. 16. Epist. dicam *apospbragismata*, quibus annuli ordinati apud veteres fuerunt, siue Deorum, de quibus Rycquius c. 22. de capitolio, siue Imperatorum, de quibus Heineccius p. 74. sq. laudati operis de sigillis, siue aliis quibuscunque vt in Sullae et Pompeii annulo tria tropaea insculpta testatur Xiphilinus p. 19 sq. videri possunt apud Clementem Alexandr. III. 11. paedagogi. Franc. Iunium de pictura veterum II. 8. p. 113 sqq. Fortunium Licetum de annulis antiquis. Vtini 1645. 4. et in Hieroglyphicis siue antiquis schematibus gemmarum 60 annularium. Patauii 1653. fol. Leonhardum Augustinum de gemmis annulorum. Franeq. 1694. 4. cum lac. Gronouii notis. In Philippi Danielis Lipperti Dactyliothea vniuersali signorum exemplis nitidis reddita cuius duae chiliades prodierunt Lipsiae 1755. 4. cura Io. Frid. Christii, qui de rei numariae veteris gratia singulari praefatus est; et in Abrahami Gorlaei dactyliothea cum praefatione Aelii Euerhardi Vorstii de origine annulorum et animaduersionibus eiusdem Gronouii. Lugd. Bat. 1695. 4. et auctius duabus partibus. ibid. 1707. 4. Hic Gorlaeus male bis vocatur Abraham Gorcus in Aringhi Roma subterranea VI, 50. p. 383. qui et ipse ibi de annulis varia non contemnenda collegit occasione annulorum in sepulcris antiquis repertorum. Praeclara etiam de annulis et sigillis obseruauit Io. Mabillonius de re diplomatica, et Dominicus Maria Mannus in obseruationibus historicis de sigillis antiquis, quarum pars decima octaua prodit Florentiae 1750. 4. Vide et de annulis veterum Matthiam Zimmermannum in florilegio, Io. Conr. Dietericum in antiquitatibus biblicis V. T. ad Ierem. XXII, 24. pag. 501 sq. 628 sq. Iosephi Laurentii Polymathiam lib. 1. diss. XI. et Martini de Roca singularia scripturae, parte 2. p. 460 sq. Georgii Thegen diss. de annulorum in republica vsu, Regiom. 1701. Dan. Guil. Molleri diss. de annulo Trinitario, Altorfii 1701. De annulo pastorali D. Ioan. Andr. Schmidii diatriba. Helmstadii 1706. De annulo pronubo, dissert. Petri Mulleri, Icti, plus simplici vice edita. De annulo pronubo Deiparae virginis, quem Perusiae aiunt asseruari Io. Baptistae Lauri commentarius, Colon. 1626. 8. et Bzouius ad A. C. 1480. n. 26 sqq. T. 18. p. 193 sq. et p. 284 sq.

ad A. C. 1486. n. 15. De annulo Romanorum sponfalitio Frid. Aug. Iunii commentatio, in qua ostenditur, vetustissimum esse morem, connubia per annulos confirmandi. De Annulis magicis agit Io. Michael in notis ad Goffarelli curiositates inauditas p. 267. et Iul. Caesar Bulengerus 11, 52. aduersus magos p. 612. De gemmis annulorum veterum probe intelligendis erudita Io. Frid. Christii commentatio exstat Tomo primo commentarior. Lipsf. litterarior. Lipsf. 1753. 8. p. 64. sqq. 175. sqq. 323. sqq. 421. sqq. Veterum sopherum figilla et imagines, siue sculpturae lapidum et gemmarum secundum nomina Dei et constellationes astrorum, cum signatura planetarum constitutae auctoribus Zoroastre, Salomone, Raphaele, Chele, Hermete, Thalete et Io. Trithemii MStis A. 1612. editus liber plenus commentis nugisque canoris. Ioan. Macarii, Canonici Ariensis, *Abraxas* seu *Apistopistus*, de gemmis Basilidianis cum Abraxa Proteo Ioannis Chiffetii, Canonici Tornacensis, Antw. 1637. 4. Haud pauca figilla vetera exhibet Raymundus Duellius in excerptorum Genealogicohistoricorum opere, Lipsf. 1725. fol. Quaedam etiam Io. Wilhelm. Waldschmid ad calcem diatribae de comitum austregis. Marpurgi 1716. De contrafigillis medii aevi, quale exstat in Actis Sanctor. T. 1. Iulii p. 213. commentationem euulgauit Polycarpus Lyserus, Helmstadii 1726. 4. De iure sigillorum luculentum tractatum edidit Theodorus Hoepingkius, Norimb. 1642. 4. De eo, quod iustum est circa figilla Vniuersitatum vide Io. Martini Gosselii dissertationem. Gissae 1711. 4. De sigillis ordinis Teutonici in Prussia vide Erläutertes Preussen, T. 1. p. 824. sqq. T. 2. p. 1. sqq. De sigilliferis Episcoporum, cum primis Germaniae vide Christiani Gottlieb Buderii commentationem, Ienae 1720. editam, et insertam Diario falano Ioan. Anton. Strubergii, Ienae 1720. 8. et Georgii Adolphi Schuberti prolusionem de Episcoporum notariis, et praesertim iis, a quibus sigilliferi nomen ortum est. Lipsiae 1720. De annulis ex cortice furculi palmei, quibus Iudaei olim Alexandriae seditionem moturi velut tessera inter se vsi sunt, memorat Socrates VII. 13. Hist. Multa etiam nec contemnenda de vario annulorum genere congeffit And. Stubelius in notis ad Panegyricum dicatum sollempni creationi Magistrorum. Lipsf. 1686. 4. *Δακτυλιόγλυφος* Ciceroni IV, 26. academic. quaest. vocatur *annularius*. Duumvir collegii annulariorum memoratur in veteri inscriptione apud Begerum p. 81. spicilegii antiquitatis. Claudam breuem hanc scriptorum de annulis notitiam fabella iudaica, qua aiunt beatis singulis antequam paradisum ingrediantur decem annulos ab angelo porrigi, quorum inscriptiones vide, vbi lubebis, apud Pocockium in Miscellaneis p. 295. sq.

IX. Genera vestium varia refert Nonius Marcellus c. 15. p. 260. idem ib. c. 17. p. 265. b. sq. differit de genere vel colore vestimentorum. Vestes aliae fuerunt domesticae, tricliniariae Caelio Calcagnino lib. 3. quaestionum epistolicae, quibus in publico utebantur. Vide *Plutarchum* in Sulla p. 486. et Iosephi Landoni dissertat. ad Apostolum Zenum de vestibus coenatoriis conuiualibus, siue cubitoriis insertam tomo primo supplementi diarii eruditorum Italiae. De *toga tunicaque et calceis* differit Carol. Sigonius lib. 3. de iudiciis Romanorum, c. 18. 19. 20. De *toga* et variis *togarum* generibus Turrigius T. 12. thesauri Graeuiani p. 395. sq. Hieronymus Bossius in commentario de Toga Romana, Ticini edito 1614. 4. et recuso Amstelod. 1671. 12. et Tomo secundo thesauri Sallengriani p. 1305. Valerius Andreas libello de toga, fago, etc. Douanii 1625. 12. Montfaucon T. 3. antiquit. explicatae, et T. 3. supplementi sub initium. Octavius Ferrarius in dissertatione de modo gestandi togam, Aldus Manutius in dissert. de toga Romanorum, quae exstat in eius quaesitis per epistolas. Venetiis 1576. 8. et inserta deinde est Grueteri thesauro critico, tomo IV. et thesauro Graeuiano T. VI. p. 1183. Franc. Maria Turrigius in notis ad vetustissimam Vrſi Togati inscriptionem T. 12. thesauri Graeu. p. 389. Edmundus Richerius ad Tertullianum de pallio p. 931. sq. Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 17. vbi de sinu togae. Idem de tunica interiore lib. 2. cap. 20. vbi iconismus duplex statuæ tunicatae. Antonius Matthaeus in dissertatione de toga. Vltrai. 1638. et Io. Georg. Eilerus in dissertat. de toga et fago. Witteb. 1671. De clauis vestium et mapparum, de *tunicis στενοσήμοις* siue *angusticlauis*, *πλατυσήμοις* siue *laticlauis*, quarum illae duobus arctioribus segmentis purpureis per vtrumque humerum ad infimam tunicae oram productis, hae latiore segmento vno per pectus ad imam tunicam descendente insignes erant, diligentissime et accuratissime agit idem Albertus Rubenius libro primo, cuius sententiam contra Ferrarium tueretur Graeuus ad tomum sextum thesauri. Vide etiam Petronium Burmanni p. 126. Montfauconum T. 3. supplementi pag. 3. sq. Sam. Pitiscum ad Suetonium p. 335. Claud. Salmasium ad Tertullianum de pallio p. 71. et Bossii a nobis iam laudati librum de Senatorum lato clauo (qui itidem purpureus erat vt triumphantium aureus) in lucem emissum Ticini A. 1618. 4. et recusum Tomo II. thesauri Sallengriani p. 1325. De *trabea* siue breuiore toga ex purpura et cocco Aldus Manutius Tomo I. thesauri Sallengriani p. 769. de eadem et de *chlamyde* Rubenius iterum videndus, a quo tamen quod ad formam chlamydis ¹⁴ attrinet, diuersus abit illustris Cuperus in dissertatione sub-

F f 3

iuncta

¹⁴ Non modo Alexandriae, sed habitabili terrae *χλαμυδοειδὲς σχῆμα* tribuunt veteres. Vide Harduinum ad Plinium tom. I. pag. 562.

iuncta commentario de Apotheosi Homeri p. 137. sq. De chlamyde coccinea et toga purpurea Salmasius pag. 453. ad Vopisci Firmum, Lacerda aduersarior. p. 181. interpretes ad Matth. XXVII, 28. et Caspar Sagittarius singulari dissertatione. Ienae 1672. De *epomide* laudatus Cuperus ibid. p. 144. De tunica picta saluari auro distincta et purpura Octavius Ferrarius II. 16. electorum, de illa accipiens auream spiram apud Iuuenalem Sat. VIII. 207. Theophilus Raynaudus de veste scapulari, tomo VII. Opp. Persae, Medi, Parthi non solum vestiflui et *στοληφοροῦντες*, sed sub stola siue talari toga etiam, braceati, laxis vtentes feminalibus siue *ἀναξίρυσσι*. Vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 65. De *vestibus litteratis* siue quibus nomina intexta erant, adeundus Iosephus Maria Saresius in dissertatione singulari de hoc argumento, edita Vassone 1652. 4. Philippus Rubenius lib. 2. electorum cap. 2. Albertus Rubenius lib. I. de re vestiaria cap. 10. Camp. Vitranga lib. 1. obseruat. sacr. p. 148. illustrans locum sacri scriptoris Apocalypf. XIX, 16. Stephan. le Moyne in exercitatione ad verba Ieremiae XXIII, 6. p. 101. sq. Philippus Rubenius II, 1. electorum, Bernhard Montfauconius Palaeogr. graec. lib. 1. c. 2. et Petrus Zornius T. II. Opuscul. sacr. p. 759. sqq. De *vestibus palmatis* Ioan. Christi. Polkius sing. dissert. Altorfii 1720. et Ern. Sal. Cyprianus in Programmatis, Coburgi 1708. Progr. primo. De *vestibus variegatis tinctisque* Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 530. *Attenuata in filum auri metalla texuntur*, inquit Hieronymus epistola 22 ad Eustochium. De *vestibus papaueraceis*, papaueratis, scutulatis Harduinus ad Plin. VIII, 4. 8. vbi etiam de acupictis, polymitis aliisque. Adde Coelium Caleagninum lib. 3. ep. 1. Memorias Treuoltinas A. 1715. p. 1733. et Lampium in Pf. XLV. p. 519. sq. De *vestibus undulatis* Servii Tullii Nicol. Heinsius ad Ouidii fastos, lib. VI. 570. De *vestibus loratis* siue ornatis loris seu institis et paragandis (*bebrämt*) Salmasius fol. 478. ad Vopisci Proculum. De *vestimentis e iuncis*, Labat T. V. itin. Afric. pag. 184. sqq. De *vestitu e papyro indica* in Gallia ante aliquod tempus inuento Sigismus Andr. Flachsius sing. dissert. Lipsiae 1718. edita, vbi veteribus hoc quoque vestimenti genus vsurpatum paragrapho quinta ex Herodoto probat, et Bibliotheca academica Halensis IX, 108, p. 419. De *vestibus in ligulas incis* Langius glossario in cultellare, qui etiam de *cyclade* et multis aliis vestimentorum generibus videndus, vti e veteribus Pollux lib. VII. et Isidorus lib. XIX. Originum. Luxum in veste picta variis figuris et imaginibus etiam euangelicas historias referentibus reprehendit S. Asterius tomo I. auctarii noui Cambesissiani p. 4. sq. Stolae *σωληνηται* sinibus frequentibus fluentes, (mit Falten,) Goarus ad paginam Cedreni 393. *πλέρουγες* in vestibus, Suidas in *Θετταλικαί*. De fimbriis siue cirris vestium ac mapparum Salma-

fius ad Spartiani Pertinacem c. 8. et Petronius clarissimi Burmanni pag. 127. Lex caudaria exstat apud Martenium T. 3. collect. p. 778. Vestes bombycinas et linteas tam tenues, vt corpus per illas pelluceret ¹⁵ *nebulas linteas, ventos textiles, et vitreas togas* prisca scriptores rident ac perstringunt passim. Vide praeter eundem Petronium pag. 274. Harduinum ad Plin. tomo I. p. 680. et tomo 2. p. 515. Rev. Olearium ad Philostratum p. 8. Rigaltium ad Onofandrum p. 40. sq. et Huetium p. 10. ad anthologiam. De serici vsu, qui a Seribus ad Persas et inde ad Graecos et Romanos peruenit, et Iustiniani tempore ouis bombycum CPolin delatis vulgatus est per Europam vide Vossii Etymologicum in *sericum*, eundem IV. 90. de idololatria, Salmasium ad Tertullianum de pallio, ad Solinum et historiam Augustam, Bibliothecam Anglicam T. IV. p. 74. sqq. et Ioannis Franc. Giorgetti commentationem de origine serici, adiectam eius poemati elegantissimo de bombyce, italice sub titulo: *Il Filugello, o fio il Baco da Seta*, Venetiis 1752. 4. edito. De *palla* Deorum elegantissimus Broeckhūsius ad Tibullum p. 398. De *palliis* Philosophorum aliorumque Salmasius, Cerda, Pamelius et alii ad Tertulliani librum, quo respondet criminantibus, quod Christianus factus *a toga ad pallium* descenderit et hoc cum illa permutauerit. Viri docti ad Gellium et Laertium, Valesius ad Socratem p. 85 et 90. sq. vbi de pallio Rhetorum, Cresollius III, 16. theatri Rhetorum, tomo X. Gronov. Alexander Arnoldus Pagenstecherus dissertatione quinta sylloges dissertationum, Breae 1713. 12. B. D. Hector Godfrid Masius dissert. de pallio Paulli, Georg. Guil. Ouerkampff de vestitu praecipue pallio veterum philosophorum, Ienae 1734. Reuerendus Christianus Guil. Franc. Walchius in antiquitatibus pallii philosophici veterum Christianorum. Ienae 1746. 8. et anonymus in dissertatione de pallio Hebraeorum et Christianorum, quae exstat Tomo XXXVII. collectionis opusculor. scientific. et philolog. pag. 435 sqq. De vtraque paenula Io. Bapt. Donius in dissertatione, quae post editionem Paris. 1644. 8. recusa est tomo VI. thesauri Graeuiani, Barth. Bartholinus singulari libro, Hafniae 1670. 8. recuso in eodem tomo thesauri Graeuiani, Iac. Sponius Miscell. eruditae antiquit. et Claudius Salmasius not. ad Tertullianum de pallio p. 86. et notis ad Lampridium tomo I. script. hist. Aug. p. 774. et 925, vt plures taceamus.

De nolarum vsu in vestibus vide Cangii Glossarium in *κονδοῦν*, Willh. Ern. Tentzelium in supplemento secundo historiae Gothanae, et T. I. Bibl. curiosae p. 346 sq. Noua litteraria Hamburg. A. 1703. p. 94. Io. Mich. Heineccium de sigillis p. 101. et icones in Antonii Matthaei libro de nobilitate p. 1132. Gabriel. Bucelini Germaniam T. II. p. 414, 417, 418, 420.

A&is

¹⁵ Martialis VIII. 68. *Formosum licet sic per bombycina corpus.*

Actis Sanctor. T. I. Iulii p. 374. Adde obseruationes Halenses germanice editas T. I. p. 413 sqq. Io. Georg. Eccardi Erklärung eines Kleinodien-Rästleins p. 16 sq. Acta Francorum Erud. VII. p. 453. sq. vbi etiam de sceptris sonantibus, et Christi. Schoettgenii diff. de nolis in vestitu ad illustrationem verborum cantici sacri Petri Dresdensis: da die Schellen klingen in Regis curia. Stargardiae 1725. De substratione et pignoratione vestium diis facta liber Io. Nicolai prodiit Gissae 1701. 12. cui adde Martinum de Roa, II. 7 sq. singularium scripturae, Barthium III. 2. aduersar. Interpretes ad 2 Reg. IX, 13. Matth. XXI, 8.

X. *Periscelides* veterum, Ouidio *gennalia*, exponit Antonius Bynaeus lib. I. de calceis Hebraeorum cap. 8. De periscelidibus feminarum cum tintinnabulis vide Io. Henr. Maii obseruat. sacras lib. 3. p. 109 sqq. edit. secundae. De recenti ordine equitum illustrium aureae periscelidis praeter alios consulendus est Ioan. Christoph. Beckmannus in notitia siue syntagmate dignitatum illustrium. De Zonis, in quibus numos portabant, et *cingulis* Isidorus lib. 19. Origin. cap. 33. Zimmermannus pag. 818. florilegii, Interpretes Matth. X, 9. Apoc. I, 13. Albertus Vogtius Miscellan. Biblic. p. 175 sq. Stuckius antiquit. coniuual. II, 29. viri docti ad Plautum, Phaedrum IV, 21. Gellium XV, 12. Horatii Ep. II, 40. Suetonium Vitell. c. 16. Iuuenal. XIV, 97. Apuleium VII. Milesior. Meursius ad Astrampsychem pag. 149. de luxu Romanorum, p. 85. et III. 25. miscellan. animaduersion. Iamblichus cap. 27. vitae Pythagorae, Io. Nic. Rostius in dissert. de veterum Zona pecuniaria. Ienae 1681. Io. Frieder. Dürrius in dissert. de Zona et lorica. Altorfii 1687. 4. et Iac. Sponius pag. 253. miscellan. eruditae antiquitatis, vbi etiam baltearii mentio, qui balteorum curam habebat in armamentario Augustorum. De balteo sacerdotali vide Ioan. Andr. Cleffeli dissertationes tres, quarum prior sub praesidio Ioan. Christoph. Wichmannhausen habita est, Witteb. 1717. et 1718. De *chirothecis* veterum, quae Rabbini *domus digitorum* apud Buxtorfium p. 302. lexici Talmudici, idem Buxtorfius ibid. p. 1406. Io. Nicolai libro singulari de chirothecarum vsu et abusu, Gissae 1702. et auctor anonymus dissertationis de chirothecis, insertae diario Anglico, *the present State of the Republick of the Letters*, A. 1732. p. 289 sqq. et Io. Gottfr. Boehme in dissertatione de pignore per chirothecam. Lips. 1674. 4. Clementis III. vel IV. Pontificis diploma, quo praeposito B. Mariae Magdeburgensi inter missam vsus chirothecarum concedit exstat in Ioan. Georgii Leuckfeldi antiquitatibus Praemonstratensibus p. 113. sq. De *baculis* veterum dicturum se promisit Casaubonus ad Theophrasti characteres p. 191. vbi mentio baculorum Laconicorum, de quibus Meursius II. 17. Misc. Laconicorum; videndus interim Urbanus Godofr. Siberus in vita Spiridionis p. 76. De *crepidis* veterum diatribam Ottonis Sperlingii

lingii Hafniae 1699. editam recudi curavit Clarissimus Gronovius tomo IX. thesauri antiquitatum Graecarum. Sperlingianam vocabuli Pantoffel etymologiam examini subiecit Olaus Rudbeckius, filius, in specimine vsus linguae Gothicae pag. 84-93. Vide etiam de crepidis veterum Suidam in *περιβολαι*, et Vignolium Maruillium tomo I. miscellaneorum, pag. 209. De crepidarum obstragulis Harduinus ad Plinium IX, 35. p. 333 et 378. sq. De ocreis Valtrinus III, 12. Lipsius lib. III. de militia Romana cap. 7. et Arcerius ad Aeliani tactica p. 107. Sabinos sinistro, Romanos dextro pede ocreatos in bello fuisse, notat Dausqueius ad Silium p. 353. Ex rubris ocreis agnitus Imperator, Historia Miscella 18, 27. De *caligis* praeter Nigronum libro mox laudando, Salmasius notis ad scriptores histor. Augustae tomo II. p. 233. et Barn. Briffonius antiq. selectar. lib. II. cap. 5. De *braccis* Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 82. Pitiscus ad Suetonii Caesarem 80. 83. 3. Clericus ad Exod. XXVIII. 42. Vossius in Etymologico, Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro lib. V. cap. 18. Io. Braunius de vestitu Hebraeorum lib. 2. cap. 1. et Io. Diecmannus specimine glossarii Rabani p. 53 sq. Braccarum vero vsum Hebraeis, Graecis ac Romanis incognitum fuisse docet Octavius Ferrarius II. 2. electorum, vbi inter alia ostendit *subligacula* fuisse pannum quo pudenda velabant ephebi quum nudi in campo Martio exercerentur. Idem II. 9. contra Vossium in Etymolog. ostendit *facinus maioris abollae* nihil aliud esse nisi facinus Philosophi qui palliati incedebant, abollam enim esse pallium, *ἀναβολήν*. De *calceis* Hebraeorum duobus libris egit Antonius Bynaeus, qui post primam editionem Anni 1684. 12. auctiores prodierunt Dordraci 1695. 4. et Christ. Guil. Vollandus de sandaligerulis Hebraeorum. Witt. 1712. Graecas enim et Latinas Antiquitates circa calceos illustrarunt Benedictus Balduinus, (futoris filius nec futoriae ipse imperitus, sed qui patrem in conficiendis calceis iuuit) cuius calceus antiquus et mysticus lucem adspexit Parisiis 1615. 8. et Amstel. 1677. 12. cum Iulii Nigroni pridem Dilingae 1621. 8. separatim vulgato libro de caliga siue calceamento militari veterum, Alber. Rubenii diatriba de calceo senatorio, et excerptis Salmasii de calceo ex eius commentario ad Tertulliani de pallio librum. Nouissime cum Observationibus suis librum Balduini et Nigroni recudendum curarunt, Io. Frid. Nilant Lugd. Bat. 1711. 12. et qui haud ita pridem orbi litterario cum magno sui desiderio ereptus est Christ. Gottlieb Hoecherus, Lipsiae 1732. 12. Adde Io. Adami Koenigii dissert. de ritu portandi calceos. Witteb. 1678. Io. Frid. Durrii dissertationes binas de veterum calceamentis. Altorfii 1688. et Henr. Tobiae Bittneri commentationem de calceis veterum. ibid. 1740. De calceis purpureis Imperatorum et Patriarcharum Cangius ad Villeharduinum p. 307 seq. et Stephanus

de Altimura p. 220. panopliae aduersus schisma graecorum. De gemmis clauisque calceorum Philippus Rubenus II. 14. electorum. Ὑποδήματα et σανδάλια Matthaei X. 10. atque aliis Noui Test. locis unum idemque esse, (aduersus Salmasii sententiam qui ea distinguit p. 355. ad Terrullianum de pallio) docet Thomas Reinesius Epistola ad Io. Christfridum Sagittarium, quae legitur in Frid. Gotthardi Gotteri elogiis clauorum Altenburgensium, Ienae 1713. 8. p. 74 seq. Varia quoque calceorum genera commemorat Galenus IV. in Hippocr. περὶ ἀρθρώων tomo 5. pag. 644. Isidor. Hispalens. lib. 19. Origg. cap. 34. Bisciola tomo 2. horarum subsec. lib. 17. c. 21. De puniceo siue mulleo calceo Voss. lib. 4. de idololatria c. 5. et quae viri docti ad haec Vopisci cap. 49. Aureliano: *calceos mulleos et aereos et altos et hederacios viris omnibus tulit, et mulieribus reliquit.* De *Phaecasia* genere calceamenti Graecanici Lipsius ad Senecam lib. 7. de beneficiis c. 21. et ad Epistol. 113. De lunatis calceis quibus fas uti patritiis, Barthius ad Statium tomo 1. pag. 450. Cangi- gius ad Zonaram pag. 329 sq. et Bonanni in museo Kircheriano p. 164 sq. Calceorum effigies in statuis apud Montfauconum T. 3. supplementi tab. VI. caligarum militarium T. 4. supplementi tab. III. sqq. Calceorum e corio vsus olim rarior. Vide Io. Georgii Keyseri antiquitates septentrionales p. 170 sq. De more calceos subligaculis suis soluendi Antonius Iul. von der Hardt, iam S. Theologiae et linguar. orient. Professor celeberrimus in Academia Iulio-carolina, in dissertatione sub Io. Godofr. Lackemachero habita de studiis per colloquia cum eruditis. Helmstadii 1728. De more calceos in luctu ponendi Io. Henr. Maius lib. 3. obs. sac. p. 24 sqq. De calceamentis Scytharum videatur Car. Godofr. Zapfius in dissertatione de Abaride. Lips. 1706. De Germanorum calceamentis Treuerus in anastasi veteris Germani. Indorum calceos vide in Ludou. Moscardi museo, p. 303, 305. Perfas altis calceis vsos recte ex Strabone annotauit Zaccagnius ad Acta Archelai a se edita § 12, ubi Manes siue Manichaeus haereticus dicitur vsus calceamenti genere, quod quadrifolea appellari solent. De solea vide sis Sirmondum p. 189 sq. ad Sidon. Soleae equis mulisque aptatae Scaliger p. 23. ad Catullum. De sparteis sandaliis mentio apud Socratem VII. 36. cui iungas Rubenium elect. p. 59. *Monocrepis*, quale genus calceamenti sit discas ex Iunio de pictura pag. 25. et Th. Munkerii mythographis tomo 1. pag. 30. in notis ad Hyginum. De nattis, quibus iter celerrime per niues glaciesque conficiunt, (pandas trabes vocat Saxo Grammaticus libro V.) vide Wormii museum p. 573. Sutores alii virilium alii muliebrium calceorum; alii qui tantum scinderent coria, alii qui confuerent. Xenophon VIII. Cyropaed. p. 208. vbi etiam de sartoribus similiter. *Insabbatati, Zabatenses*, qui in Zabata siue sotulari et calcea-

calceamento suo per certum signum dignoscebantur, Waldensium fuere genus. Vide Pagium ad A. C. 1197. n. 10. Martene T. V. anecdotor. p. 1755. et Bibliothecam Patrum T. 25. p. 255. C. D. De *excalceatione* D. Georgius Calixtus et alii ad Exod. III. 5. Io. Fabricius de Cacozeria Gentilium tom. 2. diff. B. Dihërri pag. 228. Zimmermannus in analectis pag. 65 seq. Io. Clodius in dissertatione de ritu excalceandi. Witteb. 1672. et Caspar Sagittarius in diff. de nudipedalibus veterum, quae recusa est in Syntagmate 1. Disputat. Philolog. Amstel. 8. Agit autem *capite I.* de nudipedalibus promiscuis in itinere vel alibi quae defectu aut studio fieri solebant: *capite II.* de nudipedalibus religiosis, de quibus videndi etiam Interpretes ad Exod. XXX. 18. Bynaeus de calceis Hebraeorum lib. 2. cap. 7 et sq. Rupertus ad Florum p. 210. Geuartius 11, 12. electorum, Io. Christfr. Sagittarius in diff. an ebraei nudis inceserint pedibus. Ienae 1644. et in eius otio Ienensi p. 89. Io. Christ. Wichmanshausen in dissert. de calceo in Hebraeorum sacris deponendo. ib. 1721. Io. Gottlob Carpzouius in disput. de discalceatione religiosa in loco sacro ad Exodi III, 5. et Iosuae V, 15. Lipsiae 1729. recusa ad calcem annotationum in Goodwini Mosen et Aaronem p. 769 sqq. in qua contra Gussertium comment. linguae hebraeae p. 861. ed. in fol. et p. 1645. ed. repetitae Lipsiae 1743. 4. communiorem sententiam, nudis pedibus incesse sacerdotes sacris operantes affirmantem, defendit. Ioan. Ern. Imm. Walchius de religiosa veterum ἀνυποδησία ad Act. VII, 33. quae exstat fasciculo primo eius dissertationum in Acta Apostolorum, Ienae 1756. 4. p. 101 sqq. et in qua in primis de ἀνυποδησία apud gentes vsitata differit. *Capite III.* idem Sagittarius agit de nudipedalibus lugentium ac poenitentium, et *Capite IV.* denique de nudipedalibus leuirorum, de quibus Talmudici tractatu לוייט de leuiratu tomo 3. Surenhusii pag. 1. et Interpretes ad Deut. XXV. 5. et librum Ruthae IV. 7. et Abr. Henr. Deutschmannus in dissert. de ritu excalceandi in contractibus. Witteb. 1693. De modo inducendi vel deponendi calceos, praecipue ad Mensam, vide Guil. Stuckium Antiquitatum Conuiuialium II. 27. pag. 227 sq.

De primo homine nudo condito, de gentibus itidem quibus nudis incedere mos, de Adamianis haereticis nuditatem affectantibus, de Philosophis Gymnosophistis etc. vide dissertationem Rev. D. Io. Schmidii de nuditate hominum in triplici statu, integritatis, lapsus et post resurrectionem, Lips. 1706. Io. Gottlieb Hardtii binas de nuditate exercitationes, ibid. 1684. et Paulli Henr. Tillemanni commentationem historicomoralem de eo quod iustum est circa nuditatem Ien. 1692. Lipsiae 1726. 4. Dicuntur etiam quandoque nudi, ex phrasi orientalibus vsitata, qui ἐπειδύτην exterius ἱμάτιον siue superiorem

vestem, stolam et pallium, abiecerunt, etsi χιτῶνι, tunica et femorali adhuc sint induti. Vide Ludov. de Dieu ad Ioan. XIII, 4. XIX, 2. XXI, 7. Actor. IX, 39. Gisberti Cuperi observationes p. 36. et Borremansium de poetis et Prophetis pag. 119. De Platonis lege nuditatem in Rep. sua suadente Io. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis p. 411. sq. et qui Philosophum excusat Bessarion IV. 5. contra calumniatorem Platonis. De stolis beatorum, Rev. D. Samuelis Schelwigii diatriba exstat in lucem edita Gedani 1692. De decoro circa vestes vide Christiani Henr. Weisii dissertationem Lipsiae 1710.

XI. De more scindendi vestes in luctu et indignatione vide interpretes ad Num. XIV. 6. Ios. VII, 6. Iudic. XI, 35. Matth. XXVI, 6. De laceratione vestium apud *Hebraeos* vsitata confer Nicol. Serrarium in *Estheris* cap. IV. Carpouzium ad Goodwinum p. 650. Io. Christi. Genselium observ. saer. p. 33. Corn. Adami observ. theologicophilolog. p. 180. et Ioan. Christoph. Wichmanshausen de laceratione vestium apud *Hebraeos* vsitata. Witteb. 1716. De laceratione vestium apud alias gentes vide Aeschylum *Persis* v. 1065. Herodotum III. 66. Cerdam et alios ad *Aeneid.* V, 685. XII, 682. Bourdelotium p. 21. ad *Heliodorum*, *Freinshemium* ad *Curtii* III, 11, 25. Petri Fabri II. semestr. p. 122. sq. *Eliam* *Schedium* ex edit. *Iarkii* p. 700. *Octavium* *Ferrarium* de re vestiaria parte 2. lib. 4. c. 2. *Sadi* *Rofarium* p. 269. *Briffonium* de regno *Pers.* lib. 2. p. 256. et dissertationes *Christ. Roehrensee*. Witteb. 1668. et *Christoph. Iac. Schroederi*. Ienae 1705. *Pullae* vestis vsus in luctu *Athenis* iam *Periclis* tempore, vt docet *Plutarchus* de laude sui p. 543. *Carthaginienses* luctu publico nigris pannis moenia urbis suae circumdabant teste *Diodoro Sic.* lib. XIX. tom. 2. pag. 740. De *Romanorum* lugubri habitu, in moerore publico praesertim, consulenda praeter eundem *Ferrarium* T. 6. *Graevii* p. 668. sq. *Ciceronis* oratio in *Vatinium* c. 12. sq. et *Henr. Norisius* ad *Cenotaphia Pisana* diss. 3. c. 2. De vestitu colorato in luctu regio exstat dissertatio *Andr. Iulii Dornmeieri*, *Halae* 1704. *Nigris* vestibus in luctu vsi etiam *Christiani* vide *Asterii* homiliam 1. in tomo 1. auctarii noui *Combesii*. pag. 92. licet improbante *Cypriano*, de quo *Franciscus Pithoeus* in *Pithoeanis* p. 5. De vestibus sepulcralibus *B. Io. Frid. Mayeri* diss. *Gryphiswald.* 1706. Confer etiam scriptores de luctu, infra capite vltimo a nobis laudatos.

XII. De vestibus militaribus et armis pauca quaedam subiungenda restant. Et de vestibus quidem sago, lacerna, paenula, armilauza videatur *R. H. Schelius* dissert. VI. ad *Polybium*, et *Philippus Rubenius* 11, 12. *Electo-*
rum.

rum. De *sago* Ferrarius de re vestiaria II, 13, 8. sq. De *paludamento* Imperatoris Lipsius de militia Romana 11, 12. De discrimine inter *sagum*, *paludamentum* et *chlamydem* vide I. E. I. Walchium ad Cellarii compendium antiquit. Rom. pag. 549. not. x). *Albae* fuerunt militum vestes ducumque *chlamydes* vide Iurretum ad lib. 1. Paullini de vita S. Martini fol. 888 sq. T. VIII. Bibl. Patr. Morell. Militum *cingulus* seu *balteus*, Rupertus p. 327. in *Florum*. De armis vero et quidem de *scutorum* forma quae Hebraeis in usu fuit consulenda Theodori Dassouii dissertatio ad titulum *Celim* §. 2. sq. Witeb. 1696. et Io. Christoph. Ortlobii dissertatio de *scutis* et *clypeis* Hebraeorum, Lips. 1718. De *gerro* Scythico *scuto* praeter graecos Lexicographos et interpretes Festi consule Scholia graeca ad Lucianum tomo 2. pag. 32. *Gerrae* Persarum etiam *scuta* e viminibus contexta vt notat Adr. Relandus parte 2. diff. Misc. p. 186. de quibus consulatur Ezech. Spanhemius p. 193. ad orat. primam Iuliani. De *decumana*, *scuti* maioris genere, vide quae viri docti ad Hirtium de bello Afr. cap. 29. et Festum. De *Parma clypeo*, *scuto*, *pelta*, *cetra*, (quae Afrorum fuit) et *ancili* aliisque *scutorum* generibus agunt Aldus Manutius in quaesitis per Epistolam tomo IV. lampadis Artium Gruterianae p. 304. sq. et tomo primo thesauri Sallengriani p. 817. Frid. Taubmannus ad culicem Virgilii p. 106. Lipsius l. 3. de militia Romana c. 1. et 2. et in analectis ad idem opus: Petr. Petitus lib. de Amazonibus c. 25. et 26. vbi sigillatim de *pelta*. Mat. Zimmermannus in analectis pag. 556. sq. Herm. Hugo lib. 2. de militia equestri cap. 4. Henr. Dodwellus in diff. postuma de *parma* equestri Woodwardiana, Oxon. 1713. 8. vbi etiam de aliis quibusdam ornamentis vestibusque militaribus veterum Romanorum. Henr. Norisius ad Cenotaph. Pisana p. 121. Pierius hieroglyph. cap. 36. sqq. Iac. Thode diff. IV. de *clypeis* *scutisque* veterum. Hafniae 1718. 4. Ioan. Sartorius in Schediasmate de *clypeo*. Witeb. 1724. Blasius Caryophilus in opusculo de veterum *clypeis*. Lugd. Batav. 1751. 4. Fortunatus Schachus lib. 3. *myrothecii* cap. 19. seq. qui cap. 15. seq. fuse agit de *Cerethaeis* et *Pheletaeis*, quos milites et stipatores Regis Davidis a *cetris* et *peltis* ita dictos contendit, quasi *cetratos* et *peltatos* dixeris. Confer auctores supra p. 743. de iis excitatos. De *clypeis* extat et diff. Ios. Waffii Angli, cui addendus Tobias Gutberletus libro de *Saliis*, cap. 12. sq. vbi de forma *anciliorum* quae saltantes Martis Sacerdotes circumgestabant: Io. Danielis Rami erudita diff. de *Ancilibus* Romanorum, Hafn. 1706. Ez. Spanhemius p. 167. ad Callimachum, qui de *clypeorum* forma & appellatione, totoque eorum discrimine alibi accurate egisse se testatur. De *clypeorum aureorum* usu idem Scacchus III. 22. *Clypea* votiuia in templis suspensa etc. Salmaf. ad Trebellii Pollionem, Sponius p. 152. sq.

Misc. vbi exhibet et illustrat clypeum votiuum Scipionis Africani et p. 154. plura depromit e numis. Vide de clypeis votiuis Iacobum Sponium in Recherches curieuses d'antiquité p. 1. sqq. Guilielmum Marsieum in dissert de clypeis votiuis inserta T. 2. memor. acad. inscriptionum pag. 227. sqq. Observationes super clypeo votiuo, T. V. histor. Acad. inscription. p. 240. sqq. et Ioan. Frid. Rexrath orationem de clypeis in loco sacro suspensis, Lipsiae 1737. 4. De clypeis Lydorum Xenophon VI. Cyropaed. p. 126. *Γαρυτὸς τὸξος θήκη*, pharetra sagittarum, sagma scuti, Sirmond. p. 239. ad Sidon. Scuta ex plurimis sibi superimpositis laminis siue pellibus confecta obseruat Graeuus p. 86. sq. in lectionibus ad Hesiodum. An tota aerea in vsu fuerint disquirat Arcerius in notis ad Aeliani Tactica p. 132. Insulam Cyprum scuto Gallico similem esse affirmat Hyginus fab. 276. De scutis *Δυγεοῖς* oblongis Gallicis in acutum desinentibus Cangius ad Alexiadem p. 396. Idem de scutis per naues dispositis, vt pone illa milites tutiores pugnarent, p. 283. sq. ad Villeharduinum. Præ ceteris vero omnibus de omni genere scutorum consulendus Henr. Speelmannus in Aspidologia, Lond. 1654. fol. cum Nicolai Vptoni libro de studio militari, et Io. a Bado aureo tractatu de armis, notisque Ed. Bissei. In clypeis imagines et insignia pingi mos antiquissimus, de quo Rigaltius ad paginam 17. Tertulliani, et Drakenborgius ad Silium p. 421. Scutum Achillis, de quo Homerus pictum rebus innumerabilibus, illustratur a Ioan. Boiuinio in apologia Homeri Gallice edita Paris. 1715. 8. Clypeus ouatae figurae apud Montfauconium T. 4. supplem. pag. 12. tab. VII. VIII. IX. Clypeus rotundus et trapezoides apud eundem ibidem post tabulam XIII. Clypeus insignis rotundus in numo Vitellii apud Tristandum T. I. p. 275. macedonicus est, vide Patinum ad Suetonii Vitellium. Clypeus cum inscripto voto apud G. Hiccesium diss. Epistolar. p. 187. sq. Summum dedecus habitum, si quis scutum abiiecisset, de quo Lindebrogius ad Codicem Legum antiquarum p. 1476. et ego notis ad Sexti Empirici Pyrrhonias Institutiones lib. 3. sect. 216. Diuersarum cohortium milites diuersis signis in scuto vsi sunt. Vide columnam Traian. n. 149. Clypeis inscripta fuerunt Ducum nomina, vide quae annotauit Fabricius ad Dionem p. 315. Honor fuit, quum clypeus mortuis Imperatoribus poneretur. Vide Capitolinum in Antonino pio c. 5. et Trebellium Pollionem in Claudio. Scutis impositi, qui duces vel principes eligerentur. Vide Pithoeum II. 6. subseciv. et Lipsium ad Taciti IV, 25. histor. Clypeos Germanorum in numis Augusti habes apud Rubenium, in Drusi numo apud Patinum p. 51. thesauri numismatum, septentrionalium populorum apud Wormium p. 370. Musei. Variæ clypeorum figurae in veteribus sigillis

lis obuiaae sunt apud Heineccium de sigillis p. 202. Vide et p. 130 et 214. De *galea*, *lorica*, et aliis similibus eorumque insignibus agit Alexander ab Alexandro lib. 1. genial. dierum cap. 20. Lipsius lib. 3. de militia Romana c. 1. et 5. et 6. Hilscherus in vita Goliathi p. 86. Barthius aduersar. XXII, 14. Potterus Archaeol. Graec. III. 4. Christi. Brünings in dissert. de cornu salutis. Heidelberg. 1743. Io. Henr. Lederlinus in specimine philolog. de galeis veterum. Argentor. 1716. et Io. Frid. Durrius in dissert. paullo ante p. 860. citata de veterum armis bellicis Zona et lorica. Altorfii 1687. De *loricis* textis Casaub. ad Sueton. Gallam cap. 19. Io. Clericus ad Exod. XXVIII, 32. De *loricis* linteis veterum Sigismundi Iacobi Apini dissertatio exstat Miscell. Lipsiens. T. VI, p. 275. sqq. et T. VII. p. 316. sqq. auctior vero recusa est Altorfii 1719. *Loricæ* in numis de Sarmatis et de Germanis. Patinus thesauri p. 169. 175. De cultro venatorio, *spatha*, *machaera*, Rhodius p. 45. ad Scribonium sq. et Burmannus pag. 179. ad Petron. vbi et *elypeorum* gladiatoriorum effigies. Variæ icones *loricarum* ex veteribus sigillis exhibentur ab Heineccio p. 204. De *telis*, *hastis*, *gladiis*, *pilo*, Gellius lib. 10. c. 25. et ad eum locum Proustius aliique interpretes, Turnebus lib. 19. aduers. cap. 32. Scaliger ad Varronem et Festum, Brodaeus lib. 6. miscell. cap. 26. Lipsius lib. 3. et in analectis ad lib. 5. cap. 4. de militia Romana, et in electis lib. 1. cap. 7. *Gladii* non solum caesim, sed etiam punctim inferendis ictibus habiles. Vide Miscell. observations upon Authors. Londini 1731. 8. n. 9. p. 280. sq. sed confer quoque in contrariam sententiam Sponii Recherches d'Antiquité p. 23. De *bipenni*, quam *bisacutam* vocat Guilielmus Brito II, 305. et cuius figuram exhibet *πέλεκυς* Simmiae, vide Barthium ad Statium tom. 2. p. 566. sq. Petrum Petium de Amazonibus c. 32. Petronium Burmanni p. 627. Io. Carolum Schottum in noua explicatione apotheoeseos Homeri p. 50. R. H. Schelium singulari dissertatione de *telis* ad Polybium. Patricium et Salmasium T. 10. thesauri Graeuiani passim. Potterum Archaeol. Graec. De *telis* ignitis, ad quae Paullus allusit Ephes. VI, 16. confer Ioan. Andr. Schmidii diss. de armatura spirituali. Helmst. 1701. 4. in qua varia armorum veterum genera illustrantur. Confule quoque Lipsii Poliorceticon V, 5. De *telis* Hebraeorum, et quae ipsis ignita audiunt, vide Dassouii dissert. de emphasi sacr. vocum p. 61. Alias auctorum variorum de *telis*, quae Apostolus ignita vocat, sententias vide apud Wolfium T. IV. Curarum p. 158. De *mal-leolis*, qui telorum ignitorum species, vide Baldi Lexicon Vitruuianum p. m. 67. sqq. et quos ille citauit auctores. De *gladiis* populorum septentrionalium conferatur Tychon. Rhodii schediasma de *gladiis* veterum imprimis Danorum. Hafniae 1752. 8. Paterniaci apud Helueticos monstratur *ephippium*

pium cum *stapede* (*Steigbiegel*) quo usus sit Iulius Caesar. Sed veteribus usum stapedis ignotum fuisse iam supra p. 816. ex Montfauconio ostendimus, cui assentitur Carolus Patinus in itinere suo gallice descripto p. 269 sq. Franciscus Philetus XXIV, 22. Epistol. et Ciacconius ad columnam Traianam n. 59. Vide tamen Vossium lib. 1. de vitii sermonis cap. 7. Inscriptio quidem, quae tanquam vetus profertur, in qua verba: *pes haesit stapiae*, conficta a Francisco Columna. Confer Menagiana T. 4. p. 263. Vide et Heineccium de sigillis p. 205. vbi etiam de coopertoriis equorum. Casonouanii origines Gallicas in *etrica*. Melanges historiques. Amstelod. 1718. 12. p. 81. sq. De calcariis eorumque usu, abusu et iuribus Ioan. Nicolai liber prodiit Francof. 1702. 12. Subferrandi et calceandi, vt ait Plinius, equos mos priscis etiam cognitus. De *equis et equitibus cataphractis* praeter Lipsium lib. 3. cap. 7. de militia Romana, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equestri cap. 3. Adde columnam Traianam n. 147, 161. et Ezech. Spanhemium ad orat. primam Iuliani p. 243. 247. sq. De leui & graui armatura idem Hugo lib. 2. cap. 4. De *arcus Scythici* figura, cuius apud varios scriptores mentio, post Scaligerum et Valesium disputat Huetius in notis ad Manilium p. 57. et Harduinus ad Plinii IV, 12. T. I. p. 463. adde Scalig. ad Euseb. vbi de Graecis litteris et quidem de Sigmate, Valesium ad Amm. Marcellinum p. 315. et confer arcus figuram apud Ez. Spanhemium p. 277. ad Callimachum, aliasque apud Perizonium ad Aelianum pag. 736. *Sicae* figuram inquit Barthius in aduers. p. 2634. sq. Brissonius lib. 2. antiq. iuris capite vndecimo, et Lipsius ad lib. 3. cap. 3. de militia Romana, vbi de *pugione*. *Pili* formam ex Rubenio et Lambecio exhibet Graeuus ad Flori 1. 18. apud quem *dolabrae* imaginem quoque habes ex columna Traiana, ad Flori IV. 10. adde Lipsium de militia Romana lib. 3. dial. 4. In numo eius figura conspicitur apud Gutherium de veteri iure pontificio lib. 3. c. 16. De *ascia* videatur Phil. a Turre ad monumenta veteris Antii part. 1. c. 2. p. 13. T. VIII. thesauri Italiae parte 4. Gladio accinctum ire per publicum non licebat nisi militibus, vide ad Suetonii August. c. 26. et Petronium Burmanni p. 407. Gladiis tamen accincti etiam domi et in epulis veteres. Vide Meursium II, 9. animaduers. p. 85. partis 2. exercit. critici. De ritu arma in sacris gestandi vel deponendi, vide Calvoeri rituale tom. 1. p. 691. et Rev. Ottonis Kegeli diff. de gladio deponendo ad baptismum, Helmst. 1709. etc. De more arma gestandi vel deponendi inter epulas Guil. Stuckius II. 29. 232. sq. et II. 34. p. 252. Antiquitat. Conuiuialium. De vfu tela veneno saturandi Freinshemius ad Curtii IX. 8. 20. et Raph. Fabretus ad columnam Traianam p. 13. adde Acta naturae curiosor. II, 3. p. 127.

De *caestibus* quibus vsi pugiles, Ald. Manutius in quæsitis per Epistolam tomo IV. lampadis Gruterianæ p. 312. sq. Pignorius in originibus Patauinis p. 30. T. 6. thesauri Italiae parte 3. et Stephanus ad Saxonem Grammaticum p. 84. sq. Sed de vniuersa pugilum & gladiatorum armatura videndi Petr. Faber et Hieronymus Mercurialis in athleticis atque gymnasticis, Octauii Ferrarii diatriba de gladiatoribus cum altera de balneis edita a Ioan. Fabricio, Helmst. 1721. 8. et recusa in Poleni supplementis ad thesaur. antiq. Rom. et Graec. T. 3. p. 313. Nic. Calliachii dissertatio de gladiatoribus, in eiusd. Poleni supplementis Tomo eodem p. 333. Suen. Bring dissertatio de gladiatoribus. Londini Goth. 1747. Lipsius in libris duobus sermonum saturnalium, et Scipio Maffei Veron. illustratae P. I. lib. I. c. 1. Inscriptiones, in quibus gladiatorum, dimachaeorum, effedariorum mentio, vide in Memoriis Treuoltinis A. 1715. pag. 737. sqq. Ducenta gladiatorum paria in agone funebri Viriathi Diodor. Siculus p. 361. excerptor. Peirescianorum. De rude quo donati gladiatores emeriti, consules Camillum Siluestrum ad Iuuenalem p. 346. De armis veterum Germanorum vide Ioan. Strauchii disp. ad Tacitum III. Lips. 1651. De clypeis Gallorum Gottlieb Wernsdorffium de republica Galatarum c. 6. §. 12. sqq.

XIII. Varia acceptio vocabuli armorum mouet nos, vt hoc loco etiam de insignibus et arte Heraldica non nihil subiungamus. Atque antiquissimum quidem illum esse morem scuta insigni aliquo notandi, multis veterum locis clarissime patet. Ita Plutarchus in vita Alcibiadis pag. 198. tanquam singulare notat eum in scuto suo habuisse *ἑδὲν ἐπίσημον τῶν πατρῶν, ἀλλ' ἔρωτα κεραινοφόρον*, Idem in extremo libri de sollertia animalium pag. 985. ex Stephano refert insigne scuti Vlyssis fuisse delphinum. Confer Aeschyli septem ad Thebas v. 384. sqq. 417. sqq. et Cerdam aliosque ad illa Aeneidos VII. 657.

- - - *clypeoque insigne paternum*

Centum angues - - -

Tiraquellum de nobilitate p. 65. sq. Ulysses Aldrouandum Ornithologiae lib. 1. p. 45. sq. et lib. 2. p. 96. sq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 102. Acta Sanctorum Junii tom. 2. p. 562. Kircherum tomo 2. Oedipi p. 24. sqq. Theodor. Hoepingium de iure insignium. Norimb. 1642. fol. Heineccium de sigillis p. 213. sqq. Bartolia Saxoferrato tractatum de insignibus et armis, recusum Altorfii 1727. 4. Friderici Rappolti schediasma de insignibus. Lips. 1660. 4. Io. David. Koeleri programma de inuentoribus inciuratum, Gallice les hachures dictarum. Goettingae 1730. 4. Philippi Sperl tractatum de clypeis militaribus Germanorum. Norimbergae 1736. 4.

Attamen nondum constare affirmat Arnoldus Buchellius Epistola ad Petrum Scriuerium, inter insignium Virorum Epistolas editas a V. C. Ian. Guil. Meelio p. 128. ante annum a Christo nato millesimum haereditaria obtinuisse familiarum insignia, quorum originem Casanouanus in Originibus Gallicis ¹⁶ repetit a saeculi decimi extremo, siue temporibus Hugonis Capeti Galliae Regis, sub quo feuda haereditaria esse coeperunt et expeditiones cruciatae in Palaestynam suscipi, quod etiam probatur Stephano Baluzio in Historia Genealogica Principum Aruerniae. Vide et Siluestrum de Petra Sancta S. I. de tesseriis gentilitiis Rom. 1638. fol. Inter Pontifices primum Bonifacium VIII. ¹⁷ insignibus vsus esse obseruatum est. Insignia urbium quae *γνωρίσματα τῶν πόλεων* vocat Procopius lib. 4. Gothicorum, memorat Antigonus Carystius c. 15. memorab. Atque de eiusmodi insigni Casaubonus in Casaubonianis p. 141. intelligit, quod Imperator Hadrianus super Aeliae portam iussit suis foetae poni simulacrum, teste Eusebio in Chron. Baronii ad A. C. 137. Regum Assyriorum insigne fuit columba, vide interpretes ad Ier. XXV, 38. et Pinedo ad Stephanum Byz. p. 584. Plinius VIII, 42. notat, Bucephalum Alexandri vocatum esse siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis, armo impressi. Catalogum plerorumque omnium scriptorum, qui de Arte Heraldica Latine, Gallice, Italice, Anglice scripserunt, Oxoniae 1674. 4. vulgavit Agora quidam, cui etiam praeter illos quos memorat Carolus Arndius in Bibl. Politico Heraldica, Postoch. 1705. 8. vulgata, multi ab illo praecipue tempore editi adiungi possent, quorum insignem numerum deprehendes in Lengletii du Fresnoy catalogo scriptorum, quem methodo historiae suae suffixit sect. 58. ex editione Lipsiensi Menkeniana, sed quum institutum nostrum alio nos vocet, hic capiti praesenti finem imponimus.

¹⁶ Vide illas in *Armes et Herault*. De tempore autem quo torneamenta siue Ludi equestres frequentari coeperunt, saeculo X. post Christum natum, vide memorias Treuoltinas A. 1706. pag. 1597 sq. Tum primum coepisse vsurpari arbitraria et vaga, deinde fixa notat Papebrochius tom. 2. Actor. Sanct. Iunii pag. 561. Ast Celsus Cittadinus in libro, *dell' Antichita delle Armi Gentilizie*, qui post mortem eius cum notis editus est a Ioanne Guilielmo Carli Luccae 1741. 8. insignia haereditaria iam apud Graecos Romanosque in vsu fuisse perhibet.

¹⁷ Menagiana tomo 2. pag. 202.

CAPVT XIX.

De conuiujs et re cibaria veterum.

Scriptores generales de hoc argumento. 1. De modo accumbendi ad mensam vel assidendi. 2. De coenaculis, mensis, lectis, poculis, patinis etc. 3. De tempore cibi capiendi. 4. De varijs potus generibus. 5. De cibis omnis et conuiujs varii generis. 6. De varijs ad mensam ritibus et de diribitoribus aliisque qui ad mensam operam suam conferebant. 7. De abstinentia, frugalitate et luxu. 8. Sacra mensa et hospitii. 9.

I.

Ad conuiuia veterum et vniuersam rem cibariam rectius intelligendam faciunt inprimis *Iosephi-Laurentii* collectanea conuiuialia, secundum ordinem litterarum digesta lib. 6. Polymathiae pag. 464. sq. *Ioan. Guilielmi Stuckii* praestantissimum opus¹ antiquitatum conuiuialium, quod Tiguri primum 1582. in fol. et deinde apud Batavos inter Stuckii opera Lugd. Bat. 1695. lucem adspexit. fol. *Andreas* quoque *Baccius* non praetereundus in opere haud vsquequaque obuio de vinis, cereuisiis ac conuiujs antiquorum Rom. 1586. fol. recuso T. IX. thesauri Gronouiani p. 21. sqq. libris VII. quorum primo agit de naturali vinorum historia, vinearum et vinorum cultu, cura, asservatione: libro 2. de vinorum facultatibus et differentiis: tertio, de vsu et effectibus vinorum. Libro quarto de conuiujs, quo inter alia pag. 196. explicat Virgilianam descriptionem conuiujs Didonis, quae occurrit lib. 1. Aeneidos et pag. 202. sq. Homerum a Virgilio in descriptione conuiujs superatum esse contendit. Hic liber quartus longe auctior et in V. libros distributus postea separatim a Baccio editus est, et recusus tomo IX. Antiquitatum Graecarum Gronouii. Ceterum vniuersi illius quod primum dixi, operis Bacciani liber V. et VI. agit de vinis Italiae, liber VII. denique de vinis extra Italiam, et p. 352. sq. de cereuisiis et alijs potibus factitijs. *Iulii Caesaris Buelengeri* libros IV. de conuiujs qui primum prodire Lugd. 1627. 8. recusos inuenies tomo 12. Antiquitat. Roman. Graeuii, in quo etiam pag. 133. occurrunt *Erycii Puteani* reliquiae conuiujs prisci, qui libellus lucem prius adspexerat Mediolani 1596. 4. et in eius Amoenitatibus primo loco legitur sub titulo genialium sermonum. Louanii, 1615. 8. His addendi *Potterus* IV. 16.

H h 2

20.

¹ Laudat Lipsius Centur. I. Misc. Epist. 65. Vide etiam II. 26.

20. Archaeol. Tiraquellus ad Alex. ab Alex. V. 21. et Phil. Lud. Hannekenius de cura domestica Rom. pag. 72. sq. recusus T. I. thesauri Sallengriani. *Iani Cornarii* de conuiuiorum veterum Graecorum et recentium Germanorum ritibus, moribus, ac sermonibus, cum eius libello de amoris praestantia, et de Platonis ac Xenophontis dissensione prodiit Bas. 1548. 8. et a Gronouio deinde infertus tomo 9. Antiquitat. Graecarum, in quo etiam exstat *Iosephus Laurentius* de prandio et coena veterum, et *Hieron. Mercurialis* de potionibus et eduliis antiquorum, *Dauchei* dissertatio de conuiujs veterum, inferta *Memoriis Treuoltinis* A. 1706. p. 480. seq. *Iosephi Quercetani* diaeteticon polyhistoricum, Franc. 1607. 4. cum eius pharmacopœa dogmaticorum restituta recusum; *Ludouici Nonii* vero Medici Antwerpensis diaeteticon post primam editionem Anni 1633. longe locupletius lucem adspexit Antwerp. 1645. 4. et non indiligenter agit IV. libris de vniuersa re cibaria antiquorum, merito hinc laudatum a Vignolio Maruillio in limine Tomi primi miscellaneorum litterariorum et historicorum Gallice editorum. Eiusdem Nonii Ichthyophagia siue de piscium esu commentarius lucem vidit Antwerp. 1616. 8. et *Io. Eriici Ostermanni* de Vet. Romanor. conuiuandi ritibus Witeb. 1649. *Christi. Gottlieb Schwarzii* dissertatio de comissionibus veterum. Altorfii 1744. *Ioach. Tsch* dissertatio de conuiujs Romanorum aliorumque. Aboae 1705. 8. *Georg. Wilh. Frider. Schrammii* commentatio de coena frugali a Plinio lib. 1. ep. 15. descripta. Ien. 1746. *Mureti* liber Gallicus, *Dissertation sur les festins des anciens Grecs & Romains, & sur les Ceremonies, qui s'y pratiquoient.* Parisiis 1682. 12. et Hagae Comitum 1715. 12. *Ioannis* quoque *Manelphi* coena Romana siue vrbana victus ratio huc spectat edita Rom. 1650. et ex antiquis *Apicii Coelii* Latini scriptoris de opsoniis et condimentis siue arte coquinaria libri decem, et curiosissimum opus Naucraticae Grammatici Graeci *Athenaei*, quod sub dipnosophisticon nomine notum est, et Latine versum a Natali Comite melius longe etsi non vsquequaque feliciter a Iacobo Dalechampo, denique eruditissimo H. Casauboni commentario illustratum. Ex hoc Athenaeo a quo perdita Arcestrati, Hegemonis, Matreae, Numeonii et Timachidae de conuiujs scripta commemorantur *Stephanus Niger* deriuauit *Musonium* suum siue opus de nimio vitae luxu atque nimia opsoniorum appetentia. Basil. 1532. 4. et tomo VIII. thesauri Gronov. De conuiuio tempestiuo et intempestiuo, quo intelligitur conuiuium vltra tempus vel in noctem protractum, vt Ferrarius II, 23. Electorum docet, vide Lipsium excursu A. ad Taciti Annales, Salmasium ad Vopisci Florian. 6. p. 631. sqq. et Aldi Manutii dissertationem Tomo primo thesauri Sallengriani p. 801. Quam largiter Deus non vsui solum ac necessitati consuluerit, sed varietati etiam et

copiae esculentorum ac poculentorum prospexerit vbique, docere potest Thomas Bartholinus dissertatione sexta et septima de medica domestica Danorum, quibus victum potumque domesticum eorum exponit. De sacris epulis peracto sacrificio fieri solitis praeter Stuckium videndus *Iac. Guthenius* IV. 23. de iure veteri Pontificio tomo 5. Graev. et *Rudolphus Cudworthus* in libro edito Anglice de genuina notione S. Coenae Dominicae. Lond. 1642. 4. et 1676. fol. *Spencerus* III. 1. de legibus Hebr. cap. 7. *Lakemacherus* Antiq. Graec. sacr. p. 384. *Potterus* Archaeol. Graec. lib. 2. cap. 4. *Saubertus* de sacrificiis c. 26. *Samuel Kripnerus* in dissert. de esca idolis immolatorum, Ienae 1720. p. 21. sqq. et *Waltherus* in der Historie der heidnischen Opfernähler, Parthenopoli 1726. 4. De conuiujs in sacrorum religiosorum ac scholasticorum munerum susceptione; *Stuckius* lib. 1. c. 18. Antiquitatum Conuiualium: et cap. 20. vbi de epulis inauguralibus Magistratum Principumque. De conuiujs eruditorum exstat schediafma Georgii Henr. Goetzii. Lubecae 1716. De victu et conuiujs veterum Germanorum videndus *Philippus Cluuerius* Germaniae Antiquae lib. 1. cap. 17. pag. 121. sq. et *Ioan. Keyslerus* Antiquit. septentr. p. 321. De veterum Borussorum conuiujs vide *Acta Boruffica* T. 3. p. 456. sqq. De veterum Batauorum *Cornelii van Alkemade* et *Petri van der Schelling* *Nederlandfche Displegtisheden*. Roterodami 1732. 8. Voll. 2. De veterum Hebraeorum cibus & conuiujs *Leydeckerus* XII. 7. de Rep. Hebr. *Augustinus Calmetus* diff. 3. praemissa commentario ad Ecclesiasticum, Paris. 1714. 4. *Cherubinus a S. Iosepho* T. 2. apparatus Biblici p. 174. sqq. *Martinus Geierus* in dissertatione de veterum Hebraeorum ratione coenandi. Lipsiae 1639. inter Opuscula Geieri, quae Francof. 1690. 8. edita sunt, omissa, et digna, quae ab obliuione vindicetur. *Ioan. Buxtorfius* in dissert. de symposijs veterum, cum primis Hebraeorum. Aboae 1695. 8. et ex Iudaeis R. *Bechai* in libro *Schulchan Arba*, de quo Celeberrimus *Io. Christoph. Wolfius* *Bibl. Hebr.* Vol. 1. p. 233. De coronis conuiualibus veterum Hebraeorum agit *Ioan. Henr. Maius* lib. 3. observ. sacr. p. 126. sq. edit. secundae. De vnctionibus veterum Hebraeorum conuiualibus singularem dissertationem edidit *Christ. Guil. Franc. Walchius*. Ienae 1751. Diuersa sacra qui colerent iis communi conuiuio vti nefas fuit. Vide interpretes ad *Genes. XLIII, 32.* *Dan. I, 8.* et *Io. IV, 9.* In fynodo Epauaensi A. C. 517. can. 15. et apud *Agobardum* T. XIV. *Bibl. Patrum* p. 265. H. Clericus superioris loci si conuiuio haeretici interfuerit clerici cuiuscunque, *annuo spatio pacem non habeat: quod iuniores clerici si praesumpserunt, vapulabunt.* A

Iudaeorum conuiujs etiam Laici arcentur. Vide plura in hanc rem apud Agobardum in libro de superstitionibus Iudaeorum.

II. Apud vetustissimas gentes et antiquissimis temporibus non minus sedendi mos² ad mensam obtinuit, quam accumbendi. Vide Interpretes ad Genes. XLIII, 33. 1. Samuel. XX, 25. Grotium ad Matth. XXVI, 20. et ad 1 Corinth. VIII, 10. Henricum Hammondum ad Matth. VIII, 11. Stuckium II, 34. antiqu. Conuiual. Bonifacium in Historia ludicra lib. 7. cap. 26. B. Sebast. Schmidium de Paschate p. 98 sq. p. 221, 237, 238, 242 et 409. Suiceri thesaurum et Cangium in ἀκρίβιον et ἀκριβίσην. Ezech. Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 330. Nicol. Abramum ad Nonnum p. 59 sqq. et vetus marmor apud Montfauconum T. V. supplementi tab. X. Propriam obseruationem in Herculis sacris notat Macrobius III, 6. Saturnal. epulari sedentes. Scipio Aemilianus, cui Numantini deinde cognomen, teste Appiano in Ibericis p. 517. in exercitu suo κλῖναι τε ἀπέπειν ἔχειν, καὶ πρῶτος ἐπὶ στιβάδων ἀνεπάυστο. De statione in agno Paschali edendo praeter Interpretes ad Exod. XII, 11. et Matth. XXVI, 20. videndus Franciscus Burmannus Parte II. Exerc. p. 383 sq. Non semper tamen illam obtinuisse, sed accubitum quoque deinceps tamquam signum securae libertatis, post Iosuae tempora adhibitum esse, multi sentiunt: confer Scaligerum de emendatione temporum p. 570. edit. vltimae. Rev. Dassouii dissertationem de accubitu veterum Hebraeorum ad agnum paschalem. Witteb. 1698. et Frid. Adolph. Lampium ad Ioan. XIII, 23. T. III. commentarii in Ioan. p. 58. Apud antiquissimos Graecos, vt ex Homero constat, non accumbebant in triclinijs, sed in δίφροις, θρόνοις, κλισμοῖς, siue fellis ad mensam insidebant, ut notauit Ez. Spanhemius ad Iuliani Caesares p. 11 et 300. et ad Callimachum p. 229 seq. Apud Romanos militibus in usu fuit stantibus cibum capere. Vide Valesium ad Ammianum Marcellinum XXV, 4. pag. 423. edit. Parisiensis in Fol. Ceteri teste Varrone, Seruio, Isidoro, primum assederunt mensae, postea deuieta Graecia accubuerunt, luxuriae ita magis litantes. Adde Octauii Rubei memorias Brixianas Italice editas p. 10 seq. edit. secundae A. 1693. 4. Iosephum Laurentium lib. 1. Polymathiae diss. 8. et Aldum Manutium de accumbendi et comedendi ratione, Tomo I. thesauri Sallengriani p. 799. Soliari coenabant sedentes, puluinari cubantes. Vide Wowerium p. 484. ad Sidonium, vbi de stragulis lectorum conuiualium. De modo et ordine accumbendi apud Veteres, de forma mensarum et trium lectorum, unde *triclinio* nomen, introductique in eorum locum Stibadii, quod in modum

² Sic adoraturi sedebant, vide Trifanum I. p. 442. etiam in epulis. Athenaeus VIII. pag. 363. F.

dum *Sigmatis* 3 femirotundi excurrerebat, videndus Salmafius ad Solinum pag. 1255. (886. edit. Ultraiectinae) et ad Historiam Augustam tomo 1. pag. 832 seq. Imagines veteres apud Lambecium lib. 2. pag. 1009. lib. 3. comment. de Bibliotheca Vindobonensi post pag. 10. et lib. 4. pag. 309 seq. et Dan. Nesselium in epitome Lambecii Parte I. pag. 88. Hier. Mercurialem in arte Gymnastica lib. 1. cap. 11. edit. Amstelod. et quae Zornius ad eum annotavit in bibliotheca antiquario exegetica p. 536 sqq. Pet. Aringhūm Romae subterraneae IV, 14, VI, 27. tomo 2. pag. 36 et 313. Sirmondum tomo 4. Opp. pag. 665. Vitruvium Io. Laetii ad VI, 5. fol. 110 seq. Ciacconium de triclinio, et Fulvium Vrsinum in appendice ad Ciacconium: Rom. 1588. 8. et Amst. 1689. 12. Pignorium lib. de feruis pag. 194 et 156. Balduinum de calceo pag. 260. Nigrōnum de caliga p. 81. vide etiam Lipsium Centur. I. Miscell. Epist. 65. Villalpandum ad Ezechielem tom. 1. p. 290. Camillum Siluestrum ad Iuuenalis Sat. 2. vers. 120. Colomesii obseruationes sacras ad Ioann. XIII, 23. Baccium de vinis p. 146 sq. Octauium Ferrarium II. 4. electorum, ubi Iacobi Sirmondi sententiam notis ad Sidonium expositam expendit. Ephemerides Gallicas Parisienses anni 1694. pag. 588. Suidam in *σκιμαλίω*, Weitzium ad Copam pag. 31. Petri Appiani Inscriptiones antiquas p. ccccxxxv. sqq. et Montfauconum T. 3. supplementi tab. 27. p. 65 sq. Locus dexter honoratior fuit sinistro tam apud Hebraeos, quam apud Graecos Romanosque, vide Franc. Gomari Opera II. p. 61. Turnebum Aduersar. XIV, 24. XVIII, 29. Lipsium elector. II, 2. et epist. cent. III, 90. Nicol. Alemannum in libro de dextra et laeua. S. Bouffaci noctes theologic. diff. 19. pag. 251 sqq. Sirmondum ad Sidonium T. I. Opp. p. 274-279. adde p. 871 sq. et 1305. et T. 4. p. 665 sq. Ern. Gerh. Sincii disquisit. de honoratiore loco. Rost. 1685. 4. Ioan. Christ. Einigk diff. de manu dextra honoratiore. Lips. 1707. Heineccium p. 145 sq. de sigillis, vbi de eo, quod Paullus dextrum Petrus sinistrum locum in bullis occupat Papalibus, atque in numo Leonis X. Bonannum de numis Pontificum T. I. p. 174 sqq. Theophil. Raynaudum in heteroclitis spiritualibus p. 424 sqq. Chr. Franc. Paullini tractatum de dextra, in amoenitatibus historico iuridicis Frid. Wilh. Pistorii. Norimb. 1731. 4. Sinister locus apud Persas honoratior, vt ex Xenophonte lib. 8. Cyropaed. notavit Valesius ad Ammianum XVIII, 6. p. 200.

III. Triclinium, coenaculum, diaetam (sive Zaetam, ut alii vocant) describunt iam laudati Ciacconius 4 et F. Vrsinus, itemque Hieronymus Mercuria-

3 Iuretus ad Paullini lib. 3. de vita S. Martini p. 895. Tomo VIII. Bibl. Patrum.

4 Ciacconii liber vna cum Fulvii Vrsini appendice et Hieron. Mercurialis dissertatione de accubitus in coena origine recusus est Lipsiae 1758. 12.

curialis, quibus addes Io Bapt. Casalium de tricliniis, conuiujs, hospitalitate et tesseris, (de quibus⁵ etiam praeclare scripsit Iacobus Philippus Thomafinus) Iosephi item Laurentii collectanea de conuiujs, hospitalitate, tesseris, et strenis, quae ex eius Polymathia, vt Casalii ex ipsius opere de ritibus veterum decerpta leguntur in tom. 9. Antiquitatum Graecarum Gronouii. Philandrum ad Vitruuium lib. 6. cap. 5. Baldi lexicon Vitruuianum p. 18. Stuckium antiquit. coniuual. 11, 14. p. 285 sq. Velferi epistolam de zeta siue diaeta, T. III. supplem. Poleni pag. 1315 sqq. De mensis, lecticis, lectis, et poculis veterum post Stuckium Antiqu. Coniuu. II, 16 sq. et 34. quatuor diff. egit Vir Clariss. Theodorus Ianfonius ab Almelooveen, quae prodierunt Har-derouici A. 1701. 4. De lectis et lecticis Ioannes Alstorpius quas sub Ameloueenio defensitauerat dissertationes in libri modum auctas edidit Amst. 1704. 12. in quibus cap. vltimo p. 168 sqq. etiam disserit de lectisternijs Deorum, siue epulis, quibus dii colebantur, de quibus plures scriptores habes apud Iarkium p. 98. ad Schedium. De lectis conferatur etiam Octav. Ferrarius II, 26. vbi de capite aselli coronato posito in fronte lectorum triclinarium. De lecticis veterum lucubratorijs exstat dissertatio Ioan. Iac. Rhodii, Regiomonte 1714. adde Caroli Christiani Schrammii *Abhandlung der Portechaises oder Tragesänften*. Norimb. 1737. fol. De lecticis etiam nonnulla Scacchus III. Myrothec. c. 28 sq. Vfus lecticarum est a Bithynis repetendus, vide Isaac. Vossium ad Catullum p. 24 sq. Huetium ad Manil. III, 127. et in Huetianis p. 265 sq. De lectis militaribus et sisyris siue sisurris Valerius ad Ammianum XVI, 5. p. 115. Lecti ex plumis anserum, Alexander Trallianus IX. p. 537. De mensis conferenda sunt quae praeclare notat Octavius Ferrarius II, 9. et maxime 17. electorum, qui c. 18. agit etiam de repositorijs ciborum apud veteres vsitatis, de quibus videatur etiam Plinius XXIII, 11. De lectis, sellis curulibus, cathedris sedilibusque veterum *θρόνοις, κλισμαῖς, διφροῖς* Athenaeus V. p. 192. Lipsius electis lib. 1. cap. 17 et 19. Samuel Schuridius in cathedrologia. Quedlinb. 1690. Ioan. Andr. Schmidius de cathedris doctorum. Ienae 1687. et Valerius Chimentellius opere de honore bifellii, quod ex edit. Bononiensi A. 1666. 4. recusum exstat tomo VII thesauri Graeuiani. Idem Chimentellus Ioannis Baptistae Donii ineditam de scabellis diatriben commemorat, de quibus agit etiam Aldus Manutius tomo 4. lampadis artium Gruterianae p. 300. quemadmodum de lectulis coenatorijs eorumque stragulis ac culcitis Baccius in opere de vinis pag. 127 seq. et Sigonius ad Liuium 39, 6. De stragulis vestibus, in quibus sannam capiebant, confer Bibl. Bremens. T. 4. p. 760. vbi etiam laudantur Alstorpius

lib.

⁵ Vide supra cap. XVII, 4.

lib. cit. c. 8 et 15. Raderus ad Martial. II, 14. Marcellus Donatus dilucidat. ad Liuium p. 74 sq. Io. Nicolai de substratione et oppignoratione vestium c. 9. § 4. Grapaldus in onomastico aedium lib. 2. p. 280. Meursius de luxu Rom. c. 10. De puluinis non capiti modo, sed cubitis quoque suppositis Nouarinus T. 2. adag. sacr. 176. Folles pro accubitis et anacliteriis pilo vel pluma fartis. Wowerius pag. 475. ad Sidonium. Casauboni affectus de veterum lectis et stragula veste commentarius lucem nunquam vidit, in quo auctor doctissimus testatur se pluribus egisse de χαμευνία et σκληροκοιτία, notis ad Capitolini Antoninum tomo 1. p. 293. De mensis delphicis, monopodiis, abacisque ex quibus vina ministrabantur, vide quae notant viri docti ad Alexandrum ab Alexandro lib. 1. c. 19. et Philippus Rubenius lib. 1. elector. cap. 34. De mensa Solis (offene Tafel) apud Aethiopes, ad quam accedere cuilibet fas erat et epulari, Herodotus III, 18. et G. Nicolaus Kriegk in singulari diff. Ienae 1703. De Ahasueri Regis Persarum pretiosis lectis stragulisque agunt interpretes ad Esther. I, 6. Zornius Biblioth. antiquarioexeget. p. 552. et Franc. Wokenius in dissert. de Estherae cum Ahasuero coniugio. Witeb. 1729. Quod autem eodem loco pauimentum smaragdino et Pario lapide stratum fuisse legitur, hinc Musiuorum Operum originem e Persia repetit Ioannes Ciampinus in Parte I. veterum monumentorum cap. 10. De more in rosis siue puluillis rosa fartis cubandi I. F. Gronouius ad Senecam de vita beata cap. XI. De vasis cibariis, vinariis, poculis, Pancirollus I, 58 sq. Var. lect. Stuckius pag. 182, 202 sq. 348 sqq. Meursius de luxu cap. 7. Bayfius de vasculis T. IX. thesauri Gronov. Lipsius lectio. antiq. lib. 3. De vasis Hetruscis consule Montfauconium T. 3. supplem. tab. 28. p. 69 sq. De vasis populorum septentrionalium Lettres serieuses et badines T. 6. p. 384 sqq. ex Cornelio de Alkemade. De cornuum vsu pro poculis Iosephi Lanzoni diff. inserta Museo Mineruae Venetae tomo 2. p. 385 sq. vbi de more pocula praebendi. Io. Meursius notis ad Lycophronem pag. 136. edit. Oxon. Interpretes ad Caesar. de bello gallico lib. 6. cap. 28. pag. 323. edit. Oudendorp. Ursinus analect. sacr. I, 48. Feithius antiquit. Homer. III, 2. Begerus thesaur. Bandenb. Vol. I. p. 13. Vol. III. p. 141. 240. De Germanorum atque septentrionalium populorum cornibus Olaus Wormius in fastis Danicis p. 44. atque in dissert. de aureo⁶ Christiani V. Daniae Regis cornu A. 1639. prope Tunde-

⁶ De eodem cornu conferantur Trogillus Arnkiel libro germanice edito Kilonii 1683. 4. Paulli Egardi cogitata itidem Germanice A. 1642. vulgata. Petri Winstrupii cornicen Danicus poema A. 1643. editum. Enwaldi Nicolai Randulfi tuba Danica. Havniae 1644. fol.

Tunderam reperto. Hafniae 1641. fol. p. 23 sqq. Eckhartus Rer. Franc. T. I. p. 429. Keyflerus antiquitatum septentrional. p. 365. Erläutertes Preußen T. I. p. 641. De Germanorum gentiliū consuetudine deorum memoriam inter scyphos renouandi vide Godofr. Schutzii Exercitat. ad Germ. sacr. gentilem facientium penultimam.

IV. Persas *μονοσιτεῖν*, siue semel tantum per diem, idque sub coenae tempus cibum capere solitos ex Herodoti VII, 120. et Xenophontis Cyropædia VIII. p. 240. aliisque docet Stanleius ad Aeschylum pag. 767. quanquam Ammiano teste XXIII. ult. p. 383. ed. Paris. *Persae* (de longe iuniore aetate loquitur) *quando volunt, cibum capiunt, venter illis solarium est.* Sauromatas tertio quoque die cibum capientes memorat Plinius Hist. naturalis lib. 7. cap. 2. Gellius IX. 4. Graeci vno die saepius comedebant et Romani quoque, vide Noni diaeteticon p. 13. sq. vbi morem illum frequentius modico cibo vtendi longe salubriorem esse contendit quam si quis semel grauiore cibo sese ingurgitet. *Τετρακίς τῆς ἡμέρας ἐσθίων* memoratur a Simplicio p. 55. in Epicetum. Confer Muretum IV, 12. variar. lectionum. Romani antiquissimi fere semel de die cibum sumserunt, vt ostendit Io. Rualdus ad Plutarch. pag. 139. sed postea et ipsi saepius vna die cibo vsi sunt. Confer Octauium Ferrarium II. 23. electorum. Mercurialem IV. 17. Var. lect. et II. 21. Stuckium lib. 1. cap. 11. sq. et Ioseph. Laurentium c. 19. Polymathiae libro 4. Hinc nomina ientaculum, prandium, merenda, coena, comessatio. Vide Vossii etymolog. in his vocibus: Io. Bonam p. 454. Operum. Baccium lib. 4. p. 130 sq. Io. Baptistam Couturium in dissertat. de vita priuata Roman. T. II. memor. Acad. Inscriptionum p. 422. sq. et e veteribus Plutarchum lib. 8. symposiaca cap. 6. De antecoenio priscis vsitato propomateque siue promulside Laurentius

fol. Thomas Bartholinus de vnicornu p. 149. Fortunius Licetus de annulis veterum cap. 40. Acta Erud. 1704. p. 333 sqq. Nic. Petri Sibbern bibliotheca historica Danico-norwegica c. 12. p. 337. De altero cornu Oldenburgico, quod comiti Ottoni A. C. 989. virgo obtulit, Hamelmannus et Winkelmannus in chronico Oldenburgico, *monatliche Unterredungen* A. 1694. p. 491 sq. A. 1696. p. 595 et 898 sq. ex Oligeri Iacobaei museo Regio Danico p. 159. vbi etiam de cornu Tunderensi. Neocori bibliotheca nouorum librorum A. 1697. p. 107. Balthasar Becker mund. fascinat. IV, 17. p. 147. Erdmannus Vhsenius in gelehrten Critico T. I. quaest. 12. Happelii relationes curiosae T. I. p. 38. Exhibet etiam illud Ioan. Conr. Knauth in Saxonia veteri et noua p. 314. De alio cornu eiusmodi Olaus Wormius in museo p. 379. sed quod potius tubam ex ebore scite elaboratam exhibet. De alio Philippus Bonanni in museo Kircheriano p. 281. 299. De alio cornu antiquo Noua litteraria matis Balthici A. 1701. p. 60 sq. Vide etiam, si lubet, Bartholinum p. 243 sq. de medicina Danorum, et quae de cornu Alexandro Regi oblato Ioan. Stobaeus eclog. physic. pag. 130.

tius lib. 1. Polymathiae diff. 7. de prandio diff. 8. Imponenda veteribus, Festo teste, dicta quae post coenam mensis imponebantur. In Italia et Sicilia bis per diem cibo impleri solitos homines Platonis testimonio constat Epist. 7. ad Dionis amicos, qui mos etiam apud Iudaeos et plurimas alias gentes obtinuit, ita tamen ut apud Hebraeos, Graecos et Romanos legitimum ac praecipuum esset cibi tempus *coena*. Monachi semel, nec ante nonam, (tertiam meridianam) cibum capiebant. Vide Rosweidi Onomasticon ad vitas Patrum verbo nona hora, Cangii glossarium in *ἐννατιζεν*, et Possinum ad Pachymyrem T. 2. p. 476. 631. De more portiones ciborum aequales conuiuis distribuendi, vnde ipsum *iuris* vocabulum pro aequo vsurpari coepit, vide Suidam in *δαίτη* et *δαίτης*. Partes conuiuis dabantur pro illorum dignitate vel voluntate Conuiuatoris praestantiores aut duplae vel quadruplae. Vide Io. Henrici Maii, filii, obseruationes sacras lib. 2. p. 36. sq.

V. *Dapes* proprie dicebantur Deorum, *epulae* vero hominum, vt docet Georgius Henr. Vrsinus in obseruat. Philologicis cap. 6. et Seruius ad Virgil. Aeneid. III, 323. Quae vero sententia haudquaquam sese probauit Georg. Christi. Taubnero, in indice historicophilologico in fastos Ouidii, Lipsiae 1749. 8. p. 245. voce Daps ostendenti, dapem dici de omni generatim ciborum apparatu largiore et sumtuosiore. Epulae primum dabantur ab Imperatoribus re feliciter gesta, deinde ab iis, qui palmas ludorum retulissent, denique in dedicationibus, docente Mazocchio in commentario cap. 3. Vulgatus quoque mos fuit Diis in coena libare, de quo Baccius p. 192. De phialis libatoriis consule Bourdelotium ad Heliodorum p. 49. et Wowerum ad Sardonium p. 459. De potibus sacrae paginae dissertationem edidit Ioach. Iustus Rau, Ienae 1733. De vinis eiusque usu et abusu Adriani Turnebi liber recusus exstat ad calcem libri Meibomiani de cereuisiis, et tom. 9. Antiquitat. Graec. Gronouii. Praeter Baccium, Noniumque et alios medicos hoc argumentum tractantes, in praesenti tantum notabo Vina antiqua Consulium nominibus adscriptis commendata, vt notat Barthius tom. 1. ad Statium p. 398. Vinum etiam fumariis superpositum fumoque reconditum, vt ita exsiccatum et cruditatibus liberatum, firmiter fieret et per plures annos integrum permaneret, quod fumosum salernum dicitur Tibullo lib. 2. elegia. 1. Meminit etiam Horatius, ad quem conferes vbi lubebit Lambinum tomo 1. pag. 242. et tomo 2. pag. 184. vbi de vuis fumo duratis, Baccium lib. 1. de naturali vinorum historia cap. 16. Crenium lib. 10. animaduers. pag. 58. sq. Mercurialem in variis lect. qui et alia de vinorum vsu apud veteres, eorum refrigeratione, percolatione etc. praeclara annotauit, et lib. 1. cap. 15. agit de Pirhoe-

giis siue vinaliis festis. Videndus etiam Remb. Dodonaeus in historia vitis vinique, et de faccatis vinis Rhodius ad Scribonium p. 196. sq. et Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 1088. Saccata vina etiam memorantur apud Agobardum de priuilegio et iure sacerdotii T. XIV. Bibl. Patrum p. 269. D. De vino capparino Buxtorfius Lex. Talmudic. p. 2098. Vini adusti siue spiritus vini, de cuius inuento atque antiquitate consulendus Gottlieb Sam. Treuer in annalibus Academiae Helmstad. semestri IX. p. 163. sqq. et Ioan. Philippus Burggrauus in notis ad Conringium de habitus corpor. Germ. caussis § 86. repertor Raymundus Lullus. *Siceram* Hebraeo sermone vocant *μέθυσμα* quodcunque siue potionem quae inebriare potest, vt notat Methodius apud Photium Cod. 237. licet Andreas Schottus Isidorum, Hesychium, Zonaramque sequutus, verba: *μετὰ τὸν οἶνον τὸν ἐξ ἀμπέλων* ambigue vertat: *Sicera est quicquid extra vinum e vite expressum inebriat.* Sane Hieronymus Epist. 2. docet ea voce comprehendi omnem potionem quae inebriare potest, itaque non tantum hydromeli, Oenomeli cereuisiarum omne genus, vinum expressum ex aliarum arborum fructibus, pomorum, pitorum et palmarum, ⁷ sed et vinum expressum ex vuis, licet hoc exceptum velit Meibomius lib. de cereuisia cap. 3. et veteres quidam hoc facere videantur, vt Nazianzenus Orat. 14. p. 230. *ἐκ ἀπὸ σικέρας ἢ ἀπὸ οἴνου.* Adde Crodogandi regulam Canonicorum a Luca Dacherio tomo 1. spicilegii editam cap. 62. Interpretes ad Leuit. X. 19. Luc. I. 15. Abrah. Scultetum lib. 1. exercitationum Euangelicarum cap. 16. Menagii Orig. Gallicas in *cidre*. Leydeckerum de Rep. Hebr. tomo 1. p. 677. Stuckium III. 9. Antiqu. Conuiual. Meursium IV. 25. Misc. animaduersion. parte 2. exercit. critic. p. 240. et Io. Rud. Kieslingii commentat. de sicera in vsu sacrae coenae non admittenda. Lips. 1745. 4. §. VIII. p. 18. sq. De pomaceo (Cidre) potus genere ex pomis, in Anglia et Gallia vsitato, vide scripta Iuliani Paulmier, Ioan. Worlidge, Ioan. Evelyn, et Io. Baptistae du Bois, de quibus Journal des Savans 1725. mense Septembri p. 342. Huetii origines Cadomenses cap. 10. qui nec antiquis ignotum fuisse ostendit, et elegans Ioannis Philips Poema, the Cyder. De *dodra* notae ad Aufonii Epigr. 85. et 86. De *celia* Boxhornius Epist. p. 292. sq. Adrianus Iunius II. 12. animaduers. Lindebrog. ad Ammian. 26. 8. pag. 63. seq. *μελίτιον* potus e quercu. Theophrastus VI. 15. de caussis plantarum. Plutarch. Coriolano f. 214. *Coctia* Gregorii Tur. *Decocta* Neronis vide Cerdam p. 427. Aduersar. S. De cereuisiae vsu et vnde ita dicta, quae Aegyptiorum Zythus, *זיתוס* in Mishna tomo 2. p. 142. *οἶνος ἐκ κριθέων*, Herodot.

⁷ Secundum Theophilum Antiochenum initio allegor. in Lucam, proprie *sicera* est succus dactyli. Confer Clariss. Relandum parte 2. diss. Miscell. pag. 301.

rodot. II, 77. Petr. Petitus p. 32. ad Aretaeum. Hispanorum celia siue ceria, aliis curmi, cedrelea, brythum, biera, hala (hodie Suecis Oely) Sabaia (Pannoniorum vide Vales. ad Ammian. 26. 8.) camum, sidra etc. Vide Adrianum Iunium historiae Batauae cap. 15, Vossium de vitiis sermonis latini p. 7. et in Etymologico, Christoph. Colerum c. 10. Parergon, Martin. Schoockium et Baccium de cereuisiis antiquorum supra iam laudatum, Remberti Dodonaei Epistolas, frugum historiae subiunctas Antwerp. 1552. 8. Io. Henr. Meibomii librum³ de cereuisiis potibusque et ebriaminibus extra vinum aliis, editum Helmst. 1666. 1671. 1688. 4. Lindenbrogii et Cangii glossaria in *cereuisia*. Menagii origines Gallicas, in vocabulo *biere* et *cervoise*: Georg. Casp. Kirchmaieri diss. de vet. Celtarum Celia, Oelia et Zytho. Witeb. 1695. Iosephi Lanzoni epistolam sopra il bera degli antichi, Tomo IV. epistolarum Bulifornii. Neapoli 1698. God. Guil. Leibnitii collectanea etymologica, p. 112. Reinesium var. lectio. p. 484. Io. Schreyeri ternum fluidum magnum, seu naturam aquae, vini, cereuisiae. Cizae 1687. 8. Conringium de habitus corporum German. caussis §. 47. p. 209. sqq. edit. Io. Phil. Burggrauii. Lupuli vsus in cereuisia priscis fuit ignotus. Confer Conringium lib. cit. p. 78. sq. et 106. Idem pag. 108. Iuliani epigramma in cereuisiam interpretatur. De Mumma Brunsvicensi egerunt Franc. Ern. Bruckmannus in *der Beschreibung der Braunschweigischen Mumme*, Brunsw. 1723. et 1725. 4. et Io. Conr. Knauth in *Saxonia veteri et noua* p. 194. sq. De cereuisia, quae vulgo *Duckstein* dicitur, id. ibid. p. 203. et idem Bruckmannus in *relatione physico-medica de hac cereuisia*, Helmst. 1722. 4. quae deinde germanice versa *Beschreibung des fürtrefflichen Weizenbiers, Duckstein* genant. Brunsw. 1723. 4. prodiit. De Breyhano id. Knauthius ibid. p. 262. De cereuisia Numburgensi Iac. Wolfius singulari dissert. Ienae 1684. De mulso siue medone Bartholinus dissert. 7. de medicina Danorum, et Keyslerus antiquitat. septentrional. p. 150. sqq. De Rufforum *Braga* Strahlenbergius in *descriptione Ruffiae*, Holmiae 1730. 4. p. 334. de *Ariki* p. 319. de *Cumisse* ibid. et p. 376. et de potu ex corruptis piscibus p. 389. 435. Catalogum omnium potus generum, quae olim in vsu fuerunt et adhuc sunt per totum terrarum orbem laudatus Bruckmannus edidit Helmstad. 1722. 4. De calidae potu veteribus frequentato et in deliciis habito videbis Lipsium in *electis* lib. 1. cap. 4. Freinsheimii libellum singularem de hoc argumento Argentorat. 1636. 8. et tomo IX. Gronov. Antonii Persii tractatum italice editum *Del bever caldò, costumato degli antichi Romani*. Venetiis 1593. 8. Georgii Christiani Gebäueri librum singularem de caldae et caldi apud veteres potu. Lipsiae 1721. 8. et Octauium

³ Philosophical Transactions num. 69.

Ferrarium I. 12. elector. seq. vbi refellit Mercurialem qui I. 8. Variar. veteres calida vsos perinde, vt Andreas Baccius male negauerat. Agit ibidem Mercurialis de more veterum vina et aquam refrigerandi, de quo videatur quoque Secundus Lancellottus in suo Oggidi T. 1. p. 209. et Thomas Bartholinus de vsu niuis medico, cap. 14. vbi quoque de more aquam potandi frigentem de niue, de quo etiam Meursius spicileg. Theocrit. p. 56. sq. Idem Mercurialis cap. 7. agit de vino per mustum vel lixiuum vel tortium recensato, et II. 13. de condituris vinorum. Adde Stuckium III. 6. sq. Antiqu. Conuiual. et Vincentium Butium de potu calido, frigido et temperato, Rom. 1635. et T. XII. Graev. De potu frigidae et intrito (Kalteschale) D. Wilhelmi Huldrici Waldschmidii, Medici Kilon. dissertatio, A. 1712.

VI. De variis *panum* generibus agit Henricus Nicolai tractatu de pane, Dantisci 1651. 4. Iosephus Quercetanus in Diaetetico Polyhistorico, Io. Sigismundus Elsholtius in Diaetetico Germanice edito Berolin. 1682. 4. pag. 94. seq. Bonifacius lib. 9. historiae ludicae cap. 5. sq. Ioachimus Strupp in Sitopotiamatechnica siue de modo panem et potum ex variis rebus praeparandi, Francof. 1574. 4. Georg. Gottlieb Pitschmannus in libro Germanice edito Lips. 1700. 8. de simila siue farina similiari, quae in Silesiae loco quodam e terra enata fuerat, pag. 23. sq. 69. sq. et 103. Thomas Bartholinus Centur. VI. hist. 16. et de medicina Danorum pag. 303. 304. vbi de placentis Norwagicis ex abietis corticibus, et Io. Philip. Burggrauus ad Conringium de habitus corpor. Germ. caussis p. 294. sqq. Petri Cellensis liber de panibus, Paris. 1600. 8. p. 279. operum et T. 23. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 746. sq. plenus est mysticis expositionibus omnis generis, quorum in sacris litteris fit mentio. Aegyptiis panes, qui per annum incorrupti seruantur. Athanasius in vita S. Antonii c. 12. T. 1. p. 806. Panis apud Maurusios non fit, neque vinum neque oleum, sed far et hordeum immaturum, vt irrationabilia animalia comedunt. Historia miscella XVI. 9. De pane cinericio et modo eum praeparandi Bochartus tomo 1. hieroz. p. 326. sq. Clericus ad Genes. XVIII, 6. et Ioan. Aug. Bonitius in dissert. de *ἐγχευφλαίς* siue pane sub cineribus cocto. Lips. 1720. *Ναστὸς* placenta fuit mellita. Vide Ezech. Spanhemium ad Aristophanis Plutum v. 1143. *δινοῦτρα* placenta vino et melle subacta, Id. ad v. 1122. De pane biscocto siue paxamatico, a Paxamo quodam (Cerde c. XVIII. Aduersar.) qui in vsum militum illud inuenit, panem naualem vocat Plinius Valerianus V. 1. Henelius cap. 45. otii Vratislav. Barthius 36. 19. Aduersariorum, et pag. 247. ad Guilhelm. Britonem. Alteserra lib. V. Ascericon cap. II. Cangius vtroque Glossario in *Paxamat*. Vincentius

Contarenus cap. 19. variar. lectionum. De quadra panis siue more panes quadrifida decussatos incisione coquendi, vt hodieque fit in durioribus panibus rotundis apud Suecos, vide Weitzium ad Moretum pag. 93. sq. Panis subcinericii prunis et cineribus cooperti et crucibus signati ita, vt per quadras quatuorpartiti viderentur, meminit Gregorius M. lib. 1. Dialog. cap. 11. De panico vetere vide Dionysium Voffium ad Caesarem de bello ciuili II. 22. De pane ex arboribus Sagu Christoph. Arnoldus itinerarii pag. 1026. sq. Strahlenbergius p. 377. De pane ex nucibus Valuasor. T. 1. der Ehre des Herzogthums Crain p. 351. De pane ἀγοραῖον Stephanus Berglerus ad Alciphronem p. 82. sq. De *colybis* siue colyphis Graecorum, siue frumento incocto leguminibus Baronius ad A. C. 362. n. 42. sq. Nicol. Comnenus Papadopoli in praenotionibus mystagogicis p. 137. sqq. Cangius in κόλοβον, Gabriel Seuerus Philadelphiensis p. 23. sq. et Richard. Simon in notis p. 265. sqq. Analecta Graeca p. 260. Goarus ad Euchologium p. 661. Hesychius κόλλυβα τρωγάλια. Baluzius Misc. T. 4. p. 419. De spiris pistoriis, von Breßeln, + exstat Io. Christ. Kochii commentatio. Dresdae 1733. Artopta siue artocopus apud Iuuenalem Sat. 5. panis nomen est non ferui. Vide Octav. Ferrarium II. 10. elect. De ritu panem frangendi Grotius ad Actor. XXVII. 35. De pistoribus ⁹ panariis, siliginariis, placentariis, dulciariis, etc. Meursius parte 2. exercit. critic. p. 181. Wowerius ad Minutium Felicem pag. 19. Bartholinus de medicis poetis pag. 56. sq. Pignorius in libro de feruis et Raph. Fabrettus ad columnam Traianam. Boxhornius notis ad Plutarchi quaestiones Romanas, T. V. thesauri Graeuiani p. 1048. et Sponius miscell. eruditae antiquitatis sect. 2. artic. 11. De frumentariis Salmasius ad Spartiani Hadrianum, Schottus ad Victorem de Caesaribus c. 39. § 44. p. 414. Baluzius ad Cypriani epist. 83. Apud Graecos panem conficiebant mulieres, vide Feithium antiq. Homer. lib. 4. cap. 3. *Marcipanes*, a Marco Apicio dicti, vt notat Bonifacius lib. 9. cap. 5. historiae ludicrae. *Litteris Marzaepanis* respondere i. e. claris ac perspicuis verbis tanquam litteris vncialibus quales ad bellaria fiunt ex saccharo et polenta. Papebroch p. * 41. II. Propylaei ad Acta Sanctor. Maii, et Baccius de conuiujs lib. 2. cap. 13. *Moretum* genus edulii + e caseo lacte et herbis olentibus quo rustici olim utebantur, describitur singulari carmine Septimii Sereni, quod inter Catalecta Virgilii legitur, et a Scalligero, Lindebrogio et Weitzio illustratum est. *Maccaroni*, simile prope modum genus cibi est e caseo, butyro, farina compaginata efformatum, et

Athe-

⁹ Recentem vsum et rationes artis pistoriae nostra aetate, quam diligentissime exposuit auctor libri Norimbergae A. 1713. 8. editi, sub titulo Alexii Sinceri wohlbestehender Becker.

Athenaeo iam memoratum, de quo Menagius in Origg. Gallicis, vbi notat Maccarones Gallicos optime sapere, Italicos esse insipidissimos, vnde apud eos homines rudes et insipidos vocant maccarones, quemadmodum etiam versus ludicri ac rudes ad risum mouendum elaborati vocantur maccaronici, de quibus Naudaeus in dialogo, cui titulus Mascurat, et qui id genus scribendi improbat Vauassor in libro eleganti de ludicra dictione. De *Oglia poderida* (vulgo olopaderie) agit Baccius pag. 165. de vinis. Bellaria saccharo condita Itali nominant *confetti* atque inde Graeci quoque recentiores *κροκέτα*, et *κονφέττο*, vt docet Cangius in glossario. De *paccimadio*, quod mazaee genus est, idem Cangius in glossario vtroque. Musonius de luxu Graecor. T. VIII. thesauri Gronov. p. 2494. Bulengerus de conuiujs T. XII. thesauri Graev. p. 137. Stuckius p. 292. Bruyerinus de re cibaria p. 333. De *butyro*, *ἐλαιος ἀπὸ γάλακτος* apud Athenaeum, exstat singularis tractatus Martini Schoockii Ao. 1664. 12. cui addes Barthium LIII. 14. Aduersariorum. Bruyerinum l. c. p. 575. sq. Bochartum Hierozioic. P. I. pag. 315. 473. Conringium de habitu corpor. veter. Germanorum p. 63. sqq. vbi quoque de lacte concreto et acore, et Tob. Waltheri dissertat. de butyro. Altorfii 1743. De *caseo* idem Schoockius, et Io. Philippus Burggrauus ad Conringii librum laudatum. Historia naturalis casei et butyri, quam elaborasse laudatum Bruckmannum docet S. V. Goettenius Europae eruditae P. I. p. 667. quantum scio, lucem non vidit. Neque prodiit eiusdem viri eruditi catalogus exhibens appellationes et denominationes omnium panis generum, quae olim in vsu fuerunt et adhuc sunt, per totum terrarum orbem, qui laudatur ibid. p. 668. *Calypsones* (*Mandel-Torten*) ab inuentrice Calypsone sic dicti, cuius mentio apud Homerum in Odyssaea. De *farciminum* variis generibus adeundus Gesnerus in opere de animalibus quadrupedibus p. 1031. De *buccellato* Henelius c. 45. Otii Vratislauenensis. De Creophagia siue *carnis* esu etiam ante diluuium licito, contra Grotium ad Genes. IV. 3. et Curcellaeum de esu sanguinis inter Christianos, disputat Heideggerus in libertate Christianorum a lege cibaria veterum de sanguine et suffocato, et singulari diss. Io. Andreas Danzius Ien. 1709. Seldenus de iure naturae p. 875. Natalis Alexander aetate I. V. T. diss. 6. Riuetus exerc. 58. in Genesin. Imm. Weber in dissert. de *κρεωφαγία* antediluuiianorum. Lipsi. 1681. et in historia excedentium circa *κρεωφαγίαν*. Lipsi. 1682. Bochartus Hierozoic. P. I. p. 698. sqq. et Io. Phil. Casselius in disquisit. philolog. de Iudaeorum odio et abstinentia a carne porcina eiusque caussis. Magd. 1740. 4. Similiter illis multorum aliorum animalium carne vesci interdictum vide Maimonidem de cibis vetitis, quem latine vertit notasque addidit Marcus Woeldicke. Hafniae 1727 et 1734. 8. Mich. Henr.

Henr. Reinhardi dissertat. duas de cibis Hebraeorum prohibitis. Witteb. 1697. et Io. Andr. Danzii dissert. de animalibus esu interdictis. Ienae 1687. et in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato pag. 795. sqq. De sanguine et suffocato Grotius et alii interpretes ad Act. XV. et Io. Henr. Heideggerus in libertate Christianorum a lege cibaria veteri contra Stephan. Curcellaeum. Amstel. 1662. 8. et p. 493. sqq. Oper. Sed apud alias gentes fere nihil tale, itaque carnis etiam caninae, asininae, camelinae usum pro cibo obrinuisse notat Mercurialis Var. lect. II. 5. A porcina tamen nonnullae gentes olim abstinent, hodieque abstinent. Vide Bochart. Hierozoic. l. c. p. 702. Castellanus de esu carnum p. 389. Tomo IX. thesauri Graev. et Io. Phil. Casselii disquisit. de populis a suilla abstinentibus. Magd. 1740. Adde Kolbii descriptionem capitis bonae spei p. 487. Glires Romanis aliisque gentibus quoque in deliciis fuerunt, quare eos in glirariis saginabant; vide Varronem de re rustica lib. 3. cap. 15. et Bruyerinum l. c. pag. 554. qui etiam de esculentis aliis veterum ex carne agit. Necessitas interdum compulit *carnibus humanis* vesci. Confer Dausqueium ad Silium p. 89. sq. Drackenborchium ad eundem II. 522. Rigaltium p. 32. ad Artemidorum. Petri Petiti librum de anthropophagorum natura et moribus. Ultrai. 1668. 8. Dan. Wilh. Trillerum pag. 544. sq. ad Hug. Grotii Christum patientem, et Ioan. Schmidii dissert. de esu carnis humanae licito. Lipsi. 1691. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus viuere teste Plinio VI. 23. Abstinentia a piscibus, quae Graecis pars est ieiunii, vide Nicol. Comnenum praenotion. mystag. pag. 220. antiquitus religiosior multis visa, non Aegyptiis modo, teste Herodoto, qui sacerdotibus nefas fuisse vesci piscibus testatur II. 37. sed etiam aliis. Vide Vossium IV. 23. et 51. de Idololatria. *Olim vesci piscibus*, inquit Erasmus libro VI. Apophthegmatum, *pro deliciis habebatur*, (confer Dionem 2. de regno p. 28.) *dicebanturque Opsophagi*. *Nunc ea res magna est sanctimonia*. De piscium atque auium esus consuetudine in antepaschali ieiunio exstat dissertatio¹⁰ historico-physicologicomoralis Mich. Amati. Neapoli 1723. De Harengis seu Halecibus num antiquis noti in cibum, disquirat Martinus Schoockius singulari de illis diatriba. De cibis militaribus Romanorum aliorumque Simon Maiolus in Colloquiis Canicularibus p. 549. sq. 714. edit. in fol. Panes *Φοινικινῆς* siue ex palmis et carnes suspensas, in vini faece compositas, sed et sale conditas aliaque in usum, obsidionis tempore recondere suadet Philo libro V. polioreticon p. 86. De falis usu apud veteres, Io. Langius II. 32. Epist. medicinal. nam Aegyptios quidem illo abstinuisse testatur Plutarchus VIII. 8. sympos.

De

¹⁰ Memoires de Trevoux 1724. p. 1107.

De panis et salis vsu in foederibus Stuckius lib. 1. c. 30. de symbolis seu erario et collatione in conuiuiis idem I. 34. Casaubonus ad Theophrasti characteres pag. 281. sqq. et Desiderius Heraldus obseruation. cap. 43. et libro sexto animadv. in Solinum p. 406. sqq. 428. sqq. Coena Hecates a ditioribus ad pauperum vsus in triuiis posita, Ezech. Spanhemius ad Plutum Aristophanis v. 596. De *charisiis* Romanorum aliorumque populorum Stuckius antiquit. conuiualium lib. 1. cap. 31. De eorum *Φιλικοῖς* Chronicon Paschale p. 114. Ioan. Malalas T. 1. p. 228. Valerius Maxim. 2. 1. 8. De *lautiis* veterum, siue liberalibus epulis, quibus publico nomine excipiebantur legati et personae publicae peregre aduenientes erudita exstat dissertatio Ioan. Guil. Bergeri. Witteb. 1711. Vide etiam de epulis publicis Suidam in *Πανδαλοῖα* et *ὡς καλὸν ὦ Πίσσειδον*. In Prytaneo cibum simul capiebant. Vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 18. sq. et p. 84. De Aegyptiorum epulis in templis Petauius p. 31. ad Synesium. *Ταντάλου Φιλοτήσιος πίνειν* apud Indos memorat Philostratus III. 10. De *Syssitiis* et *Phiditiis* Lacedaemoniorum agit Meursius lib. 1. cap. 10. Misc. Lacon. et Dio de regno p. 27. D. De *Phiditiis* Cyrenensium Casaubonus XI. 9. ad Athenaeum. De *Ανδρείοις* Cretensium Plutarchus VII. 9. quaest. conv. Meursius III. 10. Cretae, et Humfredus Prideaux ad marmora Oxoniensia p. 123. De comotationibus sacris et gildis veterum Germanorum Keyslerus p. 327. et 349. sqq. antiquitat. septentrional. De *Calandariis*, fratribus Calandarum corporis Christi, (*Kalandsgilde*) idem Keyslerus p. 359. sqq. Christianus Gotth. Blumberg in der Abhandlung des Kalandes und der Kalandsbrüderschaften. Chemnitii 1721. 12. Kettnerus histor. Quedlinburg. p. 98. Rethmeyerus in antiquitatibus ecclesiae Brunswic. p. 149. sq. Schottelius von alten Deutschen Rechten p. 207. Struuius fasc. septimo litter. e MSS. p. 53. sq. Obseruationes miscellaneae T. 3. p. 344. sqq. Neuer Büchersaal T. 1. p. 561. 958. Obseruationes Halenses T. IV. observ. 18. Heineccius de sigillis p. 157. sqq. Monathliche Unterredungen A. 1698. p. 712. sq. Henr. Mühlus dissert. acad. p. 166. sq. Willh. Frid. Pistorius supplem. ad P. I. amoenitat. historico-iuridic. adiectis praefationi ad partem VI. p. 33. sqq. et Ioach. Fellerus in dissert. de fratribus Calandariis. Lipsiae 1691. De conuiuiio aditali (*Access-Schmauß*) vide Cangii Glossarium in *pastellus*, et annales acad. Helmstad. semestri XI. p. 68. sqq.

VII. Conuiuator ne an conuiuiae gratias agere debeant, extat elegans disceptatio Poggii Florentini. Partes conuiuiis dabantur pro illorum dignitate vel voluntate conuiuatoris praestantiores aut duplae vel quadruplae. Vide Io. Henr. Maii obseruationes sacras lib. 2. pag. 36. sq. Sybaritae *πρὸ ἐνιαυτοῦ*, ante annum inuitabant feminas, vt moliri fatis et comi possent ad conuiui-

uiuium, sicut Plutarchus testatur in conuiuio septem sapientum T. II. Opp. edit. Francof. A. 1599. p. 147. Igitur aut illud est dictum ὑπερβολικῶς, aut proprie verum quod legitur de mulieribus apud Terentium Heautontimor. II. 2. 11. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. De magistro conuiuii confer Plutarchum Symposiac. lib. I. T. II. Opp. p. 620. sqq. Viros doctos ad Siracid. XXXII. Stuckium antiquitat. conuiual. II. 7. p. 152. Tiraquellum de iure primogenitor. p. 145. sq. Thomam Gatakerum Aduersar. p. 32 et 371. Thom. Hyde de ludis Orientalium lib. 2. p. 162. Ioan. Theodor. Leubscheri dissert. de magisteriis veterum. Witteb. 1692. Io. Frid. Christii commentationes duas de magisteriis veterum in poculis. Lipsiae 1745 et 1749. Hieron. Hartw. Eybe commentationem de Symposiarcha eiusque magisterio. Lipsiae 1742. et Amelium siue Petrum Zornium in der Erörterung der schwersten Schrifstellen T. 2. p. 870. vbi eleganter Deum confert cum magistro conuiuii, qui vnicuique iniungit, quantum ei sit e calice calamitatis ebibendum. De structoribus, scissoribus, carptoribus, diribitoribus, infertoribus, chironomis vide quae Viri docti ad Iuuenal. V. 121. Petronium Clariss. Burmanni p. 153. sq. Pignorius de feruis, Popma de operis feruorum, Stuckius Antiquit. Conuiual. III. 3. De parasitis idem II. 4. De anagnostis ad mensam, sermonibus, lectionibus conuiualibus, gryphis et quaestionibus proponi inter pocula, et consultationibus suscipi solitis idem Stuckius III. 17. 18. 19. Ioan. Nicol. Funccius de acroamatibus, inter coenandum oblectamentis veterum Romanorum, Tomo secundo symbol. litter. Bremens. p. 542. sqq. Lydius de coena, fascic. decimo opusculor. historicophilolog. p. 442. Dietericus antiquitat. biblic. p. 627. Dilherrus disput. academ. T. II. p. 412. et Giraldus de aenigmatibus veter. De musica, ludis etc. idem Stuckius p. 387. Lipsius sermon. saturn. lib. I. cap. 6. et lib. II. c. 2. Demsterus ad Rosinum lib. 5. cap. 29. et Pignorius de feruis T. III. supplementor. Poleni ad thesaurum Graecianum et Gronov. p. 1177 et 1188. Exempla eruditorum conuiuiorum e veteribus nobis dant Plato, Xenophon, Plutarchus in conuiuio septem sapientum, et in quaestionibus Symposiacis, Athenaeus in Dipnosophistis, Macrobius in libris Saturnalium, qui in multis Plutarchum expressit. De praegustatoribus, qui et ἐδεάτροι, Cocistrones, Meursius exercit. critic. II. 3. De pocillatoribus Io. Ern. Imm. Walchius in commentatione de pocillatore Phrygio, Vol. II. Aetor. societ. latinae Ienensis. p. 123. sqq. De pueris ministrantibus ad mensam, erudita dissertatio inserta est Memoriis Treuoltinis A. 1709. mense Nouembri pag. 1921. sq. Confer Nazianzenum Orat. XVI. p. 249. vbi etiam videas follibus eos ventum excitasse super capita conuiuarum, ὑπὲρ κεφαλῶν ἀνεμον ταῖς ριπίσι σοφισμένους. De volupta-

te mensali veterum Graecorum confer Gedoynii opera gallice edita Parisiis 1745. 8. pag. 233. sqq.

VIII. De luxu Graecorum Stephanus Niger iam supra nobis memoratus, tomo VIII. Gronov. De Romanorum luxu in mensa & vestibus Lipsius IV. 7. et 9. de magnitudine Romana, Io. Meursii Roma luxurians Lugd. Bat. 1605. 4. et auctior Hafniae 1631. 4. et tom. VIII. Graev. Stanislaus Kobierzyckius de luxu Romanorum, Louanii 1628. 4. et in eodem tomo VIII. Graev. Nadalius de luxu feminarum Romanarum. Gallice, Paris. 1725. 12. cum eius dissert. de Vestalibus. La Mare traité de la Police T. I. libro 3. Bibliothèque raisonnée T. 4. p. 25. sq. vbi etiam de legibus sumtuariis, vestiariis etc. Georgius Hackewill erudito opere Anglice edito Lond. 1635. f. cui titulus: Apologia pro potentia prouidentiaque Dei. Hic libro IV. agit de Romanorum gulositate, pag. 407-439. vti de luxu in aedificiis ac supellectile pag. 441-461. in ornatu et vestibus pag. 461. sq. Pluribus etiam eodem libro persequitur Romanorum crudelitatem pag. 371. seq. auaritiam p. 397. arrogantiam p. 480. adulationem p. 477. et ingrati animi vitium p. 483. De luxu in conuiujs insignis locus est apud Philonem de vita contemplatiua Vol. II. p. 478. sq. edit. recentissimae. De Antiochi Epiphânis luxu vide Athenaeum V. p. 194. sq. et X. p. 439. e Polybii libro XXVI. Potantes in rosa. Vide viros doctos ad Ciceronem II. 20. de finibus et in Verrem V. 10. et Martialem VIII. 77. Comi et Comestiones, psaltriae, fidicines, etc. Vide Erycii Puteani Comum, Desiderii Heraldi animaduersiones in Salmasium VI. 7. p. 428. sq. et Christi. Gottl. Schwarzii dissert. de comissionibus Graecorum et Romanorum, Altorfii 1744. Nec tantum saporum odorumque sed colorum etiam varietate et mistura delicias olim in cibus captasse belluones, notat S. Nilus narratione 3. pag. 31. sq. edit. Possini. Auri puluere conspersas dapes obseruat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 70. sq. E fistulis et fonticulis imber veluti quidam odoratus vnguenti, et vini sparsus de quo Iosephi Lanzoni, Medici Ferrariensis, Epistola *circa l'uso antico delle fontane nelli conuitti è nei Teatri*, tom. 3. Musei Mineruae Venetae p. 86. sq. Eiusdem Lanzoni liber editus Italice dell'uso delle ghirlande e delli unguenti ne' conuitti degli antichi, Ferraricae 1698, ex italico latine versus et notis auctus est ab Hieronymo Baruffaldo, qui schediasma de cultris et aliis armis conuiuialibus veterum electaque conuiuialia addidit. Ferraricae 1715. 8. et deinde insertus T. III. thesauri Sallengriani. Confer quoque de coronis mensalibus Petrum Fabrum III. 25. semestrium p. 399. sqq. 408. sqq. et, quae de vnguentorum vsu in cibus et conuiujs Stuecius III. 15. Antiquitat. Conuiuialium, et de Gallorum luxu Sirmondus tom. 1. Opp. p. 843. Extant tamen etiam exem-

exempla frugalitatis antiquae, de quibus Valerius Max. II. 5. 5. et Alexander ab Alex. genialium dierum III. 11. Adde Georg. Wilh. Frid. Schrammii commentationem de coena frugali a Plinio lib. I. epistola 15. descripta. Ienae 1746. 4.

IX. De benedictione et precibus ad mensam Grotius ad Matth. XXVI, 26. Caspar Barthius initio notarum ad Grotium, et p. 34. Aduersar. Guil. Stuckius II, 36. antiquit. conuiualium, Quintilianus Declamatione CCCI. qui *adisti*, inquit, *mensam, ad quam quum venire coepimus Deos inuocamus.* Lindebrogius p. 1363. ad codicem legum antiquarum et Iac. Gretserus lib. I. de benedictionibus cap. 13. qui cap. 14. morem propinandi et bibendi in salutem atque sanitatem alterius nihil aliud esse ait quam benedictionem eiusmodi, petitionemque benedictionis cuius etiam meminit Nazianzenus Orat. III. p. 85. *Ψυχροπόρῳ κύλινθον χρυσὸν ἐπειπεῖν μετὰ τὸ σφραγίδος, ἄνω βλέψαντας, ad aquae poculum sublatis in altum oculis Christum addito crucis signo appellare.* Ut mos inualuerit bibenti acclamandi *ζήσεας, viuas*, S. Nilus lib. 2. Epist. 311. inde ait accidisse, quod multi merum intemperantius bibentes mortem subito oppetierint. Confer de illo more Frid. Fornerium l. 3. de temulentia et ebrietate c. 16. Stuckium III. 10. sq. et 13. sq. Ferrarium VII. 13. de acclamationibus veterum, Ritterhusium sacrar. lectionum IV. 6. Petium de Nepenthe Homero, Ioan. Frider. Mintenesium de ritu bibendi super sanitate. Colon. 1611. 8. Aemilium Portum de prisca Graecorum computatione Lipsiae 1604. 8. Voetium T. IV. dissertat. selectar. pag. 501. et T. V. pag. 605. sqq. Bourdelotium ad Heliodorum p. 69. Ioannem Fronteau in epistola de ritu bibendi in salutem alterius, inserta T. IV. p. 1. libri gallici, *Pieces fugitives anciennes & modernes.* Parisiis 1705. 12. Massipium in dissertatione eiusdem argumenti, inserta epistolis et memoriis Academiae scientiarum Blitterrensis. Blitterris 1736. 4. Vol. 1. p. 59. sqq. et Mercurio Gallico, A. 1741. p. 1768. sqq. Ioan. Henr. Maium in dissertatione de philotesiis veterum Hebraeorum, Graecorum et Romanorum, quae exstat in eius selectioribus exercitationibus philologicis et theologis, T. I. p. 553. sqq. Stanislai Santinelli epistolam insertam Diario eruditorum Italiae T. 36. p. 147. sqq. Lettres serieuses & badines T. 6. p. 371. sqq. Philippum Mullerum in dissertatione de poculo salutis. Ienae 1666. Ioan. Quistorpium in quaestione symposiaca, vtrum sine laesione conscientiae in salutem alterius bibere liceat. Rostoch. 1666. Henr. Bangerti dissertation. de poculo Iouis seruatoris et boni genii. Lubecae 1663. Christ. Gotthold Wilisch in dissert. de poculo boni daemonis. Lipsiae 1718. Callisthenes apud Plutarchum lib. 1. c. 6. negat, se Alexandri in salutem ebibendo poculum Aesculapio indigere. Graeculi *πίνοντες εἰς πρεσβείαν τῆς*

τῆς εἰκόνας τῆς Θεομήτορος apud Ducam p. 143. histor. Byzantinae. Bibere in memoriam sanctorum, Diarium Italicum T. 27. p. 24. in memoriam defuncti Acta Eruditor. 1714. p. 246. De poculo benedictionis vide Dan. Godofr. Weneri dissertationem. Ienae 1719. Antiquissimis temporibus diuersoria passim fuerunt nulla, unde tanta hospitalitatis laus. Vide Guil. Stuckium Antiquitatum conuiual. lib. 1. c. 28. Iac. Perizonium ad Aeliani histor. var. lib. 4. c. 1. Serrarium ad Tob. V, 9. Iac. Cappellum ad Ios. II. 1. Cauponae parum fuerunt honestae. Vide praeter interpretes ad Ios. II. 1. Casaubonum ad Theophrasti characteres. c. 6. De hospitalitate et sacro iure mensæ atque hospitii confer praeter Stuckium et Iac. Phil. Tomasinum supra p. 876. laudatum, Ioan. Franc. Simonis dissertationem, quae exstat T. IV. historiae Acad. inscriptionum p. 62. sqq. edition. Hagensis, Io. Godofr. Vngeri dissert. de *Ξενοκτονία* in eius Analectis antiquariosacris p. 311. sqq. Philippum Priorium in dissert. de litteris tractoriis, c. V. sqq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 41. 102. sq. Mezeriacum ad Ouidium T. 2. p. 48. sqq. Cheuraeana T. 2. p. 51. sqq. Io. Franc. Buddei theologiam moralem pag. 704. Ioan. Schilteri dissert. de iure hospitii apud veteres. Lipsiae 1656. Phil. Theod. Verpoorteni dissert. de verbo *Ξένος* et peregrinorum apud veteres conditione. Coburgi 1708. Christoph. Matth. Pfaffii dissert. de hospitalitate. Tubingae 1752. Erii Sim. Henr. a Seelen comm. de pietate veterum erga hospites. Lubecae 1742. 4. De tessera hospitalitatis vide Io. Moebii dissertationem de variis tesserarum, praesertim hospitalitatis, veteribus vsitatarum generibus. Lipsiae 1688. et quae Ioan. Baptista Ferretus et Raphael Fabrettus pag. 530. sqq. et p. 500. ad Inscriptiones. De sale hospitali exstat dissertatio Ioan. Columbi. Vpsal. 1675. 8. De hospitalitate Hebraeorum consulatur Io. Palmroothii exercitatio. Vpsaliae 1698. 8. De hospitalitate veterum Christianorum confer Lactantium Diuin. institutionum lib. VI. c. 12. Baronium T. I. ad A. C. 75. n. 15. Ioan. Frontonem in epistola de familia Christiana in primis ecclesiae saeculis, et in epistola de *Φιλοσησιαίς* veterum, Henr. Dodwelum dissertat. Cyprianic. sexta §. 18. Balthasar Bebelium antiquitat. Ecclesiastic. p. 75. et quos laudauit Petrus Zornius in commentario in Iuliani ad Arfacium Galatae Pontificem epistolam pag. 27.

CAPVT XX.

De Nuptiis, Puerperio, Natalitiis, Familiis et
Nominibus.

Qui de nuptiarum ritibus vniuerse scripserunt. 1. De dote. 2. Sponsaliis, benedictione, proclamatione. 3. Num potestati Ecclesiasticae apud Christianos subiectum sit matrimonium. 4. De variis ritibus nuptialibus. 5. De gradibus prohibitis. 6. Diuortii. 7. Abstinentia coniugum. 8. Coelibatu. 9. Secundis nuptiis. 10. Polygamia. 11. Natalitiis, Puerperio, nutricibus, etc. 12. De cura virginum et adolescentium. 13. De Genealogiis et familiis. 14. Genera cognationis et adoptio. 15. Nomina Hebraeorum. 16. Graecorum. 17. Romanorum etc. 18.

I.

De sponsalibus, nuptiis ac diuortii Hebraeorum prae ceteris diligenter et accurate egit *Io. Seldenus* libro V. de iure Nat. et in uxore Hebraica et *Io. Buxtorfius* in exercit. de sponsalibus et diuortii Hebraeorum, et in Lexico Talmudico voce שֵׁקֶר vbi de desponsatione etc. Spectant et huc Tractatus Talmudicus *Kiduschin* de sponsalibus, tomo 3. p. 359. *Cetuboth*¹ siue de dote litterisque matrimonialibus tomo 3. *Surenhusianae* edit. p. 56. et alii quidam Codices eodem volumine comprehensi. Videndus quoque *Augustinus Calmet*, *Benedictinus* Monachus in diff. de sponsalibus nuptiisque Hebraeorum adiuncta eius commentario in Canticum Canticorum, Paris. 1713. 4. *Ioan. Passtritus* de matrimonio Hebraeorum. Romae 1700. *Ioannis Sam. Berthii* commentatio de connubiorum ritu sponsalicio apud Hebraeos aliosque. Lipsiae 1745. et *Io. Frid. Hirtii* commentatio de nuptiis Hebraeorum, et rebus quae cum istis connexae sunt. Ienae 1746. Instrumentum dotalitium hebraice et latine cum notis exstat ad calcem grammaticae hebraicae et aramicae *Bonauenturae Corneli Bertrami*. Geneuae 1574. 4. De ritibus variis ad feminas, sigillarim menstruatatas pertinentibus, *Abraham ben Dior* in libro כְּעֵלֵי הַנֶּפֶשׁ et *R. Benjamin Meardon*o, de quo doctissimus *Wolfius* noster Vol. I. p. 245. *Bibl Hebraicae*. De Chuppa Hebraeorum, sub qua sponsus cum sponsa sollemni ritu a sacerdote Hebraeo iungitur, videndae *D. Io. Benedicti Carpzouii* disputatio-

tiones

¹ Hunc tractatum Talmudicum de contractibus matrimonialibus etiam separatim cum Latina versione sua edidit *M. I. F. Faust*, Argentoratensis, Basil. 1699. 4.

tiones Academicae pag. 411. sq. qui exinde putat illustrari illud ἐπισκιάζειν apud S. Lucam I. 35. De primogenitorum redemptione apud Hebraeos, Ritangelius ad calcem libri de ritibus Paschalibus. Mischna Surenhusiana T. V. p. 115. sqq. 192. sqq. Maimonides Mischna Thora lib. IX. tr. 3. Sebast. Cremerus antiquitat. Mosaicotypicar. T. I. p. 1. sqq. Seldenus de successione in beate defuncti bona, cap. 5. sqq. et dissertationes Io. Frischmuthi. Ienae. G. Peringeri. Vpsaliae 1686. Ern. Christi. Mussigk. Ienae 1696. Dan. Lundii. Vpsal. 1703. 8. Io. Henr. Hottingeri. Marpurgi 1711. Dan. Gerdesii. Duisburg. 1730. Ad illa primogenitorum iura ante legem pertinuisse sacerdotium affirmant Grotius ad Hebr. V. 5. Seldenus in dissert. de decimis sect. I. § 2. Bochartus P. 1. Hierozoici pag. 575. aliique: negant Clericus ad Gen. XXV. 31. et XLIX. 3. Campeg. Vitringa observ. sacr. lib. II. cap. 2. 3. pluresque alii, quos recensitos vide in Olavi Celsii dissert. de sacerdotio primogenitorum. Vpsaliae 1713. 8. et a S. V. Carpouio in annotationibus ad Goodwinum p. 3. sq. De scopo Dei in constitutione iuris primogeniturae Iudaeorum prodiit dissertatio Ioannis Leonh. Froereisenii. Argentorati 1752. De primogenitorum iure apud Lacedaemonios vide Vbbonis Emmii descriptionem reipublicae Laconum, Tomo IV. thesauri Gronouiani p. 483. Graecas et Romanas Antiquitates nuptiales breuiter alphabetico ordine complexus est Iosephus Laurentius lib. 6. Polymath. pag. 481. seq. Eiusdem libellus de sponsalibus et nuptiis antiquorum, qui tomo VIII. Antiquit. Graecarum Gronov. exstat, petitus est ex eiusdem polymathiae lib. 3. Synopsi 8. quemadmodum Io. Bapt. Casalii de ritu nuptiarum ac de iure connubiali veterum, quae in eodem volumine occurrit, decerpta est ex eiusdem Casalii opere de ritibus veterum. De Graecorum nuptiis agit Potterus IV. 11. Archaeol. Io. Godofr. Hauptmannus in commentatione de nuptiis Graecorum. Gerae 1743. et Io. Andr. Philippi in comment. de nuptiis veterum Graecor. Lipsiae e. a. De Romanorum B. Phil. Lud. Hannekenius diff. 1. de cura domestica Romanorum, et Io. Ern. Im. Walchius appendice quarta ad Cellarii compendium antiquitatum Romanarum. Barnabae Briffonii liber eruditus de ritibus nuptiarum recusus est in tomo VIII. Graeuii. Idem exstat vna cum altero de connubiorum iure tertioque ad legem Iuliam de adulteriis et aliis Briffonii opusculis, ² Parisiis 1606. 4. Praeterea idem argumentum tractarunt Anton. et Franciscus Hot-

toman-

² Illa sunt, libri IV. antiquitatum Iuris ciuilibus, libri III. de solutionibus et liberationibus, commentar. in legem Domin. de spectaculis, C. Theodos. et L. omnes dies C. de feriis, παρόνομον iuris, (in quo Pandectas Florentinas vindicat et illustrat) et de regio Persarum principatu libri III.

tomannus,³ Albericus Gentilis, praecipue Andreas Tiraquellus in opere de iure connubiali, et qui in tomo IX. Oceani Iuris siue tractatus tractatum exstant, in quo etiam Briffonius iam laudatus, quibus addes Henrici Broweri, Icti Leidenfis, de iure Connubiorum libros duos, quod praeclarum opus cum praefatione Petri Burmanni recufum est Delphis 1714. 4. Antonium Guibertum Costanum, cuius librum de sponsalibus, matrimoniis et dotibus refert Clariff. Struuius in Bibl. Antiqua tomo I. pag. 186. Alexandrum ab Alexandro lib. 2. Genial. dierum cap. 5. Bonifacium lib. I. hist. ludricae cap. 63. Casalium de vrbis Romae splendore p. 293. Barthii aduersaria II, 7. Christi. Vlrici Grupen tractationem de vxore Romana. Hanouerae 1727. 8. Ioan. Beniam. Dragheimii schediasma de priscis Romanorum nuptias adornantium ritibus. Gedani 1731. Georg. Henr. Ayveri dissert. de iure connubiorum apud Romanos. Goettingae 1736. Anonymi dissertationem de nuptiis Romanorum, quae exstat in libro gallico: *Explication de divers monumens, qui ont rapport à la Religion des peuples anciens.* Parisiis 1739. 4. pag. 338. Caspar quoque Sagittarius in libro postumo de excerptis adornandis testatur se post Briffonium et alios viros doctos messe ipsa maius spicilegium de ritibus veterum nuptialibus collegisse, quod num lucem visurum sit dicere nequeo. Laurentii Pignorii epistola antiquam picturam, quae Romae visitur, et ritus in ea nuptiales illustrans recusa est Tomo VI. thesauri Italiae parte tertia. Prolixe etiam de ritibus nuptialibus omnis generis et gentium variarum disputat Caspar Calvoer libro primo ritualis Ecclesiastici. Frid. Iulius Rottmannus in rituali nupturientium, Germanice edito Bremae 1715. 8. Gaya in libro gallico: *Ceremonies nuptiales de toutes les Nations.* Hagae Comit. 1681. 12. Auctor anonymus libri Anglici: *A critical essay concerning marriage; to which is added an historical account of the marriage rites and ceremonies of the Greeks and Romans, and our Saxon Ancestors, and of most Nations of the World at this Day.* Londini 1724. 8. Ioan. Salenius in dissertatione de ritibus nuptiarum veterum. Vpsaliae 1695. De nuptiis Germanorum agit paullo ante laudatus Grupenius in tractat. de vxore Theotisca. Goettingae 1748. 4. Georg. Henr. Ayverus duabus dissertationibus de iure connubiorum apud veteres Germanos. Goettingae 1738. et Ioan. Georg. Hagerus in epistola de ritibus veterum Germanorum circa matrimonia ineunda. Lipsiae. e. a. De ritibus nuptiarum apud veteres Sueogothos duas edidit dissertationes Ioannes

Her-

³ Briffonii de veteri ritu connubiorum, Antonii Hotomanni de veteri nuptiarum ritu, et Francisci Hotomanni de sponsalibus, de ritu nuptiarum et Matrimoniorum et de spuris ac legitimatione, iunctim edita Lugd. Bat. 1641. 12.

Hermanson, Vpsaliae 1727. 8. De nuptiis veterum Christianorum * liber
Ioach. Hildebrandi lucem vidit Helmstad. 1656, 1661, 1702, 1714. 4. Con-
 sulendus etiam *Ioannes Filescus* in uxore iusta, Paris. 1630. 8. et lib. 2. electo-
 rum p. 271 seq. *Binghamus* origin. ecclesiast. lib. xxii. et *Ioannes Meyerus*
 in vxore christiana. Amstelod. 1688. 4. De ritibus nuptialibus Christiano-
 rum graecae ecclesiae hodie addictorum exstat commentatio Ioan. Frider.
 Burscheri germanico sermone edita 4. Lipsiae 1754. 4. De sponsalibus
 nuptiisque Imperatorum, Regum, Principum, earumque variis sollempnibus
 videndae Francisci Modii Pandectae triumphales tom. 1. lib. 5.

II. De *dote*, dotalibus, paraphernis, receptitiis, siue morgenatica, vt
 recentiores vocarunt, vide Buxtorfium Lexic. Talmud. p. 1422 sq. Salmasium
 de modo vsurarum cap. 4. p. 138 sqq. Iosiam Mercerum ad Aristaeneti Epi-
 stolas pag. 214. Alciatum lib. 1. Parergon. cap. 2. Perizonium in Triade
 diss. pag. 113 seq. Frid. Spanhemium in historia Iobi cap. 15. Salmasium
 de modo vsurarum c. 4. p. 138 seq. Lindebrogium ad Leges antiquas p. 1391.
 vbi dotem a sponso non sponsa datam obseruat: Iustum Fontanini in Vindi-
 ciis Antiquorum diplomatum pag. 254. Cerdam cap. 131. Aduersar. Lang-
 baenium in notis ad Longinum pag. 35. Allatium de Georgiis pag. 374.
 Cotelerium tomo 3. monumentorum Ecclesiae Graecae pag. 657. Stephan.
 Baluzium ad Capitularia Regum Francor. T. 2. pag. 992 sq. Nicol. Hier.
 Gundlingii librum de emtione vxorum, dote et morgengaba ex iure ger-
 manico. Halae 1722. 4. et cum praefatione Henr. Gottl. Frankii. Lipsiae
 1731. 4. Georg. Chr. Gebaueri programma de dote in nuptiis veterum
 Germanorum. Goettingae 1741. *Ἀνακάλυπτρα* Diodoro Sic. V. pag. 286.
ἀνακαλυπτῆρια Scholiasti Euripidis Oreste vers. 294. De *ὀπτηλοῖς* siue do-
 nis quae *ἀνακαλυπτῆριοις* data, tertio a nuptiis die, Ez. Spanhemius p. 180.
 ad Callimachum. *Ἐἴδνα* sponso vel focero data. Kuhnus ad Pausaniam p. 235.
 Apud Romanos intra tres annos per partes exfoluebatur dos, vide Diodor.
 Siculum pag. 330. excerptor. Peirescian. Apud Hebraeos quidem vxori do-
 tem afferebat maritus, vide interpretes ad Genes. XXIX, 19. et XXXIV, 12.
 quod etiam apud veteres Germanos obtinuisse Tacitus auctor est, confer Ber-
 negger. qu. 93. ad Tacitum. Aliae gentes ut Iapones hodieque, ne imperio-
 sas vxores nanciscerentur, similiter a dote abstinuerunt, vt notat Mottanus
 Vayerus tomo 13. Opp. pag. 274. Singulare est quod Herodotus narrat
 quandam veluti feminarum auctionem quotannis factam esse apud Babylo-
 nios, ita vt ex formosarum pretio deformes dotarentur, vide l. 1. cap. 196.

* Bibliothecae Germanicae T. I. p. 150. sqq.

et similia apud Melam lib. 2. cap. 2. Aelianum lib. 4. c. 1. Var. Hist. Berneggerum ad Iustin. XVIII, 8. 4. Freinshem. ad Florum III, 9. 12. Lacones nuptias contracturi cum virginibus in obscura quadam domo includebantur, et quam quisque cepisset, indotatam abducebat. Confer Meursium Misc. Lacon. lib. 2. cap. 3. Adymachidae Libyae populi virgines nupturas Regi suo exhibebant si vellet ea usuro. Herodot. IV, 168. Gallorum veterum nuptiae *per solidum et denarium*, cuius effigiem habes apud Edmundum Martene lib. 1. parte 2. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 607. ubi etiam de annulo pronubo. Ius, vt vocabant, Cunnagii tribuebat Principibus et dynastis pudicitiae virginialis sponfarum ipsorum ditioni subiectarum primam delibationem, vide Keyseri antiquitates septentrionales pag. 484. Dotalitias formulas exhibet Martene T. I. Anecdotor. pag. 110, 111, 122 sq. 141, 667, 765, 806, 854, 872, 894, 904, 927, 933 sq. 968, 971, 987, 991, 1236, 1283.

III. De *sponsalibus* apud Graecos, eorumque caerimoniis, tum paranymphis et domiducis I. Philippus Pfeifferus in Antiquit. Graecis p. 615 sq. De tribus modis nuptiarum apud Romanos 1) *usu*, si v. g. mulier vno anno cum viro, licet sine legibus, vixisset, 2) *κατὰ νόμου ἱεροῦς* per Pontificem Maximum et Flaminem Dialem per fruges et molam falsam, quae vocabatur *confarreatio*, et 3) *coemtione*, quum vxor in filiae locum veniens haereditati iustae locum faceret vide Briffonium, Petrum Pithoeum ad tit. 16. collationis legum Mosaic. et Romanar. pag. 176 sqq. Operum; Lipsium ad Taciti IV. Anal. 16. Alberici Gentilis libros de nuptiis, Gerhardum Noodt ad Digesta de ritu nuptiarum, Hottomannum lib. 2. antiquitatum Roman. et ad Tit. Instit. de Scto Tertulliano, et Ioan. Gottl. Heineccium lib. I. Antiquitatum Romanar. iurisprudentiam illustrantium tit. 10. De usu et coemtione, siue concubinato et legitimis nuptiis Quintilianus Burmanni p. 414. Boethius ad Topica Ciceronis lib. 2. pag. 779. ius connubii id. p. 783. De genuino concubinato ex mente legum Romanarum conceptu dissertationem edidit Georg. Zach. Winklerus Lipsiae 1744. De conuentione vxorum in manum mariti confer Gundlingiana xxxvii. 1. Apud Christianos semper nuptias praecessit Hierologia siue *benedictio Sacerdotalis*, vt docet Tob. Pfannerus lib. 2. Obseruat. Ecclesiasticarum c. 7. Adeoque Tertullianus de pudicitia c. 4. testatur occultas coniunctiones et non prius apud Ecclesiam professas, iuxta moechiam et fornicationem periclitari. Quicquid igitur Io. Georg. Reinhardus libro de iure principum Germaniae ante reformationem circa sacra, Halae 1717. 4. pag. 326 sq. disputet, vt probet, benedictionem sacerdotalem nec de essentia esse coniugii, neque Hebraeis nec Christianis iniunctam a Deo, quam

nihilominus sapienter retineri non diffitetur, vide et relationes innoxias A. 1717. pag. 1039. et A. 1727. p. 1019. apud Hebraeos tamen pariter ac christianas gentes eiusmodi sollempnis ac sacra confarreatio vsquequaque in vfu fuit. Confer Tertullianum II, 9. ad vxorem, Benedictinos ad Ambrosium tomo 2. p. 844. Grotium ad Matth. XXV, 1. Henr. Christ. Hochmanni tractatum de hoc argumento, qui recensetur in Nouellis Reipubl. Litterariae A. 1686. pag. 775. prodiitque Altorfi 1685. 4. Petri Mulleri Icti et D. Samuelis Schelwigii de antiquitate et B. Christ. Kortholti de necessitate consecrationis nuptialis, Kil. 1690. Gretserum de benedictionibus lib. 2. cap. 43. Io. Dougtheium in analectis sacris ad Malachiae II. 14. Pearsonium pag. 31. ad Ignatium, vbi testimonia Clementis Alexandrini et Tertulliani, et Gisberti librum gallicum: *Histoire de l'Eglise sur le Sacrament du Mariage depuis Jesus Christ jusques à nous*. Parisiis 1725. 3 Voll. 4. Plures ordines siue formulas veteres benedicendi Nuptias subiunxit Edmundus Martene ad calcem partis secundae libri 1. de antiquis Ecclesiae ritibus. In benedictione nuptiarum et sepulturis et in quibuslibet sacramentis ecclesiasticis aliquid exigere, simoniacam prauitatem vocat et sub excommunicationis poena interdicit Alexander III. epistola ad Antiochum Remensem Tomo secundo nouae collectionis Marteniae p. 954. Etiam sponsis apud Graecos mos sacra facere atque *θύειν προτέλεια*, vt loquitur Plutarchus in narrationibus amatoriis p. 772. Confer quae de sacris ante nuptias fieri solitis Potterus¹ Archaeolog. Graec. p. 609. et Io. Boiuius p. 785. ad Niceph. Gregoram, vbi habes *θύειν τα ἀνακαλυπτήρια*. Indorum *γαμικὸν χρίσμα* memorat Philostratus III. 1. De proxenetis, (Freywerbern) qui etiam *προμνήσορες, προμνώμενοι*, auspices nuptiarum, (not. ad Chrysof. tom. 8. edit. Sauii. p. 327.) eorumque praemiis vide quae viri docti ad Digesta lib. 50. tit. 14. de proxenetis. Ritus *proclamationis* ante nuptias recentior est, et quandoque propter certas causas omititur, qua de re vide B. Io. Mullerum in defensione Lutheri defensi cap. 6. et D. Luderum Menkenium in exercitatione de omissa proclamatione Sacerdotali edita Lipsiae A. 1703. Communiter primum receptus hic mos in Occidente videtur post Concilium Lateranense vndecimum (A. C. 1215.) cuius capite § 1. ⁵ Innocentius III. statuit, vt quum matrimonia fuerint contrahenda in Ecclesiis, per presbyteros id publice proponatur, competenti termino praefinito, vt intra illum qui voluerit et valuerit, legitimum impedimentum opponat, et ipsi presbyteri nihilominus inuestigent vtrum aliquod impedimentum obsistat: quumque interea apparuerit probabilis coniectura contra copulam

⁵ Allegatur in decretalibus lib. IV. tit. 3. cap. 3. de clandestinis desponsat. Male quidam citant Concilium Lateranense Ao. 1039.

pulam contrahendam, contractus expresse interdicator, donec quod fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis. De validitate coniugii per benedictionem Sacerdotis depositi consummati, disquirat D. Christianus Thomafius fingulari differt. edita Lipf. 1689. Contractus antenuptialis formula A. 1231. exftat apud Miraeum codice donationum Tomo primo pag. 305.

IV. Legibus ciuilibus, non potestati Ecclefiafticae fubiacere matrimonium contendit et ex antiquitate confirmare conatur Marcus Anton. de Dominis lib. 5. de Republ. Ecclef. cap. 11. et post Hennequinum Io. Launoius, in libro, qui infcribitur regia in matrimonium potestas, fiue de iure faecularium Principum Christianorum in fanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, Parif. 1675. 4. impugnatus a Theologo Parifienfi in obferuationibus ad Launoii librum, editis Louanii in 4. et a Dominico Galefio in tractatu cui titulus: Ecclefiaftica in matrimonium potestas. Romae 1676. 4. Launoius amicis fuis faepe testatus est librum illum fe fcripffiffe inuitum et contra animi fententiam iuffu fuperiorum, ut refert Ancillonius in Miscell. criticis tom. 2. p. 330. Galefio tamen oppofuit librum, eandem fententiam propugnantem acerrime, qui infcribitur: Contentorum in Galefii Ecclefiaftica in matrimonium potestate erratorum index, Parif. 1677. 4. Mediam fententiam defendit Io. Gerbafius, Theologus Sorbonicus, in tractatu irenico Gallice edito de potestate Ecclefiae et Principum in impedimenta matrimonii, cum praxi impedimentorum, hodieque valentium. ibid. 1690. 4. Ab illo tempore, fententia Launoii defenditata etiam a Iacobo Boileau. Vide Eliam du Pin tom. 19. pag. 68. fq. E Protestantibus Ioan. Samuel Stryckius in differtatione de reliquiis facramenti in matrimonialibus, quam eius fub praefidio Ioan. Philippus Odelem Halae 1704. defendit, matrimonium non nifi contractum ciuilem effe affirmauit. Quam fententiam fub examen vocarunt e faero ordine Val. Ern. Loefcherus in relationibus innoxiiis A. 1705. p. 118. fqq. et Michael Henr. Reinhardus in meletemate de fanctitate matrimonii christiani aduerfus contractus mere ciuilis conuitium, inferto iisdem relationibus innoxiiis Ao. 1717. p. 1037 et 1113. Ex ordine Ictorum Mich. Henric. Gribnerus in differt. de his, quae ex iure Protestantium matrimoniali ad reliquias facramenti perperam referuntur. Witeb. 1715. 4. Ad quorum argumenta refpondit Ioan. Philippus Odelem in Apologia differtationis de reliquiis facramenti in matrimonialibus. Brunfuic. 1716. 4. De rebus matrimonialibus copiofe agit Iuftus Henning. Boehmerus Tomo III. iuris ecclefiafti Protestan-

⁶ Du Pin T. 18. p. 201. fqq. qui Launoii partes tuetur.

tium. Idem singularem dissertationem de iure Principum Protestantium circa sollempnia matrimonii Ecclesiastica edidit Halae 1718.

V. De muneribus, quibus donati sunt recens nupti siue neogami, vide Buxtorfii Lexicon Rabbin. pag. 2537. Hesychium et Apostolii prouerb. ἐπὶ αὐλῆς, Io. Philippi Pfeifferi antiquitates Graecas p. 633. et Io. Aug. Groebelii commentationem de donis nuptialibus, in Io. Gottl. Bidermanni selectis scholasticis vol. I. p. 751. sqq. Aedem publicam nuptiis celebrandis destinatum Graeci vocabant trinymphon siue nymphaeum, quae vox occurrit etiam apud Malalam in chronico pag. 314. De Epithalamiis, hymenaeis, thalassione, versibus fescenninis, vide quae viri docti ad Catullum et Iani Guilielmi Verisimilia II. 19. Briffonium de formulis lib. VIII. 719. seq. Pfeifferi Antiquitates Graecas pag. 633. 639. Theodorum Prodromum in amarantho p. 458. De Epithalamiis Hebraeorum nuptialibus prodiit commentatio Petri Zornii, Hamburgi 1722. 4. Idem quoque edidit dissertationem de antiquo aenigmatum in coenis nuptialibus Hebraeorum, Graecorum et Romanorum vsu 1724. Apud Romanos et alias gentes sponsae obnuptae, iisque praelatae faeces. Vide Petronium Clariss. Burmanni pag. 87. 88. et Benedictinorum notas ad S. Ambrosium tomo 2. p. 844. De coronis nuptialibus, singularis liber Maderi existat, et idem argumentum attigit Paschalius in opere erudito de coronis, Rittershusius lib. 2. sacrarum Lectionum c. 9. Io. Gottl. Bosseckii στεφανάματα sponsi et sponsae. Lipsiae 1740. et Io. Frid. Hirtius de coronis nuptialibus apud Hebraeos. Ienae 1748. De annulo pronubo praeter Kirchmannum et alios qui de annulis scripserunt, singulari dissertatione, quam supra p. 855. iam laudauimus, egit Petrus Mullerus. Vide et antiquitates Graecas Pfeifferi p. 625. sq. et Lindebrogium pag. 1355. ad Codicem Legum antiquarum, qui sponsas etiam sponsis annulos misisse, ex Prisci excerptis de legationibus obseruat. De oblationibus siue muneribus nuptialibus quorum iam meminimus, poculo vitreo vino pleno eiusque confractio et similibus ritibus vide B. Io. Faes in mantissa ad Dougtheium de calicibus eucharisticis p. 13. sq. De paranympis Grotius ad Matth. IX. 15. vbi etiam de domiductione sponsae ad maritum. De Paranympis apud Hebraeos singularem dissertationem edidit idem Hirtius, Ienae 1748. De vxoris domiductione vide quoque Briffonium lib. I. antiq. iuris cap. 18. De more spargendi nuces Seruius & Cerda ad Virgil. Eclog. VIII. 30. De ornamentis sponsi et sponsae apud veteres vide Samuel. Gerlachii commentat. Halae 1734. De cinerum apud Hebraeos vsu nuptiali comment. Paulli Theod. Carpouii, Rostochii 1739. De conuiujs nuptialibus, plura apud Stuckium videri possunt lib.

lib. 1. c. 24. fq. in antiquitatibus conuiualibus, Sam. Petrum ad Leges Atticas p. 151. fq. Cafalium item et Laurentium Tomo VIII. thesauri Gronov. p. 1311. et 1346. Vrsinum pag. 383. arboreti biblici, et Daniel. Traugott Mullerum in programmate de causis conuiuiorum nuptialium, quod exstat in I. G. Bidermanni selectis scholasticis Vol. 1. p. 732. fq. In praesenti suffecerit notare, quod apud Graecos et Latinos scriptores vocabulum nuptiae et *γάμος* pro conuiuium nuptiale ponitur. Vide quae viri docti notant ad Matth. XXII. 2. Menag. ad Laërtium pag. 42. Cockerti indicem ad Terentium in vocabulo *nuptiae*. Exstat quoque breuis Gabr. Marquardi diff. de coena nuptiali Lipsiae 1692. edita. De taedis quae solebant neogamis praeferi, differit et Delrio in Comment. ad Senecam Tragic. p. 14. fq. Trifstanus in numis Imperator. tomo 2. p. 653. Vigenerius ad Philostrati Comum, et Mezeriacus ad Ouidium T. 1. p. 188. fq. De Zonulae solutione idem Mezeriacus ibid. p. 179. fq. Julius Carol. Schlaegerus in commentatione de Diana *λυσιζώνω*. Hamb. 1735. 4. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Iouem v. 21. et Ioan. Schraderus ad Musaeum p. 341. De Pronuba sponsam in lecto collocante Mezeriacus ibid. p. 182. fq. De Deo domiduco et aliis diis nuptialibus adeundus Franciscus Pomey in pantheo et Dempsterus ad Rosinum p. 385. 395. De fescenninis carminibus Menagius in Origg. Gallicis vocabulo *charivari*, Dacerius ad Festum et Horatii lib. 2. Epist. 1. Talassii nomen unde originem duxerit tradit praeter Liuium l. 1. c. 9. et Plutarchum in Romulo, idem Plutarchus in vita Pompeii p. 620. fq. et in quaestionibus Romanis. Erudita de carminibus nuptialibus diatriba Io. Christoph. Busmanni prodiit Helmst. 1710. 4. Ritus varios nuptiales, Graecorum maxime, tangit etiam Aueranius dissert. 28. in Thucydidem. Ad inscriptionem Gruter. p. CCC XLIX. 2. *homini bono, viro obsequentissimo* vide Gundlingiana XXXVIII. 2. In prauas consuetudines et mores dissolutos suorum temporum in nuptiarum sollemnibus multis verbis inuehitur Chrysofostomus homilia XII. in 1 ad Corinth. Tomo X. edit. nouae p. 104. fq.

VI. Gradus prohibitos lege diuina exponunt Interpretes ad Leuitici XVIII. Io. Seldenus de iure Naturae lib. V. et in vxore Hebraica lib. 1. prioribus sex capitibus, B. Io. Gerhardus et alii Theologi Loco de Coniugio, Io. Bartholdus Niemeierus, Theologus Helmst. in dissertationibus de consanguinitatis et affinitatis gradibus Helmst. 1699. 4. Theod. Beza de repudiis et diuortiis tomo 2. Opp. p. 66. fq. Paullus Hulsius in historia sacra turpitudinis incestae. Groningae 1714. Gundlingiana XXVII. 3. Io. Mich. Langius in dissertationibus tribus de nuptiis prohibitis, Altorfii 1709. Christoph. Matth. Pfaffius in dissert. de non appropinquando ad carnem carnis suae. Tub.

1729. et recusa ibid. 1742. Io. Heumannus in dissert. de fontibus legum connubialium. Altorfii 1754. Io. Dav. Michaelis in libello Germanice edito: von den Ehegesetzen Moses, welche die Heyrathen in die nahe Freundschaft untersagen. Goettingae 1755. 4. Iac. Perizonius in diatriba de constitutione diuina super ducenda defuncti fratris vxore, Deut. XXV. 5. Quod praeceptum affirmatiuum derogare negatiuo, Leuitici XVIII. 16. et XX. 21. affirmant Iudaei apud Seldenum p. 62. et 66. vxoris Hebraicae. Vide et interpretes Matth. XXII. 25. Vtrum fas sit Christiano fratrem vel vxoris suae defunctae sororem ducere ⁷ superiore et nostro seculo variis scriptis disceptatum fuit. Negatiuam sententiam defendunt praeter alios complures B. Aegid. Strauchius in tractatu Germanice edito: daß Gottes Gesetz, du sollst deines Weibes Schwester nicht nehmen, noch feste stehe, Witeb. 1699. D. Mich. Hauemannus, Superintendentens Bremensis, in defensione responsi Moses contra matrimonium cum defunctae vxoris sorore, opposita coequentibus Iudaeis et nouaturientibus Iesuitis, Giessae 1664. 4. Antonius a Mara siue Elias Schnegassius, Ictus, Hamburgi 1697. mense Maio denatus, in diss. de coniugio iure naturae et lege diuina prohibito priuigni cum priuigna, duorum fratrum cum duabus sororibus, patris et filii cum matre et filia: inter vitricum et viduam priuignae, inter viduam defunctae priuignae Rost. 1693. 4. Robertus Wackefeld in *Cotser*, siue fragmento codicis Wackfeldi, in quo probatur coniugium cum fratria illicitum esse, Lond. 1527. 4. D. Frid. Ernest. Ketnerus, Superintendentens Quedlinburgensis, in scriptis aduersus D. Io. Melchior. Goezium, Antistitem Halberstädiensem, editis, B. Tho. Ittigius in Historia Synodi Pictauiensis p. 52. sq. Theologi Marpurgenses in responso A. 1718. dato, quod A. 1737. in quarto prodiit: Gründliche Untersuchung, ob vermöge des Göttlichen Gesetzes erlaubt ist, daß jemand seiner verstorbenen Frauen Schwester heyrathen dürfe; et nouissime B. Romanus Tellerus in annotationibus ad versionem germanicam commentarii in vniuersum S. C. e Theologorum Anglorum scriptis concinnati, Vol. secundo pag. 206. et Theologus ille celebris, qui suppresso nomine Bibliothecae. Hamburg. miscellanae Vol. 11. p. 366. inferendum curauit *Gutachten wegen Heyrathung der verstorbenen Frauen Schwester*. Contra vero non solum Potentissimus Borussorum Rex, Fridericus II. euulgato A. 1740. singulari edicto, ⁸ subditis suis matrimonia, in Sacra scriptura claris verbis non prohibita, ineunda celebrandaque concessit, sed quoque dispensari posse a Pontifice disputat Arcadius VII. 31. p. 643. sqq. de sacramentis, immo licitumque esse

⁷ Improbantur nuptiae illae Can. XIX. Apostol. Ancyran. XXV. Can. II. Neocaesar. Vide etiam Zonaram ad Can. LXXXVIII. S. Basilii, in Synodico Magno Beueregii p. 224. sq.

⁸ Exhibent illud Acta historicoecclesiastica Vol. V. p. 869.

esse cum sorore uxoris defunctae coniugium tuentur Theologus Helmstadiensis Dan. Hoffmannus, Christoph. Io. Bucholtius, Ictus Rintelensis, Wagenfeilius in libro A. 1705. Germanice edito ad calcem voluminis de ratione legendi scripta Iudaeorum Germanica, Hebraico charactere exarata, et alii, D. Goezius modo memoratus in libro, cui titulus: die annoch ungefränkte Ehe der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, qui et aliorum testimonia adduxit, et nouissime Georg. Henr. Ayrer in dissertatione de iure dispensandi circa connubia iure diuino non diserte prohibita. Goettingae 1742. Sigismund. Iac. Baumgarten fasciculo quinto consiliorum theologicorum p. 284. sqq. Anonymus K. in commentatione germanica: *Rechtliche Behauptung der Ehe mit seiner verstorbenen Frauen Schwester.* Hamburgi 1751. 4. et Ioan Frid. Wilhelmus Ierusalem in commentatione itidem Germanice edita: *Beantwortung der Frage, ob die Ehe mit der Schwestertochter nach den Göttlichen Gesetzen zulässig sey.* Brunsvigae edita 1754. 8. quam adspersis obseruationibus suis recu- dendam curauit Ioan. Frider. Guhlingius. Chemnitii 1755. 8. His adde dis- pensationem Pontificis Alexandri VI. quam exhibent relationes innoxiae A. 1727. p. 374. Et quod A. 1681. Dux Oetingensis Albertus Ernestus vxoris suae defunctae sororem Eberhardinam Catharinam, Ducem Würtembergicam, in matrimonium sibi iuncturus, hoc nomine Variorum Theologorum et Icto- rum consilia requisit, quae videri possunt in libro, cui titulus: *Hochanges legene und bis hieher vielfältig bestrittene Gewissensfrage,* Francof. 1682. 4. No- tum quoque est quod Carolus Blount, Anglus, qui primores duos libros Phi- lostrati de vita Apollonii Anglice cum notis edidit, itemque alia nonnulla, alienum a Christiana religione animum spirantia, idem A. 1693. seipsum in- terfecit, quod viduam a fratre suo relictam ducere prohibitus fuisset, quod legitimum esse matrimonium probare conatus est in libro postumo, *Oracles of Raifon* p. 135. sq. Conf. Baelii Lexicon in voce Apollonius, tomo 1. pag. 313. edit. primae. Hisque adde quae pro eiusmodi coniugio Grotius lib. 2. de I. B. et P. cap. 5. §. 14. qui tantum Epistola 326. et 327. profitetur a Principe posse illud matrimonium, vt quemlibet alium contractum, prohiberi. De coniugio Iacobi binas sorores ducentis agit D. Io. Frid. Mayerus in diss. inaugurali Lipsiae edita 1674. in cuius praefatione tangit Caini et Abelis matrimonium cum so- roribus suis initum. De coniugio Abrahami cum sorore semigermana prae- ter Interpretes ad Gen. XX. 12. adi Seldenum de iure naturae p. 564. Baylii Lexicon in *Sara*. Videturque hoc loco annotandum, quod Solon quoque Atheniensibus permisit ducere sororem ex patre non sororem vterinam. Adde Suidam in *Κίμων*, Muretum l. 15. Var. Lectionum c. 5. Gebhardum ad Corn. Nepotem in vita Cimonis. Contra Lycurgus permessa sorore *ἑμογαστρία* pro-

hibuit sororem ex patre, vt notat Philo Iudaeus lib. de legibus special. ad praeceptum VI. p. 602. (Vol. II. p. 303. ed. recentissimae.) Alioqui communibus Graecorum legibus fratrum et sororum germanorum coniugium vetitum esse constat vel ex Artemidori l. 5. c. 24. quibus accedit Plato octavo de Legibus. Similiter Macedonibus non permissum cum sorore coniugium probat Henr. Noris in Epochis Syro-Macedonum p. 135. sq. Persis contra sororum connubium, vti matrum quoque fuisse legitimum, plurimorum testimonio constat, vide Menagium ad Diog. Laërt. p. 6. Freinshem. ad Curtii VII. 2. sect. 19. Rittershusium ad Isidorum Pelusiotam lib. I. Epist. 464. De Parthis Lucanus VIII. 403. sqq. De Aegyptiis idem Freinshemius ad Taciti lib. 2. Annal. cap. 3. Witfius in Aegyptiacis p. 98. sq. Valesius in excerpta Peiresciana p. 12. sq. De Atheniensibus, quod apud illos quoque legitimum cum sorore connubium fuerit, res nota vel ex Nepotis praefatione. Conf. Paul. Voëtium in notis ad Herodianum p. 71. sq. Desiderium Heraldum lib. 1. Adversar. c. 14. qui et ipse notat apud Athenienses, vt paullo ante observabam, permissum fuisse coniugium cum sororibus consanguineis siue ex vno patre susceptis, non vterinis nec germanis: apud eosdem tamen pupillae et matri pupillorum nubere tutori aut eius filio non licebat, neque matri cum tutore eiusue filio habitare. Conf. lib. 2. c. 10. Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 447. sq. et Menagium ad Laërt. p. 33. Hodieque Barbaros in Ludouiciana australiores narrat Hennepinus ternas quandoque sorores simul matrimonio sibi iungere, tranquillius sibi matrimonium ea ratione spondentes. Praetereo quod in fabulis Saturnus Opem sororem, Iupiter Iunonem sororem duxisse perhibetur, et quae de Britannis Caesar. lib. 5. c. 14. Matrimonium porro cum uxoris sorore vel fratre mariti, etiam inter Christianos non inauditum fuit, vide quae de Honorio Imperatore duas filias Stiliconis ducente Pet. Baylius in Lexico, et quae de Iulio secundo, Arthuri et Henr. VIII. fratrum coniugium cum Catharina Ferdinandi Hispan. Regis filia dispensante Bossuetus tomo I. variationis Ecclesiarum protestantium p. 321. Sed et induktu Pontificis factum est, vt Ferdinandus Siciliae Rex Ioannam Patris sui sororem, Io. Casimirus Rex Poloniae duas interiecto tempore sorores et Rex Portugalliae Petrus, ⁹ fratris tunc adhuc superstitis uxorem duxerit: Emanueli itidem Portugalliae Regi concessum, vt duas succedente tempore sorores, aliis permittente Papa Martino V. vel Calixto III. vt germanam sororem in uxorem acciperent, iam a multis animaduersum. Confer Paulli Hulfi Historiam sacram turpitudinis incestae, Groening. 1714. 4. p. 37. Ceterum quanquam gentes plurimae in connubiis etiam consanguineorum ¹⁰ aperte incestus

⁹ Staat von Portugall, T. I. p. 711.

¹⁰ Confer de nuptiis consobrinorum Euerardi Ottonis dissertationem, quae secunda est partis primae eius dissertationum Traiecti ad Rhenum 1723. 4. editarum.

incestus admittere non dubitarunt, vt pluribus exemplis demonstrant Tiraquellus ad Leg. 7. connubialem, et ad Alexandrum ab Alexandro lib. I. dier. genial. c. 24. Non omnes tamen neque in omnibus ita fuerunt a sensu huius rei alieni, vt non et ipsi incestuosas atque exleges nuptias condemnarent. Sic Cicero pro Cluentio in matrimonium generi cum focru inuehitur his verbis tom. III. edit. Graeuianae p. 98. *Nubit genero focrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus. O mulieris scelus incredibile et praeter hanc unam in omni vita inauditum.* Quia multi persuasi erant etiam bruta animantia ab incestu eiusmodi fororum v. g. matrum, filiarum, etc. abhorrere. Sic notum illud Senecae Tragici:

*Ferae quoque ipsae Veneris evitant nefas,
Generisque leges inscius seruat pudor.*

Adde quae ex Aristotelis mirabilibus de camelis Aelianus l. 6. historiae animalium c. vltimo, et Georg. Pisides Cosmurgiae v. 910. sqq. de equis, Hieron. Rorarius de ratione brutis competente p. 72. de aliis animantibus Bonifacius l. I. Historiae Ludicrae c. 4. Quamquam sublestae fidei esse videntur, quae de animantibus hisce scriptores nonnulli tradiderunt. In Insula Ceylon, et apud Siamenses incestum solis esse licitum Regibus tradunt itineraria. Apud Tschinenses in omnibus religiosissime obseruatur ne quis vxorem omnino sibi ducat cognominem, tametsi nulla sanguinis inter vtrumque intercedat necessitudo. Tschinensium porro cognomina haud paullo pauciora sunt quam apud nostrates, neque enim mille numerantur, nemini vero licet nouum aliquod cognomen effingere, sed ex iis quae antiquo vsu recepta sunt, vnum habeat oportet, et quidem illud a maioribus, patrum non matrum serie deductum, nisi forte quis in alienam fuerit familiam cooptatus. Affinitatis et consanguinitatis gradus in diuerso cognomine nihil attendunt, atque ita proles suas connubio iungunt cum maternis propinquis in quolibet fere gradu. Vide Nic. Trigautium de regno Sinico p. 188. sq. De Ecclesiae Latinae sanctione matrimonium cum compatre siue patrino et susceptore baptismali veritum iudicante ex institutione Papae Theodoti, atque duos tantum concedente diuersi sexus susceptores, ne matrimonia impediuntur, iam supra notare me, quum de baptismo agerem, memini. Arborem consanguinitatis siue delineationem graduum videre licet in Ictorum libris passim expositam libro 38. Digestor. Graecam vero cognationum et affinitatum delineationem ex codice MS. vulgavit Nesselius in Catalogo Bibliothecae Vindobonensis Parte V. p. 52. & ex eo Tenzelius in dialogis vernaculis mensuris A. 95. p. 66. Adde Heineccium delineat. ecclesiae graecae P. I I. p. 392. Quemadmodum apud Hebraeos lex fuit, vt orbae qui erant genere proximi, eam in matrimonium ducerent, vide

praeter scriptores, qui de excalceatione commentati sunt, supra p. 863. citatos Grotium ad Matth. I. 16. Talmudicos in tractatu *יבמות* Tomo III. Surenhusii sub initium, Maimonidem lib. IV. tr. 3. Isaacum Karo in Arba Turim parte III. c. 69. fol. 40. sqq. Wagenfeilium ad Sota p. 663, 664. Seldenum de vxore hebraea lib. I. c. 14. pag. 98. et de successione in bona defunctorum c. 18. Perizonium triade dissertation. pag. 66. contra Seldenum et Christoph. Sontagii dissert. de iure Leuiratus apud Hebraeos, Altorfii 1691. 4. ita et apud Atticos eadem lex obtinuit, vide quae viri docti ad Terentium Adelph. IV. 5. et Phormion. I. 2. et II. 3. Samuelem Petitem ad leges atticas p. 452. sq. Ioan. Meursium in themide attica lib. I. c. 13. Plutarchum in Solone p. 89. et Desider. Heraldum animaduers. in Salmasium p. 251. Instrumentum nuptiarum leuiri ex lege Deut. XXV. 5. fratri semen excitaturi vide in relationibus innoxiiis A. 1712. p. 971. sqq. Contra Paederastiam, si quis ingenuum stuprauerit, data est lex Scantia, de qua exstat Io. Frid. Christii dissertatio, Halae 1727. De adulterorum poenis vide Lindebrogium p. 1349. ad codicem legum antiquarum.

VII. De *divortiis* apud Hebraeos consulendi sunt Commentarii ad cap. XXIV. Deut. Talmudici in Tr. Gittin tom. 3. p. 322. sq. edit. Surenhusianae, Seldenus libr. 3. uxoris Hebraicae, Thomas Pius de divortiis Iudaeorum Lond. 1603. 4. Grotius et alii ad Matth. V. 31. Io. Buxtorfius in libro de sponsalibus et divortiis Hebraeorum iam supra a nobis laudato. Augustinus Calmetus ante commentar. in Deuteronom. T. I. p. 378. sqq. et P. 2. disquisitionum Biblicarum ex interpret. german. p. 315. sqq. Ioan. Iust. Sonneschmid ad Maimonidis tractatum de diuortiis, Ienae 1718. Io. Mich. Langius de diuortiis, Berol. 1716. 4. Seruatius Gallaeus ad Lactantium p. 748. sq. Ioan. Marckius syllog. dissert. V. T. p. 189. Guffetii Vesperae Groning. p. 147. Chr. Gottl. Frid. Wolfii dissertatio de diuortio Hebraeorum, Lipsiae 1739. et Chr. Matth. Pfaffius in dissert. de causis diuortii, Tubingae 1732. Formulam Iudaicam libelli repudii, quam praeter Matthaeum memorat Iosephus l. 4. c. 8. sect. 23. et libro XV. 11. in Graeco (c. 9. in Latino) exhibent Sam. Petitus c. 22. Var. lectio, Fesselius l. 2. aduersar. c. 1. Seldenus l. 3. uxoris Hebraicae c. 24. Buxtorfius in Synagoga Iudaica p. 644. Henricus Palmrooth in dissert. de libello repudii, Vpsal. 1703. 8. et Henric. Mollerus semicenturia secunda, quaeft. 17. Scriptus vero fuit in hanc sententiam, vt extulit etiam Grotius loco laudato: *Mea sponte nullius coactu te uxorem hactenus meam dimittere a me, deserere ac repudiare decreui, iamque adeo te dimitto, desero, ac repudio, atque a me eiicio, vt tuae sis potestatis, tuoque arbitrato ac lubitu quolibet discedas, neque id quisquam vlllo tempore prohibessit, atque ita dimissa esto, vt cuius viro*
tibi

tibi nubere liceat. Confer Clariss. Surenhusii praef. ad tom. 3. Misnae **** 2. b. qui formulam renunciationis sponsaliorum exhibet tom. 3. p. 227. e Wagenfeilio ad Sotam. Quum vero prius maritis tantum integrum esset uxores dimittere ob grauiiores causas, quod vero negauit Ioan. Carol. Beheim in dissert. de diuortio a Deo Iudaeis nunquam praecepto neque etiam legaliter permisso, Altorfii 1729. (quamquam ob leuissimas id factum saepe, indignatur Malachias cap. 2. v. 16.) ab eo tempore euenit, vt etiam uxores possent diuertere a maritis, iisque libellum repudii mittere. Confer Interpretes Marci X. 12. Io. IV. 18. 1. ad Corinth. VII. 27. et Danzii dissert. de uxore maritum repudiante, recusam in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, p. 677. sqq. et Christoph. Iustellum ad canon. 105. codic. ecclesiae vniuersae. Prima autem fuit Salome, quae discedere a marito suo ausa est, vt notat Iosephus p. 532. edit. Lipsient. deinde eius exemplum plures sunt insequutae, vt Herodias, de qua idem Ioseph. p. 626. Thecla, de qua Epiphanius tom. I. p. 1048. et Basilius Seleuciensis in vita Theclae. Conf. Seldenum in uxore Hebraea, p. 401, 410. et 315. sq. Valebatque libellus repudii, vxoris manu scriptus, modo testium subscriptio adesset. Confer Mishnam Surenhusianam tom. 4. p. 331. Apud Athenienses vxor diuortii siue ἀπολείψεως, (nam si vir vxorem dimitteret, vocatur ἀποπομπή) tabulas ad Archontem deferre ipsa iuebatur, quae diuertere a viro vellet, quemadmodum Hipparchia Alcibiadis vxor factura inducitur ap. Plutarchum. Confer Meursii Themidem Atticam l. 2. c. 19. Sam. Petitem ad Leges atticas p. 459. Scaligerum ad Eusebium p. 173. seq. & Potteri Archaeolog. IV. 12. De iure diuortiorum apud Romanos recepto plura Henricus Browerus praeclaro opere de iure connubiorum lib. 2. cap. 31. Apud illos quidem diuortium inauditum fuit per annos amplius quingentos ab V. C. primusque repudium vxori misit Spurius Caruilius, sterilem causatus, vt testantur Plutarchus in Romulo p. 39. in vita Numae et quaestione Romana 13. Valerius Max. lib. 2. c. 1. sect. 4. Gellius IV. 3. quibus adde Tertullianum cap. 6. apologetici et in libro de monogamia, qui fere sexcentos annos sine diuortio exactos fuisse scribit. Ab eo tempore vsque adeo frequens fuit uxores dimittere, vt Seneca dixerit, illustres quasdam ac nobiles feminas non Consulum numero sed maritorum, annos suos computare et exire matrimonii causa, nubere repudii. Romulus quidem teste in eius vita Plutarcho prohibuerat vt vxor virum repudiaret, viro autem permisit, tum demum vxorem dimittere, si veneficio liberos sustulisset, vel subdititium partum supposuisset, vel adulterium admisisset. Confer Senecam lib. III. cap. 16. de Beneficiis et IV. 27. Sed crebro etiam apud Romanos uxores a viris suis diuertisse testatur Iuuenalis VI. 20.

- - - - Sic fiunt octo mariti,
 Quinque per autumnos.

atque Martialis VI. 7.

- - - - toties quae nubit, adultera lege est.
 Offendor moecha simpliciore minus.

Vide et si placet Asterii homiliam tomo 1. Auctarii novi Bibl. Patrum Cotabeffiani p. 82. Charondas quoque apud Thuriolos lege fanciuerat vt vxori licitum esset coniugis in locum quemuis alium in matrimonium adsciscere, priore repudiato: ita quidem, vt marito quoque liceret vxori nuntium remittere. Accidit igitur vt quodam tempore vxor aetate integra prouectiorem maritum desereret, qui vt mos erat gutture laqueo inserto mutationem legis suafit in eam sententiam, ne hoc alia ratione fieri concederent, nisi vt vxor nec iuniorrem duceret maritum, nec iuniori vxori nuberet maritus, quam prior fuerat, populique suffragio mutationis huius suasio comprobata est, vt refert Diodorus Siculus lib. XI. p. 421. Confer de diuortio apud Romanos recepto Henr. Browerum lib. 2. de iure connubiorum cap. 31. et Zach. Huberum de ritu et licentia diuortiorum apud Romanos Tomo secundo eius dissertationum pag. 127. sqq. Formulas diuortii apud Romanos tradit Briffonius lib. VIII. formul. p. 700. sq. et Bonifacius lib. 1. Historiae Ludicrae c. 64. In antiqua Saxonia quum nulla adhuc esset Christi cognitio, si virgo in paterna domo vel maritata sub coniugio esset fornicata, manu propria strangulatam cremabant corruptore super fossam sepultae suspenso, aut cingulotenus vestibis abscessis flagellabant eam castae matronae et cultellis pungebant, et de villa in villam missae occurrebant nouae aliae flagellantes, donec interimerent. Vide Albericum monachum trium fontium ad A. C. 751. Christiani quoque veteres a diuortio non plane abstinerunt, sed post repudium, quod fere solius adulterii causa faciebant, secundas nuptias fugerunt. Confer Cotelerium ad Patres Apostolicos tom. 1. p. 87. sq. Io. Schilteri obseruationes ad Augustinum de adulterinis coniugiis, Steph. le Moyne in Variis sacris tomo 1. p. 291. Henelium in otio Vratislaviensi cap. 48. Petauium lib. 2. diff. Ecclesiast. cap. 8. Seldenum in vxore Hebraica lib. 3. c. 22. sq. et Io. Meyeri vxorem Christianam diff. 3. Amstel. 1688. 4. De diuortiiis inter Christianos tempore Caroli M. vide Illustrissimi Bunauii historiam Germaniae T. 2. p. 336. sq. 360. Vt omitamus quae de diuortiiis etiam extra adulterii casum licitis disputant Leo Iudae in Epistolis ad calcem tomi tertii rerum Alemannicarum Goldasti, tum Erasmus, Bucerus, Io. Miltonus, et Marcus Antonius de Dominis scripto de matrimonio, de quo Bzouius ad A. C. 1479. n. 20. F. 18. p. 173. Vide et Salma-

fium

fium de foenore trapezitico p. 310-316. et scriptum Londini 1715. 8. editum, an Essay upon divorcemend written for the good of both sexes.

VIII. Ex consensu nonnunquam continentiam sibi indixerunt atque abstinentiam coniuges non tantum Christiani, sed etiam Ethnici nonnulli, de quibus vide Plutarchum in Alcibiade p. 203. Aelianum lib. 3. Variarum historiae cap. 30. et Photii Bibliothecam p. 574. ex Damascio in vita Isidori. Castu et abstinentia atque ἀγνισία Dii culti. Vide Theodorum Canterum II. 21. Var. Lect. vbi de castu Isidis et Cybeles, Cererisque Valesium ad Sozomeni V. 3. et Huetium ad Anthologiam p. 48. De Christianorum coniugum continentia consulendi Interpretes ad I. Cor. VII. 5. Conradus Rittershusius ad Epistolam 4. Saluiani, Ioannes Sauaro ad Sidonii Apollinaris lib. 9. Epist. 6. Tobias Pfannerus Parte I. obseruationum ecclesiast. p. 406. sq. Godf. Arnoldus von der Ehe der ersten Christen cap. 10. Pamelius ad Tertullian. p. 429. Elmenhorstius ad Gennadium p. 198. sq. Suaresius ad Nilum p. 599. Rosweidus ad vitas Patrum p. 783. sq. Barthius in aduersariis p. 2935. Inter Iudaeos quoque similis abstinentia coniugum non inusitata fuit, et Iosephus testatur se 30. annos natum cum coniuge sua summa continentia vixisse. Praecipue vero ad sacra sollempnia Ethnici pariter et Iudaei continentia se praepararunt, vt docent Grotius, Clericus et alii Interpretes ad Exodi XIX. 15. et I Sam. XXI. 4. Similiter apud Christianos viguere leges et consuetudo continentiae coniugalis diebus dominicis, festis et quadragesimae, tum antequam ad Eucharistiam accederetur, vid. Augustini Sermonem 3. de Tempore, Ionam Aurelianensem lib. 2. Instit. Laicalium c. 10. 11. 18. Io. Mabillonium in notis ad Wafelini Epistolam de continentia coniugatorum ante communionem, tomo I. miscell. p. 345. sqq. (p. 472. ed. nouae.) Cotelerium tom. I. monumentorum p. 433. et tom. I. Patrum Apostol. p. 75. 76. sq. et Edmundum Martene in ritibus Ecclesiasticis, vbi de coniugio agit, lib. I. parte 2. p. 611. sq. Coelibatus apud gentes plerasque omnes opprobrii loco, vel, vt apud Romanos etiam poenis obnoxius per legem Iuliam Papiam, siue Papiam Poppaeam. Confer Camillum Siluestrum ad Iuuenal. IX. 87. Iustum Georgium Schottelium de singularibus antiquis in Germania iuribus c. 1. vbi de iure misogamorum, (vom Hagestolzen-Recht) de quo etiam Ioan. Wernerus Gericken in supplemento ad Schottelium cap. 1. Io. Balthasar Wernher in dissertatione de iure Hagenstolziatus, Witteb. 1724. Io. Georg. Schertius in diss. de iure circa Hagenstolzios, Argentorati 1726. et Ioan. Paullus Kressius in dissert. de iure Hagenstolziatus, praecipue in ducatu Guelpherbytano, Helmst. 1727. Contra quam quum nonnulla moneret Io. Petrus de Ludewig in dissert. de differentiis iuris Romani ac Germanici in Hagenstolziatu exule in Germania, Ha-

le 1727. euulgata, ad ea respondit in repetita huius dissertationis editione quae Helmstadii 1728. prodiit. Kressii causam quoque suscepit anonymus quidam in animaduersionibus ad dissertationem Ludewigianam 1728. editis.

IX. Sacerdotes a coniugio nullae fere gentes prohibuerunt, si a paucis quibusdam discesseris, quales fuere Sacerdotes Rheae sive Cybeles, Deorum matris, qui Galli etiam vocabantur, et genitalia sibi acuto lapide abscindebant, vel cicutam bibebant, vt vires libidinis extinguerent, vide Kircherum tom. I. Oedipi p. 240. Flaminica Iouis, vniura, vide Neapolim ad Ouidii VI. Factor. p. 230. Apud Iudaeos quoque Sacerdotes et Prophetae fuere iuncti conubio ne summo pontifice quidem excepto, vt doctissimi quique in Ecclesia Romana viri diffiteri non possunt. Apostolos itidem, saltim aliquos et in his Petrum matrimonio iunctum fuisse perspicuum est, ne dicam quod Pseudo-Ambrosius in II. ad Cor. XI. affirmat omnes Apostolos, exceptis Ioanne et Paulo, vxores habuisse. Confer quae viri docti ad I. Cor. IX. 5. et Epistolam Ignatii interpolatam ad Philadelphienfes. Adde Io. Frid. Mayeri dissert. de Apostolis maritis, Grimmae 1679. S. Kirchmaieri exercitationem de coniugio Apostolorum, Rotenburg. 1697. et Ioan. Andr. Schmidii diss. de Apostolis vxoratis editam Helmstadii 1704. et recusam Witeb. 1734. In veteri ecclesia licet multi mariti sibi indicerent abstinentiam, ex quo sacris muneribus admouebantur, vide quae ex Nicolao Fabro adducit du Pin T. XVII. p. 52. certum est Clericos non fuisse prohibitos a matrimonio, ad Concilium vsque Nicaenum, et quum in Concilio Nicaeno coelibatus Sacerdotum introducendus proponeretur, ei ita contradicium esse vt reiectus fuerit. Vide Gotthardi Güntheri historiam clerogamiae ad concilium vsque Nicaenum, Lipsiae 1701. Paullatim tamen ab illo tempore magis magisque inualuit, vt Episcopi primum sub Siricio A. 385. deinde sub Innocentio I. Presbyteri, tum diaconi quoque a coniugio arcerentur, praecipue in occidente, de qua re operae pretium est consulere dissertationem quartam vitae S. Cypriani Gallice Parisiis 1717. 4. editae subiectam, *Godfridi Boussardi* librum editum Parisiis A. 1505. de coelibatu Sacerdotum, vbi disquirat quatenus Pontifici integrum sit coniugii veniam dare sacris ordinibus, et ex Anglis Ioan. Picardi notas ad Anselmi Cantuariensis Epist. III. 62. pag. 571. Choiselius, Episcopus Tornacensis, in vero systemate religionis christianae et catholicae, Gallicae edito, p. 124. negat coelibatum lege diuina esse sacerdotio annexum, posseque in Graecis, nisi aliud obstaret, matrimonium sacerdotum tolerari. Apud Orientales etiamnum lex de coelibatu Sacerdotum Presbyterorum exulat, ¹¹ fatentibus ipsis Pontificiis

¹² Confer Arcudium lib. VII. de sacramentis, pag. 652. sq. qui p. 706. affert nouellam
Isaaci

tificiis apud Gundlingium p. 8. sq. ad Eustratii delineationem Ecclesiae Graecae, licet Ratramus IV. 6. contra Graecos, vbi coelibatum Sacerdotum tuetur, auctor sit in Thessalonicensi Ecclesia depositos fuisse Clericos, qui vxoribus suis quas ante clericatum legitime duxerant, cohabitassent. Dacher. spicileg. tomo 2. p. 136. sq. Archieratico quoque Isaaci Haberti praefixa est bulla Clementis VII. in qua Graecis Episcopis et Presbyteris vxores concedit. Habessini similiter Clericos habent coniugatos. Vide et Bzovium ad A. C. 1332. num. 4. Russi vero sive Moscouitae Graecis in hoc succincentes adeo non probant coelibatum Sacerdotum, perinde vt Andreas Carolstadius, ¹² vt ex 1 ad Tim. III. contendant necessarium esse, vt Presbyter atque Episcopus matrimonio iunctus sit, itaque nemo apud hosce in sacrum ordinem cooptatur, qui non saltem constituerit se proxime vxorem ducturum esse: vxore autem defuncta necesse est vt Sacerdotis officium exuat, et vel monasterium ingrediatur vel ad communem laicum ordinem redeat. Secundum vero matrimonium non Russis tantum et apud Graecos, sed et plerosque alios Christianos Orientales Sacerdotibus est interdictum, quod illi ita intellexerunt dictum Paulli, quo ait Episcopum esse oportere *μιάς γυναίκος ἀνδρα*. Vide Grotium ad 1 Tim. III. 2. et Epist. 279. 323. Salmasium de foenore trapezitico p. 52. sq. Andream Saussaeum de episcopali monogamia, Parisiis 1632. 4. Benedictinorum notas ad S. Ambrosium T. 2. p. 65. et Suidam in *μονογαμία* et *διγάμος*. Ceterum quae ex historia Ecclesiastica pro coelibatu Sacerdotum proferri solent, fuse confutata sunt tum ab aliis tum a *Georg. Calixto* in libro de coniugio Clericorum, Helmstad. 1631. 4. Confer *Andream Hyperium* tomo II. opusculor. Theol. p. 485. sq. *Philippum Mornaem* lib. 2. de Eucharistia c. 9. 10. 11. 12. *Iosephum Hall*, decade 2. Epist. 3. p. 297. sq. Operum, et in libro cui titulus: *the honour of the married clergie maintained*, p. 719. sq. cui iungendus auctor libri itidem anglice vulgati Londini 1688. 4. hoc titulo: *treatise of the Celibacy of the Clergy, wherein its rise and progress are historically considered*. Confer porro *Iac. Capellum* ad 1. Tim. III. 3. *Henr. Mullerum* in patrocinio Coniugii Clericorum ex Oriente et Occidente: *Warthoni* Historiam coelibatus, Anglice editam. *Sam. Basnagium* Tomo secundo Annalium pag. 521. sqq. *Iacobi Piscennini* ¹³ concordiam matrimonii et ministerii, *Christoph. Schleupnerum* de coniugio

Isaaci Angeli Comneni, qua Episcoporum electorum vxores tonderi et in monasterium dimitti iubentur.

¹² Axiomatibus super coelibatu, monachatu et viduitate, Witeb. 1521. D. 3. *In episcoporum numero non ferendus quisquam nisi prius coniugem habuerit. Paullus perinde coniugium exigit atque scientiam.*

¹³ Noua litteraria Lipsiensis A. 1728. p. 217.

coniugio sacerdotum, Hildesiae 1606. 4. *Marquardum de Susannis* de coelibatu sacerdotum non abrogando, Venetiis 1565. 4. Graues etiam rationes aduersus constitutionem de castitate et continentia sacerdotum attulit *S. Udabriensis*, episcopus Augustanus, in epistola ad Nicolaum Papam, quae vetustis litteris sine anni et loci indicio exscripta est. *Ioan. Pet. Puricelli* dissertatio, vtrum S. Ambrosius clero suo Mediolanensi permiserit, semel virginem in uxorem ducere exhibetur a Muratorio Tomo quarto scriptorum Italiae p. 121. sqq. Iudaeorum et Muhamedanorum argumenta contra coelibatum Sacerdotum exhibet Hottingerus in *Historia Ecclesiast.* saeculo 16. P. 2. pag. 114. sq. Primus post coeptam sacrorum reformationem e ministris Ecclesiae Protestantibus uxorem duxit *Barthol. Bernhardus Feldkirchen*, praepositus Kembergenensis, de quo singularis D. Io. Friderici Feustkingii ¹⁴ diatriba existat, et meminit Seckendorfus in *Historia Lutheranismi* lib. 1. p. 170. Feldkirchenii huius exemplum sequutus est Carolo Stadius et hinc innumeri alii, ipseque adeo Lutherus, confer Rev. Io. Godfridi Olearii scrinium antiquarium pag. 192. et B. Doctoris Mayeri diff. de Boria Lutheri coniuge, de qua etiam multis agit Baelius in *Lexico*, voce Borée. De mulieribus vero ἀγαπήλαις et fratribus συνείσάκτοις sub honesto titulo in veteri Ecclesia multi scandali ansam praebentibus ac per Canones plures Conciliorum proscriptis, vide Iustellum et Beuerregium ad Canonem Nicaen. 3. Trull. 5. Ancyran. 19. Gangrensem 4. Nicaeni secundi can. 18. et 20. etc. Dodwellum diff. 3. Cyprianica, Valesium ad Eusebium p. 157. Suicerum in ἀγαπήτοι, ἀδελφῆ, συνείσάκτος, Chryso-stomum in homilia, quae incipit: ἐπὶ τῶν προγόνων, et οἶμαι ψυχῆ. Ferdinandum Mendozam ad Concilium Illiberitanum p. 1189. sqq. T. 1. Labbei. Iosephum Binghamum *origin. ecclesiastic.* lib. VI. cap. 2. Arcudium lib. VII. p. 677. sqq. Ludov. Cresollii *anthologiam sacram* p. 408. sqq. Theophili Raynaudi *heteroclitia spiritualia* p. 151. et T. 12. Opp. de feminis per religiosos et ecclesiasticos non frequentandis. Edmundum Martenium Tomo I. *Anecdotorum* p. 332. Ludov. Antonium Muratorium in *anecdotis Graecis* p. 185. 218. sqq. Ioan. Filescum lib. 1. *Selector.* p. 143. sqq. Agnellum Honoratum *dissertationum ecclesiasticar.* Luccae 1737. 4. editarum pag. 34. sqq. Pompeium Sarnellum *epistola Ecclesiastica XVIII.* Cangium in *focaria.* Nicolai Staphorsti *histor. ecclesiast.* Hamburg. T. 2. p. 325, vbi Alberti Cranzii, Decani Hamburgensis, mandatum contra sordes focariarum siue concubinarum, et dissertationes Henrici Witte, Witeb. 1691. Ioan. Nic. Quistorpii, Rost. 1692. Christ. Sigism. Roehrensee, Witeb. 1708. et Christoph. Matth. Pfaffii, Tubingae 1751. Io. Frontonis *dissertatio de Virginitate honorata, erudita, adorata,*

¹⁴ Vide *Acta Eruditorum* A. 1703. p. 334.

adorata, foecunda, lucem vidit Paris. 1651. 4. et inter eius epistolas ac dissertationes Hamburgi 1720. 8. me curante editas. De sanctae virginitatis merito contra Iouinianum disputat Natalis Alexander saeculo IV. dissert. 49. pag. 628. sqq. Vitas sanctorum conjugatorum, qui in matrimonio virtutibus illustres vixerunt, edidit Belgice Andreas de Boeye, Antwerpiae 1631. Historiam criticam coelibatus composuit Morinus T. V. Memor. Acad. inscriptio- num pag. 404. sqq.

X. Secundas nuptias et longe magis tertias quartasque multi Christiano- rum olim inter prohibitas habuerunt. Vide Thomam Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 60. B. Henrici Mulleri diss. de digamis non ordinandis, Petrum Arcudium lib. VII. cap. 27. sqq. S. Bouffaci noctes theologicas dissert. IX. p. 155. sqq. et Iusti Henningi Boehmeri ius ecclesiasticum Protestantium T. I. p. 529. sqq. Illae hodieque ab orientali Ecclesia fere improbantur, praecipue vero Sacerdotibus atque Episcopis bigamis esse haud licere contendunt e locis I. ad Tim. III. 2. et ad Titum I. 7. vbi Apostolus iubet Episcopum esse *unius* vxoris virum, hoc est non modo a plurium simul vxorum connubio abstinere sicut Pontifex maximus in V. T. vnus coniugis vir erat, vide Io. Braunii se- lecta sacra p. 313. et Melch. Zeidlerum de polygamia p. 85. sed etiam ab vxore post diuortium ducta esse alienum. Confer Cotelerium tom. I. Patrum Apostol. p. 90. sq. Grotium et alios interpretes ad laudata Apostoli loca, Iac. Gouffe- tum in Vesperis Groningensibus p. 134. sq. 147. sq. D. Calixtum de coniugio Clericor. p. 30. sq. Iustellum ad Codicem Ecclesiae vniuersae p. 200. sq. Peta- uium in notis in Epiphanium p. 343. sq. et B. Ittigium appendice de haeresi- archis p. 174. sq. In veteri quoque foedere Pontifici Maximo vniam conces- sum habere vxorem non duas simul, vide Io. Braunii selecta sacra p. 313. et viduam ducere interdictum, Leuit. XXI. 13. reliquis Sacerdotibus solam vi- duam a Sacerdote relictam ducere integrum erat. Ezech. XLIV. 22. Neque Pontifici maximo Romae veteris primum licebat nuptias iterare, teste Tertul- liano et Hieronymo, quod tamen postea neglectum fuisse constat. Vide Io. Andream Bosium de Pontifice maximo Romae veteris p. 54. sq. Quartas nu- ptias ne Imperatori quidem Graeci concedunt nedum alii Laico, vnde iam saeculo decimo ingentes turbae abortae propter improbatas a Nicolao, Patri- archa Constantinopolitano, quartas Leonis Imperatoris nuptias. Et nuptiis secundis iam pridem a saeculo secundo infesti fuere Montanistae, quorum caus- sam tuetur Tertull. in libro de Monogamia, confutatus a Io. Fabricio, Theol. Helmstadiensi, in Scylla Theologica p. 9. sq. et Theodoro Beza de diuortiis T. 2. p. 86. sq. Montanistarum sententiam sequuti Nouatiani, neque inter Ca- tholicos defuere qui secundas nuptias similiter improbarent. Confer Beue-

regium ad Canonem VIII. Nicaenum, ad Canon. III. et VII. Neocaesariensem. Digami in Ecclesia olim nec benedicebantur nec coronabantur. Vide Edm. Martene part. 2. lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 599. sed et Officium in bigamos apud eundem p. 660. De *chariuario*, insultationibus et clamoribus fieri solitis in secundis vel tertiis nuptiis, vide concilium Turonense A. C. 1448. can. 3. Menagii origines Gallicas in voce *chariuari*, S. Bouffaci dissert. IX. noctium theologiar. p. 155. sqq. Cyronium ad decretales de secundis nuptiis. Sed et inter Ethnicos reperio qui Digamiam vel Trigamiam successiuam pro crimine habuerunt, vide B. Gerhardum Loco de coniugio §. 189. Berneggerum quaest. 110. ad Tacitum, Io. Beuerouicii quaestiones Epistolicas p. 14. Petri Mulleri dissert. de odio secundarum nuptiarum, Ienae 1679. et 1715. et Adolphi Caroli Burckhardi dissert. de poenis secundarum nuptiarum, Marb. 1717. 4. Apud Syrianum quoque in notis ad Hermogenem p. 101. mentio fit legis Atticae, qua mulier, quae tertio nupserat, infamis habebatur.

XI. Polygamiam binorum vel plurium eodem tempore coniugiorum, diserte satis improbauit et primae institutioni diuinae aduersari testatus est Seruator noster Matth. XIX. 4. sq. ¹⁵ et veteris mos Ecclesiae, quāquam Iosephus XVII. 1. Antiquitatum ait *πάτριον*, hoc est, *moribus gentis suae consentaneum* ¹⁶ *ἐν ταυτῷ πλείοσιν συνοικεῖν*, uno eodemque tempore plures uxores habere, et mox eodem loco Herodis magni nouem coniuges memorat: prouti quaternas vel quinas singulis uxores maritis ducere concessum Iudaeis fuit etiam adhuc Iustini Martyris tempore, vide eius dialogum cum Tryphone p. 363. D. et p. 371. A. et hinc inde reperti sunt etiam inter Christianos, qui polygamiam siue defenderent siue permitterent. Sane Valentinianus Senior apud Socratem lib. IV. c. 31. et Nicephorum XI. 33. duas legitimas uxores habere concessit et ipse Seuerae Iustinam superinduxit. Argumenta, quibus Socratis fidem sollicitat Baronius ad annum Christi 370. nihil solidi habere affirmat Nicol. Vedelius lib. de prudentia veteris Ecclesiae p. 229. sq. et Christfridus Waechterus in Epistola ad D. Io. Burchardum Menckenium, inserta Actis Erud. tom. 5. supplementi p. 168. sq. Quāquam cum Baronio facit etiam Melchior Zeid-

¹⁵ Conferendus praeter alios D. Franc. Julius Lütkenus im ausführlichen Tractat von der Polygamie und Concubinat. Lips. 1723. 4.

¹⁶ De polygamia Patriarcharum confer Matthaeum Petitdidierium dissert. 19. in Script. S. p. 165. sqq. Bezam libro de polygamia, statim in limine T. 2. Opp. vbi Bernardini Ochini respondet argumentis. Guil. Saldenum in Otis p. 349. Vesperas Groninganas p. 125. et 159. Patricium Delany in libello Anglice 1737. edito et recuso 1739. *Reflections upon Polygery and the encouragement given to it that practice in the Scriptures of old testament*, cuius versio germanica prodiit Gedani 1742. 8.

Zeidlerus, quem videre operae pretium est in Tr. de Polygamia p. 117. sq. et Henricus Valefius ad Ammiani XXX. vlt. p. 61. Alioqui nota est Lex Diocletiani et Maximiniani Lege 2. Cod. de Incestis Nuptiis: *Neminem, qui sub ditione Romani nominis, binas uxores habere posse, vulgo patet, quum etiam in edicto Praetoris huiusmodi viri infamia notati sunt.* Tum Valeriani et Galieni: *cum qui duas simul habuit uxores, sine dubio comitari infamiam.* Ceterum paucissima et extraordinaria quaedam Polygamiae inter Christianos vel admissae vel toleratae exempla non magis quam quilibet alius excessus five crimen quodcumque conuiuendo transmissum vel Legi Christi vel unanimi Ecclesiae Christianae sententiae ac consuetudini praeiudicare potest. Cui accedit quod nulla cuiquam inter Christianos nubit, nisi ea lege, vt sola et vnica coniux sit quamdiu vixerit. Quod vero Pontificii scriptores Lindanus, Maimburgius, Varillafius, Bossuetus, tantopere insultare solent B. Luthero quod in Philippi Hassiae Landgrauii Digamiam consensu prioris vxoris suscipiendam vteunque visus est consensisse, aduersus hos praeter ea quae pro Luthero disputat B. Seckendorffius Lib. 3. Lutheranismi p. 277. sq. obseruandum est quod etiam Pontifex Romanus, Honorius III. ab Auctioribus non contemnendae fidei traditur dispensasse polygamiam Comitum a Gleichen¹⁷ et quod vulgo Pontifex Iudaeis, in Italia praesertim, Polygamiam concessit, teste Leone Mutinensi. Vide Seldeni vxorem Hebraicam p. 51. Colomesii Biblioth. selectam p. 4. sq. Christoph. Arnoldi Paralipomena ad Wagenfeilii Sotam, p. 1203. sq. Omitto quod Io. Bodinus scriptor Pontificius in colloquio inedito heptaplomere Lib. 2. auctor est se quum esset in Hispania comperisse Magdalenam Cruceam Monasterii Cordubensis Principem a Paulo III. Pontifice maximo veniam impetrasse, quae annos amplius 30. cum atrato daemone ephialte concubuisset, tametsi tantam vitae atque religionis integritatem prae se ferret, vt quasi ab Angelo, dum sacra fierent, sublimis veheretur a terra, quod Eunapius etiam Iamblichus sacra facienti contigisse tradit. De Iudaeorum Polygamia videndus Heideggerus in Hist. Patriarcharum, Seldenus lib. 1. vxor. Hebr. c. 9. Interpretes ad Matth. V. 32. et XIX. 9. Montacutius in apparatu p. 193. sq. Karaeos nullo numero adstringere Polygamiam ostendit Triglandus p. 142. sq. de secta Karaeorum. Rabbanitae ad quatuor uxores restringunt, vide Lightfootum in horis ad Matth. V. 31. Licita praesertim habetur Iudaeis in casu sterilitatis per decem annos exemplo Sarae marito post decem annos Hagaram in matrimonium

N n 3

monium

¹⁷ Confer Baelii Lexicon edit. 2. in *Gleichen*. Tentzelii dialogos menstruos A. 1696. p. 600. sq. 619. sq. Non ita tamen Clemens IV. cuius cordatam epistolam, qua matrimonium regis Aragoniae soluere recusat A. C. 1266. vide Tomo secundo anecdotorum Edmundi Martene p. 227. 303. 362. 440. 448. sq.

monium dantis. Quo in casu ipsi Pontifices Romani Iudaeis veniam Polygamiae dederunt. v. Schudtium in memorabilib. P. I. l. 4. c. 17. §. 16. sqq. et in compendio histor. Iudaicae p. 449. Hodie tamen plerique anathemate illo deterrantur, quo R. Gerson bigamiam sustulit ad minuendas lites inter coniuges, vide eiusd. Schudtii compend. H. I. p. 472. sq. vnde in casu Leuiratus hodie discalceatio obtinet, vide Schudtium memorab. P. II. L. VI. c. 24. §. 13. De gentibus non opus est plura addere, quum paucae sint fuerintque qui polygamiam non probauerint vel permiserint. Confer Zeidlerum lib. laudato p. 34. sq. Tho. Crenium Parte XI. Animadvers. p. 231. sq. De Aegyptiis Herodotus II. 92. *γυναικὶ μὴ ἑκατὸς αὐτέων συνοικέει καθάπερ Ἕλληνες, unusquisque unam ducit uxorem sicut Graeci.* Atheniensibus a Cecrope vetita multitudinibentia, vide Petitum ad LL. Atticas p. 434. et de Numae Romani Regis lege Festum in *pellex*. Vulcanum vero quod Aegyptiis legem tulisset de Monogamia, inter Deos propter ea relatum refert Eusebius in Chronico. Eandem Vulcani legem memorat scriptor Chronici Alexandrini. Diodorus tamen Siculus lib. I. c. 51. auctor est Aegyptiorum Sacerdotes quidem unam tantum, alios vero quot quisque vellet in matrimonium duxisse. De Germanis antiquis auctor est Tacitus, quod prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti fuerint, exceptis admodum paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. *Virgines unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus unamque vitam, nec vlla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum sed tanquam matrimonium amant.* Confer Bernegger. qu. 92. ad Tacitum. Lacedaemoniis vero Lyncurgi leges promiscuam vxorum consuetudinem concesserunt, vt praeter alios narrant Theodoretus lib. 9. de curatione Graecarum affectionum. Ita de Agathyrsis Herodotus IV. 104. *ἐπίκονον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται*, additque causam, vt velut consanguinei omnes procul odio ac liuore vitam degerent. Idem cap. 172. apud Nasamonas Libyae populum narrat sponsam prima nocte obire singulos conuiuas, et ab iis concubitus praemium marito referre. Eodemque loco testatur tum Nasamonas illos tum Massagetas polygamos promiscue vxoribus vti, posito ante fores quum ad mulierem intrauerint baculo, in signum. Gindanum vero mulieres cap. 176. tradit nodis simbriarum palam testari quot cum viris concubuerint, et gloriari maxime quae plurimas habet, tanquam plurimis amatam. C. 180. de Ausibus Nomadum gente, quod *κτηνηδὸν* pecudum more promiscue coeant. In Platonem eodem nomine, quod communionem vxorum in republica sua admisisset, passim inuehuntur veteris Ecclesiae doctores, licet Platonem defendat Bessarion lib. IV. contra Calumniatorem Platonis c. 3. Confer Holstenium ad Porphyrium de vita Pythagorae p. 83. sq. Liuium Galantem

lantem in comparatione Theologiae Christianae cum Platonica lib. 1. p. 26. sq. Mofellanum ad Gellium XVIII. 2. Cotelerium ad Patres Apostolicos T. 1. p. 582. Quanquam vero Lactantius lib. 4. cap. 3. negat matrimonium dici posse vbi mulier vna multos viros habet, tamen et hoc Polygamiæ genus in Britannia olim obtinuisse testatur Iulius Caesar IV. 14. de bello Gallico, *uxores habent deni duodenique inter se communes*. Bardesanes apud Eusebium lib. 6. c. 10. praeparat. et Caesarius qu. 47. et de Medis quibusdam Strabo ac de Lithuanis Aeneas Siluius. Idem de Malabaribus relatum memini, et Ceylanensibus, vbi vna vxor pluribus (ad sex vsque) nubit fratribus: De Calecutanis Bzouius ad A. C. 1487. n. XI. *nuptiis coire seminarum vnã, eoque incerta prole, patribus non filios succedere, sed ex sororibus natos*. De Malleamenfibus vide memorias Treuoltinas 1713. p. 1866, et Lettres edificantes T. 3. p. 188. Apud Tastrobanenses communionem vxorum liberorumque obtinuisse testatur Diodorus Siculus lib. 2. p. 98. (140.) vt praeteream quae collegit Zeidlerus in libro de Polygamia p. 32. sq. vide etiam Augustinum de bono coniugii c. 17. Quod vero ad alterum Polygamiæ genus attinet, quod vnus vir plures ducit vxores, illud non tantum apud plures gentes hodie receptum est, sed ita quoque receptum, vt Missionarii testentur, nullum maius obstaculum introducendo Christianismo se reperisse quam Polygamiæ improbationem, praecipue apud Sinenses. Etiam Mahomedanis probari Polygamiam notissimum est, et ex ipso Alcorano constat. Confer Ludouicum Viuem lib. IV. de veritate fidei c. 13. Maurorum Imperatori plures quam quatuor vxores simul habere non permittitur, sed idem plurimas alit. concubinas, vt Moullam Ismaëlem Olonus Gallus in relatione de Imperio Maroccano testatur quadringentas propemodum habere, quibus quingentae aliae sint famularum loco, atque ex his iam suscepisse masculos CXVIII. femellas CC. Paulli Heuterii libro de libera hominis natiuitate, siue de liberis naturalibus subiicitur catalogus virorum summa dignitate et laude insignium, qui illegitimo thoro nati Papae, Reges, Principes, viri illustres et clari. Prodiit ad calcem librorum II. de veterum ac saeculi sui Belgio, Antw. 1600. et 1616. 4. et inter Opera edita Louanii 1649. fol. De successione spuriorum in regnum vide Andream Cirino de vrbe Roma cap. 39. Tomo secundo thesauri Sallengriani p. 425, et quae hoc saeculo acriter disputata sunt de successione in regnum Galliae, recensita in curiense Bibliothecabinet, particula 41. 45. 47. 48. et 51. Adulterium ecclesiasticum est, quum Episcopo viuentis ecclesia alteri iungitur, ita Liberatus Diaconus c. 14. breuiarii, *volentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioscoro quippe viuentis*. Hinc Petrus Moggus c. 16. p. 106. et c. 17. p. 110. adulter, quod superstitis adhuc Timotheo Salaphacito episcopum Alexandrinum ordinari se passus fuisset.

XII. Veteris puerperii ¹⁸ antiquitates breui Synopsi, quum opus ipsum incendio periisset, complexus est Tho. Bartholinus, quam Commentario illustravit Casp. Bartholinus Thomae filius, qui cum patris ad filium Epistola lucem vidit Hafniae 1646. 8. et Amst. 1676. 12. Praeterea Romae 1677. 8. apud Mascardum, prodiit eiusdem Casparis Bartholini expositio veteris in puerperio ritus ex arca sepulcrali antiqua obseruati, qui etiam vberiores Commentarios de hoc argumento promisit. Vide praeterea Potterum IV. 14. Archaeol. et Io. Meursii filii de *puerperio veteri* syntagma, recusum tom. 8. Antiquit. Graecarum Gronouii, qui Graecos pariter ac Romanos ritus attingit. De puerperio *Hebraearum feminarum* vide Misnam Seder Tohoroth tractatu VII. Niddah siue de menstruata muliere eiusque purificatione, item ab immunditia partus et Ioan. Gottl. Horweini differt. de partu Hebraeorum et speciatim de corona boni nominis, Witteb. 1730. De hebraica obstetricum origine exstat Gottlob Frid. Gudii dissertatio ad Exodi I. 15. Lipsiae 1724. De sella parturientium, deque omni puerperio et arte obstetricandi confer Almeloeeenium in antiquitatibus e sacris profanis pag. 85. sqq. De daemonio pueris infesto vide Psellum de operat. daemonum p. 100. sqq. et 119. Puerperae apud Iudaeos pariter et gentiles impurae habebantur, vide Dilherrum disput. Acad. T. I. p. 216. sq. Dassouii scholia critica in Leuit. p. 17. Theophrasti notationes morum pag. 48. edit. Casaubon. Io. Christoph. Wolfii curas T. I. p. 586. Hinc earum purgationes et sacrificia, de quibus agunt Nicolai ad Sigonium lib. IV. c. 11. Bergerus eclog. Corsic. 3. p. 27. Lightfootus in horis hebr. ad Luc. I. 9. II. 22. Cremerus antiquit. mosaic. T. II. p. 263. Ioan. Christoph. Wahrendorfius in examine canonis Leuitic. XII. de purificatione puerperarum, Helmst. 1708. 8. et Polyc. Lyserus in dissertat. de puerperarum purificatione, ibid. 1707. De iis, quae apud veteres Germanos in partu, item ante et post eum obseruata sunt, vide Cleffelium antiq. Germanic. cap. 2. De arte obstetricicia veterum elegantem edidit dissertationem Io. Zach. Platnerus, Lipsiae 1735. De more coronandi puerperarum aedes apud Romanos et Graecos recepto confer Bidermanni Otia litteraria parte prima pag. 238. sqq. Illustribus etiam feminis olim morem fuisse liberos suos lacte nutrire testatur Adalbero Laudunensis (qui circa A. C. 998. scripsit) carmine ad Robertum Regem Francorum: *Lac tibi sugenti Dat nutrix Induperatrix.* Infantibus vagientibus et immorigeris terror incussus proclamato nomine Cyclo-pum vel Lamiae vel *μορμω* vel laruis propositis. Vide Ez. Spanhem. p. 174. sq. ad Callimach. et 178. In insula Corsica virum loco puerperae per aliquot dies decumbere solitum narrat Diodorus Siculus lib. V. p. 205. De *nutricibus*

et

¹⁸ Meminit Bartholinus in Anatomie p. 293.

et *paedagogis*, peculiaris extat diatribe Io. Iacobi Claudii, Ultraiect. 1702. 12. recusa Tomo tertio supplementor. Poleni pag. 417. De *paedagogia* veterum Graecorum binas dissertationes edidit Io. Petrus Miller, Lipsiae 1735. in quibus totum hoc argumentum fusius exponit, simulque de *Gymnastis* et *Paedotribus*, quos magistros exercitores Plautus appellat in *Trinumno*, agit, de quibus quoque consulendus Perizonius ad *Aeliani* var. histor. II. 6. De praceptoribus puellarum confer Iac. Ræuardum II. 19. *Coniectaneorum*. De cunis infantium Io. Alstorpius libro de lectis veterum cap. XIV. De respectu parentali et priuilegiis *πολυτεχνίας* vide Phil. Lud. Hannekenium dissert. 3. de cura domestica Romanorum. Io. Georg. Fichtneri dissert. de praemiis *polypaediae*, Altorfii 1708. et Lipsii excursus ad III. *Annal. Taciti*. De iure trium liberorum et iure communi liberorum, et vtriusque iuris differentia differunt Bimardus in epistola ad Ioannem de Abatibus inserta tomo XVI. bibliothecae Italicae, et Hannibal de Abatibus Oliuieri in notis ad marmora Pisaurensia p. 79. sqq. et p. 85. sqq. De conuiujs ablaetationis, dentitionis etc. Stuckius *Antiquitat. Conuiual. I.* 17. De dilatis praegnantium supplicijs Menagius cap. 21. *amoenitatum Iuris*.

De *Natalitijs* veterum sacris et prophanis, Ioachimi Hildebrandi liber lucem vidit Helmstad. 1661. 4 cui addendus Michael Piccartus *Oratione X.* quae est de natalitijs Veterum. Thomas Hutchinson ad *Xenophontis Cyropaed.* p. 25. Iacobus Ouzelius in *animaduersionibus* in *Minutii Felicis Octauium* pag. 45. sqq. Gisbert. Voetius Tomo tertio dissert. *selectar.* p. 1282. sqq. Henr. Salmuth de *natalitio veterum ritu*, Ambergae 1619. Io. Burchardus Menckenius dissertat. *litterariar.* p. 194. sqq. *Israëlis Clauderi* dissertationes duae de ritu veterum natalitio, Coburgi 1657. et 1659. Martin. Braem de diebus ac festis natalitijs, Haun. 1702. Ioan. Christ. Koernerii *descriptio natalitiorum Romanor. priuator.* Lipsiae 1740. Carol. Frid. Schubertus de ritibus Romanorum celebrandi dies natales, Helmst. 1750. Caroli Beniam Acoluthi epistola de ritibus veterum natalitijs, Ienae 1754. et Caspar Sagittarius in *diff. de natalitijs Martyrum* (his dies martyrii ipsorum innuitur: vide praeter alios Clariss. Muratorium *diff. 19. ad Paullin.* p. 195. sq.) quae cum Ioan. Kindleri *exercitatione de natalibus Christi* recusa est in *syntagmate primo diff. Philologicarum*, apud Batauos edito 8. et recensetur in Ludoph. Neocori *Bibliotheca librorum nouorum A.* 1699. p. 474. sq. Varia etiam de natali die, strenis¹⁹ natalitijs, sacris celebratis *Amphidromiis* (quae etiam *δρομιάμφιον ἡμας*

¹⁹ Ouidius I. 417. de arte amandi: *Magna superstitio tibi sit natalis amicae,
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.*

Idem de die Natali videndus III. 13. *Tristium*.

ἡμερ notante in Obs. Io. Frid. Gronouio) Meursius Graecia feriata p. 260. sq. et Meursius filius de puerperio veteri c. 7. De conuiujs natalitijs Ios. Laurentius Tomo VIII. thesauri Gronouiani p. 1430. de iisdem aliisque laetitiae signis obseruauit etiam nonnulla Henricus Lindebrogius ad Cenforinum de die natali: neque H. Dodwelli praelectiones 1. et 2. Cambdenianae praetereundae, in quibus praecipue de obseruatis apud Romanos Natalibus: tum Martini de Roa liber de die natali sacro et prophano, singularibus S. Scripturae subiectus Lugd. 1604. 8. Ioachimi Immanuelis Wendii diff. de natalium apud veteres sollemnitate, quae prodiit Witteb. 1687. De conuiujs natalitijs agunt etiam Lud. de Orleans lib. 6. nouarum cogitationum in Tacitum. Guil. Stuckius antiquitatum conuiuialium lib. 1. c. 16. Taffinus c. 13. de ludis saecularibus tom. 8. Antiqu. Roman. pag. 540. vide et quae viri docti notant ad haec Ciceronis Orat. 2. Philippica c. 6. *dat natalitia in hortis*, tom. 6. Graev. p. 404. De varii generis ritibus quibus veteres, Ethnici maxime, in natalibus vsi sunt, item de varii generis natalibus, vitae, muneris, Martyrii, et de die natali Christi agit Rich. Montacutius in apparatu ad Origg. Ecclesiasticas pag. 377. sq. et in Analectis, (qui idem propemodum liber est sub alio titulo editus) p. 370. sq. De natali Herodis celebrato adeundus idem Montacutius, parte secunda Origg. p. 141. sq. Interpretes ad Matth. XIV. 6. Isaacus Vossius ad Catullum p. 307. qui obseruat, non diem qua natus est Herodes, sed diem quo ad regnum euectus est, eo in loco intelligi, vti etiam per γενέθλιον regis Agrippae apud Iosephum XIX. 7. pag. 869. edit. Oxon. Confer Io. Gregorii scholion Graecum ad illum Matthaei locum, quod habes etiam in Actis Erud. 1704. p. 52. sed et Henrici Dodwelli praelect. Cambden. p. 169. De Augustorum natalibus celebratis consule Ioan. Henr. Sminkii diatribam, Marpurgi 1717. 4. et Ioan. Henr. Stussii commentationes duas de natalitijs Imperatorum Romanorum, Gothae 1738. De natali cathedrae, siue, quo quis Episcopus electus, Baronius ad Martyrologium 18. Ian. Rosweidus ad epistol. 16. S. Paullini, S. Bouffacus dissert. 28. noctium theolog. p. 325. sqq. Ernesti Sal. Cypriani Programma decimum, Coburgi 1708. 8. De natalibus Homeri, Platonis, Epicuri, Virgilii et aliorum celebrium Virorum sollemniter et instituto conuiuio celebrari solitis nonnulla collegit Io. Ionfius de Scrip- toribus Historiae Philosoph. p. 58. sq. Etiam Urbium natales celebrati, vt γενέθλιον Urbis CPolis de quo auctor Originum CPol. in fasciculo Combesiano p. 27. vrbis Romae, de quo Mamertinus Panegyrico in Maximian. c. 1. et Bandurius Tomo secundo numismatum pag. 71. Plura de natalibus vrbium Petrus Faber lib. 1. Semestrium cap. 9. Briffonius ad legem Dom. de spectaculis, sub extrem. et Io. Henr. Stussius in commentatione de natalitijs vrbium, speciatim

speciatim de natali vrbis Romae, Gothae 1740. Alexandrinos memoriam terrae motus, quo Vrbs sua propemodum conciderat, appellasse Γενέσια obseruat Valesius ad Sozom. VI. 2. fortasse quod post illum restaurata pulchrior ac veluti renata est. Et Genethlia viuis, Genesia mortuis destinata vt notat Laurentius lib. 1. polymathiae diff. XI. vbi perperam *viris* excusum pro *viuis*. Vide et Hesychium in Γενετυλλίς. Quanquam vero haud dubie antiquus mos est natalem diem sollempni ritu obeundi, vt praeter iam laudatos ostendit Io. Dougtheius in analectis ad Genes. XL. 20, valde tamen dubium est, quod Iac. Boulduccius, homo mire credulus, vel potius mire credulos requirens lectores, de Ecclesia ante Legem capite et libro primo tanquam rem exploratam tradit primos homines, quotannis natalem suum celebrasse. De Amphidromiis, quae die quinto post editum in lucem partum celebrabantur, agit Possinus ad Pachymerem, et Ern. Sam. Christoph Rudorf singulari commentatione Ienae 1758. edita. Cunaria occurrunt apud Gruterum pag. CCCXI. 7. Martial. II. 40.

Cunarum fueras motor Charideme mearum.

Superstitiones in recens natis frequentatas perstringit Chrysof. XII in 1 Cor. p. 107. T. X. ed. nov. Eodem, quo nati fuerunt die mortem obiisse obseruati sunt, ex veteribus quidem Plato, Pompeius, Antipater Sidonius, quem praeterea quotannis die natali febre correptum ferunt: ex recentioribus Herm. Barbarus, Pet. Pithoeus, Io. Heuclius et multi alii. Natos sibi infantes parentum erat apud Romanos ex lege M. Antonini Philosophi intra tertium a natiuitate diem profiteri apud praefectum aerarii Saturni, in acta hoc relaturum: porro die octavo feminis, masculis nono nomen imponebatur qui dies Iustrius, atque Onomasteria. De liberorum abdicatione Sam. Petrus ad Leges Atticas p. 157. sq. et Io. Regner Pronigk in dissertatione de abdicatione liberorum, Ultrai. 1725. De venditione liberorum apud Gentes permessa olim ac recepta Io. Philippi Dattii, Consiliarii Wurtembergici liber prodiit Vlmae 1700. 8. recusus Tomo secundo thesauri Meermanniani p. 631. De liberorum expositione et nece apud veteres, Gerardi Noodt Icti praeclarissimi Iulius Paullus, siue singularis liber de hoc argumento editus Lugd. Bat. 1700. 4. et inter opera eius recusus Contra Noodtii sententiam nonnulla monuit Corn. van Bynkershoek in dissert. de iure occidendi, vendendi, exponendi liberos apud Romanos, quae exstat in eiusdem Opusculis varii argumenti, Lugd. Batav. 1752. 4. p. 141. Bynkershoekio opposuit Noodtius amicam responsionem, quam examinavit Bynkershoekius in curis secundis de iure occidendi et exponendi liberos apud veteres Romanos. Tria haec scripta inueniuntur in Bynkershoekii Opusculis cura Franc. Car. Conradi Halae 1729. 4. editis. Hisce iunge Petrum misc.

Observ. p. 163. Potterum Archaeol. Graec. lib. 4. cap. 14. Keyslerum antiquitat. septentrional. p. 333. sq. Ioach. Christoph. Stifferi diff. de liberis exposititiis, Helmst. 1677. rec. Quedlinb. 1718. Io. Christoph. Frauendorffii de iniqua liberorum expositione, Lips. 1692. Ier. Zangii de expositione infantum eiusque poena veteri, Gissae 1713. Matth. Mülleri de expositione infantum, Altorffii 1727. Car. Frid. Heinzii de eo, quod iustum est, circa expositionem infantum, Lipsiae 1731. et Henr. Aug. Zeibichii de more Graecorum infantes exponendi, Witeb. 1753. *Δέσις* siue *δέσμοις* expositis infantibus quo agnosci possent appensa memorat Dio Chrysostronus diff. IV. de regno p. 63. De iure patrio post Petrum Aerodum aliosque Struuius in Bibliotheca iuris pag. 157. sq. edit. Buderianae, et Lipenio in Bibliotheca iuridica Tomo sec. pag. 130. sq. edit. recentissimae laudatos erudite commentatus est Abraham a Kerkelaad, Ultraiect. 1708 8. De educatione liberorum apud Hebraeos agit Theod. Dassouius in dissert. de infante Hebraeorum liberaliter educato, Witeb. 1698. De educatione apud Graecos et Romanos Pfeifferus Antiquit. Graec. IV. 28. I. I. Claudius in diatribe de nutricibus et paedagogis, T. III. supplementorum Poleni. Feithius antiq. Homer. c. 18. et Celeberrimus Io. Aug. Ernesti in prolusione de priuata veterum Romanor. disciplina, Lipsiae 1747. De educatione liberorum apud veteres Germanos vide Cleffelium antiquit. German. c. 3. et Cluveri German. antiquam lib. 1. c. 21. Hamburgi, vti etiam Venetiis et in aliis quibusdam vrbibus Italiae constituta sunt brephotrophia, quae temporibus Iustiniani obtinuisse obseruant viri docti ex l. 19. 22. C. de sacros. Eccles. vel iam Traiani Imperator. vide Iac. Ræuardum lib. 1. Coniectan. c. 17.

XIII. De cura virginum apud veteres diff. duae Io. Phil. Pfeifferi, Prof. Regiomontani, post primam editionem Regiomont. 1672. recusae sunt in Belgio in Syntagmate 2. diff. Philolog. Roterod. 1699. 8. et recensentur a Ludolpho Neocoro in Biblioth. nouorum librorum Ai. 1699. p. 474. De variis rationibus pudicitiam virginum et puerorum custodiendi, vide notas ad Ciceronis Orationes tom. 6. edit. Graeuianae p. 467. Potterum IV. 13. Archaeologiae Gr. De infibulatione agit Mercurialis lib. 1. Var. lect. cap. 19. et Io. Rhodius libro de acia Celsi. De disciplina et moribus Romanarum feminarum confer Stanislaus Santinelli dissertationes et orationes, Venet. 1734. 4. editas, p. 93. sqq. De Gynaecis Graecorum vide Ludov. Guil. Iunii dissertationem, Lipsiae 1745. De Hebraeorum Gynaecis confer Bucheri antiquitates supra pag. 839. laudatas. Mulieres peregrinae, imprimis apud Hebraeos, minus honestae habebantur, quod singulari commentatione Io. Frid. Frischius, Lips. 1744. demonstrat. De vidua Hebraea exstat Theod. Dassouii dissertatio, Witeb. 1699.

XIV. De cura Iudaeorum circa genealogias consulendus Melchior Leydeckerus VI. 9. de Rep. Hebraeor. et Christianus Schoettgenius hor. hebraic. et talmudic. in N. T. T. 1. p. 854. sqq. Apud Athenienses duplex fuit liber publice asseruatus, quorum primo infantes statim a natiuitate inferibebantur, altero qui vocabatur *ληξιαρχικόν*, nomina eorum qui iam ex ephebis excesserant. Vide Scholia Graeca ad Lucianum tom. 2. p. 11. De familiis Romanorum iam pridem interciderunt scripta Varronis, Titi Pomponii Attici, Hygini, M. Valerii Messalae et Suetonii, de quibus videndus Reinerus Reineccius in praefatione ad Glandorpii Onomasticon, vbi etiam notat recenti aetate, *Io. Rosam*, de Romanis familiis commentarios Ienae, vbi humaniores et sacras litteras docuit, molitum, eosque in summa expectatione fuisse, sed Auctorem interea opere nequitquam edito defunctum²⁰ testatur. Hoc argumentum sparsim et obiter attigit *Raph. Volaterranus*, in anthropologia siue commentariorum urbanorum libro 13. et sq. Diligentius *Richardus Streinius*, Baro Schwarzenauus, in libro de gentibus et familiis Romanorum, Parisiis 1559. apud Henr. Steph. in fol. et Venetiis apud Ald. Manut. iuniorem 1571. 4. 1591. 8. et tomo VII. Antiquitat. Romanar. Graeuii. Confulares tamen familias tantum expressit et multa sine auctoritate, multa contra Historiam et temporis rationem scripsit iudice Christoph. Adamo Ruperto, quem vide in Epistolis *Georgii Richteri* p. 564. sq. vbi et ipse gentes familiasque patricias ac plebeias collegisse se testatur. *Ioannis Glandorpii* onomasticon Historiae Romanae nequitquam hoc loco praetereundum est, vtpote praecipuarum familiarum Romanarum stemmata ordine alphabetico explicans, et innumera intelligendis Romanis scriptoribus vtilia obseruans. Lucem adspexit post Auctoris obitum demum, curante eius discipulo *Reinero Reineccio* Francof. apud Wechelos A. 1589. fol. *Andreae Schotti* electa de priscis Romanorum gentibus et familiis, cum eiusdem de tribubus Romanis XXXV. rusticis atque urbanis, et de ludis festisque Romanorum ex Calendario veteri leguntur ad calcem antiquitatum Romanar. Ioan. Rosini. *Fulvii Ursini* de familiis Romanorum opus ab V. C. ad Augustum (non Augustinum vt typographi lapsu legitur in Bibl. numaria Labbei) ex antiquis numismatibus collectum Rom. 1577. fol. cum appendice 30. familiarum ex *Antonii Augustini* Episcopi Alerdensis libro de Familiis Romanorum, exstat etiam tom. VII. Antiquit. Rom. Graeuii recusum. Septingentos Ursino memoratos et alios ducentos ipsi praeteritos familiarum numos possidere se testatus est Seguinus p. 204. vbi circa numos Pompeianos

²⁰ Obiit 1571. aetat. 39. Hic est Rosa cuius eruditi in Ciceronis Academicas et de finibus libros commentarii exstant.

Vrsinum aliquoties emendat. Idem p. 65. duodecim ex illis Vrsino praeteritis exhibet et illustrat. *Guilielmi Cardelli*, Romani, qui Sigismundi Imperat. temporibus vixit librum de familiis Romanis laudat atque euoluisse se testatur Prosper Mandosius Tomo secundo bibliothecae Romanae p. 203. Idem pag. 222. *Iacobi Gardelli*, nepotis, additiones memorat. *Abrahami* vero *Gorlaei* familiae Romanae ab V. C. vsque ad obitum Augusti, ex numis, quos Vrsinus vel omisit vel aliter posuit, lucem viderunt Antwerp. A. 1605. fol. Ab eo tempore laudatissima industria *Caroli Patini* qui post Vrsinum diligenter est in hoc argumento versatus Paris. 1663. fol. Conferendus etiam *Ezech. Spanhemius* diss. VI. de vsu numismatum (in noua edit. X. quae prima est Tomi secundi) *Laur. Begeri* tomus 2. thesauri Brandenburgici p. 529. sq. praecipue vero *Io. Vaillant*, cuius numi antiqui familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illustrati lucem viderunt Amstel. 1703. fol. In hoc Vaillanti opere familias nonnullas quarum Patinus meminit omissas notant *Acta Erud.* A. 1704. p. 407. quanquam vicissim ex *Golzii* numis consularibus A. 1571. ad calcem *Historiae Iul. Caesaris* editis et suis scriniis non paucas (132.) Patino praeteritas vir doctissimus adiunxit. Neque enim omnes *Golzii* numi a Patino omissi pro supposititiis habendi sunt, vt iam notauit *A. Morellus* p. 238. spec. Notari quoque meretur eiusdem *Morelli* thesaurus, siue familiarum Romanarum numismata, omnia, diligentissime vbique conquisita, accuratissime delineata, et iuxta ordinem *Fulv. Vrsini* et *Caroli Patini* disposita: nunc primum edita et commentario perpetuo illustrata a *Sigeberto Hauerampo*, Tom. II. Amstelod. 1734. fol. Omittimus *Eliae Reusneri* et aliorum scripta, familias Romanas illustrantia, quarum plures quotidie et nouas siue ex numis siue ex aliis veteribus monumentis eruditorum industria obseruat. De prisca familia *Caesiorum* singulare et locuples opus *Io. Baptistae Fontei*, cum *Iulii Iacobini* appendice lucem vidit Bonon. 1582. fol. De gente *Valeria* exstat liber *Iacobi Zabarella*, italice editus Paduae 1664. 4. Eiusdem de gente *Liui* liber prodiit, ibid. 1669. 4. De familia *Caesennia* antiquissimas inscriptiones aeuo superstites *Petrus Antonius Braschius* in vnum collectas, dilucidatas ornatasque edidit Romae 1731. 4. De vita, rebus gestis, numis *Titi Didii* Consulis, et gente *Didia* *Ios. Bimardi* (de la Bastie) parergon prodiit Lutetiae 1730. 4. De gente *Curtia* *Ioannis Franc. Iosephi Bagnoli* liber in lucem emissus est Bononiae 1741. 8. Gentem *Aureliam* *Ioan. Wunderlich* singulari commentatione illustrauit Ienae 1754. 4. De *Metellis* differit *M. Antonius Ferratius* pag. 129. epistolarum. Gentilitiorum nominum Romanorum in *Gruteri* inscriptionibus non obuiorum amplissimum spicilegium ex antiquis inscriptionibus collegit *Raphael Fabrettus* cap. 9. p. 597. sqq. Familias *Byzanti-*

nas illustravit *Carolus Cangius* Paris. 1680. fol. in parte priore Historiae suae Byzantinae.

XV. Tria fuerunt apud Romanos cognationis genera, agnatio, gens et stirps, vt notat Turnebus ad Ciceronem de legibus lib. I. p. 31. ac *stirps* quidem omne cognationis genus continebat, *gentis* ius nullum habebant plebeii, sed tantum patritii ac nobiles qui capitis nullam erant diminutionem passi, vide Ern. Martini Chladenii librum de gentilitate veterum Romanorum, Witeb. 1742. 4. *agnatio* in virilis stirpis cognatione posita erat. De imaginibus nobilium, earum collocazione in atrio, gestatione in funere et simili pompa qua claritatem generis veteres Romani testabantur, vide praeter scriptores pag. 724. citatos Lipsium 1. elect. c. 29. Liberi erant vel *γνήσιοι* legitime nati, vel adoptiui *θετοί*, de quibus Appianus 3. Ciuil. fol. 586. vel *νόθοι* siue spurii, *σκόπιοι*, de quorum patre non constabat et *παρθεναί* ex adulterio geniti. Vide Potterum IV. 15. Archaeol. De adoptionibus priuatorum Principumque apud Romanos et adoptorum iuribus agit H. Dodwellus praelect. Cambden. XVIII. De praecipuis adoptandi causis apud veteres Romanos Imman. Gottlob Grotzeri commentatio prodiit Lipsiae 1746. Adoptionis ritus fuerunt varii, per populum et praetorem, de qua ad Dionem pag. 195. et Pitiscus T. 1. p. 28. sq. per arma, per enses, siue armorum traditione Cassiodorus IV. Ep. 1. VIII. 1. et 9. S. Bouffacus dissert. 15. noctium theolog. p. 211. sqq. inde feuda et equestres dignitates; per tonsuram siue rescissos capillos, Paullus Diaconus lib. 6. de gestis Longobardor. cap. 53. inde ordines monastici et tonsura clericalis; per baptismum, idem Bouffacus dissert. 14. noctium theolog. p. 199. sqq. De exhaeredatione, quae grauior, et abdicatione vide interpretes ad Quinctilianum T. 2. Burmanni pag. 481. et 474. vbi formula abdicantis, *discede de domo mea*. Nobilitatis quatuor genera e mente Platonis Laërt. III. 88. sq. Apud Romanos distincti nobiles, ingenui siue liberi, liberti et libertini ac serui quos diuersos ordines etiam apud Germanos veteres obseruat Cluuerus German. Antiquae lib. 1. cap. 15. p. 98. sq.

XVI. De Nominibus propriis et Nominum impositione atque vsu apud veteres, praesenti loco nonnulla perstringere operae pretium fuerit. Apud Hebraeos vnicum nomen in vsu fuit, quod primis temporibus a natiuitate statim, vt Caino vel Noacho impositum est: deinde in circumcisione dari consuevit. Hinc additum nomen Parentis, in hunc fere modum: Isaac filius Abraham, Saul filius Kis, Simon *ben* (Syriace *bar*) Iona, Moses ben Maimon, Menasse ben Israël. Sic et feminae, Michaiahu filia Vrielis. Neque alia nominum ratione in hoc vsque tempus vtuntur Iudaei, licet nonnullos videam cognomen etiam habere, vt R. Schabtai integrum nomen est Schabtai Strimer, Pragensis,

Pragensis, est enim frater Iacobi Strimeri, filius Iosephi Strimeri in direptione Pragensi occisi. Idem tamen in titulo libri de scriptis Rabbiorum, cui titulus est labia dormientium, se non aliter vocat quam R. Schabtai ben Ioseph. Satis frequens autem inter eosdem Hebraeos mutatio nominis variis de causis, unde binomines, quae res ut obseruata magnas difficultates tollit, ita neglecta facit, nec exiguos parit errores. Confer Beckium ad Targum Paralipom. p. 136. et Christ. Bened. Michaelis dissert. de nominibus propriis sacris, Halae 1729. Vno tamen nomine tantum utebantur vno tempore, ita ut ex quo adsciuit Apostolus nomen Paulli, desineret appellari Saulus. Nec Abramus vocabatur amplius, quum datum esset nomen Abrahami, neque Sarai, ex quo dicta est Sara, nec Iacob ex quo haesit nomen Israëlis, quanquam iste postea iam hoc iam illo nomine in sacris litteris appellatur. In formatione nominum Hebraeos haud curiosius de accurata analogiae ratione sollicitos fuisse notauit, Dauid Kimchi et Salomoh ben Melech ad 1. Chron. IV. Neque in scribendis eodem modo nominibus admodum superstitiosos fuisse veteres, Rich. Simon lib. 1. Hist. Crit. V. T. cap. 3. In Talmude Hierosolymitano Massechet Gittin f. 43. 2. legas Israëlitas extra terram Israëliticam habere nomina sicut nomina Gentilium. Sane a Graecis nominibus et Latinis non abstinuisse, exemplo Tryphonis, Philonis, Nicodemi, Iusti, Rufi et aliorum constat. Vide Rev. Alberti a Felde Epist. ad D. Kochium de dialogo Iustini Martyris p. 33. sq. et Io. Braunium in selectis sacris p. 33. sq. qui p. 34. sq. ostendit Iudaeos post captiuitatem duplici nomine non raro vsos, vno quo inter suos et altero quo inter Ethnicos vocarentur. Graeco scilicet altero vel Latino, altero Hebraico: sic iisdem tributa nomina Iesus et Iason, Iakim et Alcimus, Onias et Menelaus, Iannaëus et Alexander, Saulus et Paullus, Ioannes et Hyrcanus, Hillel et Pollio, Simon et Niger, Salome et Alexandra. Confer Io. Henr. Maii obseru. sacr. lib. 3. p. 96. edit. secundae. Trinomines etiam fuere quidam, si credimus Cornelio Ianfonio parte 1. Concordiae Euangel. c. 6. et Benedictinis ad S. Ambros. tomo 1. fol. 1331. In peregrinae autem linguae nominibus propriis efferendis tripliciter versari solent Hebraei, nam vel aliter pronunciant, ²¹ ut Graeci aliaeque Gentes, ut pro Cyro Cores, pro Artaxerxe Artafasta etc. vel ex peregrina lingua interpretantur in Hebraicam. Vide Grotium ad Gen. XI. 1. Hebr. III. 8. et quae notauit lib. 1. Bibl. Graecae c. 6. §. 11. Eduardum item Bernardum ad inscriptiones Palmyrenas pag. 23. sicut hoc etiam aliis scriptoribus vsurpatum fuit, vide Nicol. Alemanni notas ad Procopium p. 95. et Hieronymum lib. 2. in Amosum pag. 1411. edit. nouae, vel

²¹ Quam diuerse ipsas hebraicas voces pronuntiant Iudaei vide apud Ioan. Iac. Schudtium Tomo secundo memorab. Iudaicorum pag. 285.

vel nomina in aliam atque ingeniosam significationem deflectunt, vt variis exemplis demonstraui in eadem Bibl. Graeca lib. 1. c. 29. §. 8. Quae omnia non possunt non multiplices difficultates lectoribus obiicere, et quasdam etiam vix ac ne vix quidem extricabiles. Iosephus quoque Medus in fragmentis sacris tom. 10. fascic. Crenii p. 252. notauit mirificam diuersitatem in nominibus Regum Assyriorum, quae in sacris et profanis scriptoribus obseruatur, inde originem ducere, quod diuersae gentes Assyrii, Babylonii, Persae, Aramitae habitantes prope Euphratem, Aegyptii, Graeci etc. vnaquaeque nomen Regis varie pronuntiationis suae ingenio suaeque linguae accommodarent. Etiam pridem notauit Iosephus Scaliger *Nomina propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformari, vt ab ipsis gentibus agnosci non possint*, quam in rem plura disputat Thomas Reinesius in diatriba de lingua Punica. Scriptores qui Nomina Propria Hebraica in sacris litteris collegerunt et interpretati sunt diligenter referre instituit Celeberrimus Io. Christoph. Wolfius in Appendice ad Historiam Lexicorum Hebraeorum p. 228. et diligentius in bibliotheca Hebraea vol. 2. p. 565. sqq. et vol. 4. p. 248. et Io. Mollerus Homonymoscopiae p. 39. sq. His addi possunt quae ex MSS. Graecis Codicibus tom. II. Hieronymi sui ad librum de Nominibus Hebraicis protulit Io. Marcianaeus, quae melius digeri atque emendari illustrarique ab aliquo viro docto esset operae pretium: vt omittamus *Matthaei Aurogalli* librum de Hebraeis urbium, regionum, populorum, fluminum, montium et aliorum locorum nominibus e V. T. congestum Witeb. 1526. et auctiorem Bas. 1539 8. *Dauidis Chytraci* Onomasticon Theologicum A. 1557. 1578. et Witeb. 1585. 8. Spectat et huc *Paullus Crellius* in Concordantiis realibus a Dan. Fesselio auctis, Germanice fol. Onomasticon nominum propriorum Hebr. et Graecor. quod exstat ad calcem tom. VI. Bibliorum *Polyglotton Londinens.* *Marianus Brixianus* in Arca Noae etc. et qui in hoc genere versatus quam diligentissime est, praeclarus Vir *Matthaeus Hillerus* Professor Tubingensis in Onomastico sacro Tub. 1706. 4. et in altero quod Bibliis pentaplis Germanice A. 1712. 4. excusis est subiectum, nouissimeque Vir celeberrimus *Ioan. Simon* in Onomastico V. T. Halae 1741. 4. euulgato.

XVII. De Graecis veteribus perinde vt de Hebraeis affirmare licet simplici fere nomine eos vsos fuisse, et genitium plerumque parentis addidisse, vt Thucydides Olori et similia. Confer Ez. Spanhem. VI de numism. p. 512 sq. At non semper genitiuus additus parentem significat, sed interdum aliud quid subintelligitur, v. g. Clinias Alcibiadis scil. Pater. Olympias Alexandri, scil. mater. Hectoris Andromache, scil. vxor. Eusebius Pamphili scil. amicus. Parthenius Dionysii scil. discipulus. Confer Ionsium p. 14. B. Hankium de

scriptoribus Byz. cap. 1. § 5 sq. Amplissimi Cuperi Harpocratem p. 126 sq. et V. C. Thom. Galei diff. de scriptoribus Mythologicis p. 19 sq. Pro genituo Parentis scriptores Romani interdum posuere alterum nominatiuum, itaque dixerunt Herodem Atticum pro Attici F. Appionem Plistonicen pro Plistonicae F. et similia. Confer Salmasium ad Vet. inscriptionem Regillae p. 89 sq. Valesium ad Ammian. fol. 40. Sollemne fuit apud Graecos nepoti nomen aui imponere. Sic Aristidis pater et filius dicebantur Lyfimachus, Aristotelis Nicomachus, vt alia innumera praetermittam, e quibus nonnulla collegit Grotius ad Luc. 1, 59. et Stephanus Morinus in octo dissertationibus p. 21 sq. *παλαιότατον ἔθος ἦν, inquit Eustathius, τὸς ἐγγόνους καλεῖσθαι τοῖς τῶν πάππων ὀνόμασιν.* At Nomina Romanorum narrantes Graeci, praenomina frequenter sola nominant, vel praenomina postponunt, ut *Κάτων Μάρκος* pro M. Catone et similia apud Dionem aliosque. Vti Patronymica etiam quandoque cognominibus praeponi notat Salmasius ad Achillem Tatium p. 537 sq. sed et Graeci ipsi interdum praeter nomen habebant *ἐπίκλησιν* siue cognomen, teste Appiano Praef. ad bella Pun. quod ipsum e variis monumentis antiquis constare notat laudatus Cuperus in Harpocrate p. 177. Confer Plutarchum Coriolano fol. 218. Nomina peregrina, orientalia maxime quum illa Graeci memorant in suis scriptis, vel plane in linguam suam interpretantur, vel saltem ita inflectunt, vt sono ac terminatione Graeca vel Graecis affinia videantur. Imponebant Graeci infantibus suis nomen die lustrico, siue septimus is erat siue decimus²² a natiuitate. Vide Meursium Graeciae feriatae p. 21 sq. Petrum Moll ad Longi Pastoralia p. 7. Adde de die lustrico Graecorum Romanorumque Philippum Rubenium lib. 1. elector. cap. 5. Meursium parte 2. exercit. critic. p. 182 sq. Festum in *lustrici*, et Macrobius l. 1. Saturn. c. 16. Christianis iam olim baptismi dies fuit *ὀνομαζήσιος*, vt notat praeter alios Nic. Cabasila lib. 2. de vita in Christo p. 225. Cui iunge Edm. Martene lib. 1. de ritibus p. 70 sqq. et Lindebrogium p. 1445. ad codic. leg. antiquarum.

XVIII. Romanis quoque ingenuis (seruorum enim vt plurimum simplex fuit nomen Syri v. g. vel Dauis; quandoque vero seruis etiam et vernis honestioribus tria data sunt nomina, vide Fabretum pag. 347. Inscription, et Scipionis Maffei antiquitates Galliae p. 80.) singula quibusdam nomina initio fuere, vt Romulo et Remo: aliis bina, commune siue appellatiuum ac praenomen alterum, alterum gentile et proprium, vt Hosto Hostilio, C. Mario, Q. Sertorio, L. Mummio, Iulio Procuro. Plutarch. in vita Marii p. 406. aliis denique terna *praenomen, nomen gentilitium et cognomen*, vt L. Iunio Bruto, L. Tar-

²² Suid. in *δεκάτην ἐσιῶσαι* et in *ἐβδομημενῶν*

L. Tarquinio Superbo et Prisco, C. Marcio Coriolano. Plutarch. in Coriolano fol. 218. Fratres, Ciceronis, etiamnum aetate, praenomine distinguebantur, nomine et cognomine conueniebant, vt P. Cornelius Scipio et L. Cornelius Scipio. M. Tullius Cicero et Q. Tullius Cicero. Simile in patre et filio obseruare licet, M. Annaeo Seneca et L. Annaeo Seneca. Postea fratres cognominibus diuisi, vt Saluius Otho et Saluius Titianus: Flauius Vespasianus et Flauius Sabinus. Non in omnibus tamen hoc receptum, nam Vittellii fratres solo praenomine distincti: Aulus, Quintus, Publius et Lucius. Feminas quoque praenominebus vsas constat, etsi minus frequenter, vnde hoc plane negauit Plutarchus in Mario p. 406. vt Aulam Placidiam, Tiberiam Aeliam, Rheam Syluiam Romuli matrem, Caiam Caeciliam, quod Caiiae praenomen inuersa littera scribitur o vt Tita L. Confer Tiraquellum ad Alex. ab Alex. tom. 1. p. 79. et ad lib. 5. c. 4. et quae Graeuus in praef. ad tomum 2. Antiqu. Rom. inferuit ex Petri Seruii Miscellaneis cap. 5 - 8. qui cognomine quoque vsas nonnunquam vt Caeciliam Metellam, Calpurniam Marcellam etc. quin praenomine, nomine et cognomine simul, vt Furiam Sabiniam Tranquillinam, Cneiam Coeceliam Irinam Aureliam Mauianam Virginiam, ex veteribus inscriptionibus demonstrat. Adde Francisci Arisii Cremonam litteratam T. I. pag. 24. Maritorum quoque adsciuerere cognomen, vt Marcia Catonis, rarius liberorum, vt Cornelia Gracchorum scil. Mater, adde Ez. Spanhem. VI. p. 509 sq. Praenomina circiter XXX. notante Varrone, sed longe plura obseruantur. Nonnulla praenomina eadem in aliis fuere cognomina, vt praeter Ez. Spanhem. differr. x. de numismatibus, quae est prima tomi secundi pag. 21 - 83. pluribus exemplis idem Seruius probatum dedit, qui praeterea docet nonnullos nouum adsciuisse cognomen, quod male *agnomen* quibusdam appellatur vt L. Cornelius Scipio Asiaticus, L. Aelius Praeconius Stilo, M. Valerius Maximus Messala, Q. Caecilius Metellus Pius. Cognomen saepe gentilitio nomini praeponitur, vt notat Rhodius ad Scribonium Largum p. 191. et Spanhemius VI. de numism. p. 503 sq. De duplici praenomine usurpato id. p. 511. et praenominebus certis familiis familiaribus p. 513 sq. De more Graecorum Romanos passim solo praenomine norandi pag. 516 sq. quod et Latini interdum faciunt. id. Sola cognomina posita. id. p. 520. et Sirmond. tomo 4. Opp. f. 599. Quidam plura etiam habuere cognomina vt P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, ne memorem quae in titulis Imperatorum cognomina Parthici, Arabici, Germanici etc. De duplici nomine, quo vsi interdum sunt viri feminaeque, vide Fabretti inscriptiones pag. 145 sqq. Agnomen autem dicitur proprie, quod retinebatur, ab adoptatis, vel integrum vel leuiter mu-

tatum et σχηματισθέν πως, vt ait Xiphilinus, quum adoptantium ²³ prae-
nomen, nomen et cognomen adsciscerent, illisque iungebatur iam tertio
iam quarto loco, vt P. Cornelius Scipio a Q. Caecilio Metello adoptatus dein-
ceps vocabatur Q. Caecilius Metellus Scipio: M. Iunius Brutus adoptatus
a Q. Seruilio Caepione, dictus postea est Q. Seruilius Caepio Brutus; leuiter
mutatum est in Augusto, qui pro Octauius deinde dictus est C. Iulius Caesar
Octauianus. In his agnomen facile agnoscis Brutum et Scipionem. Porro
reliqua illa Asiatici v. g. et Africani et similia non agnomina sed cognomina
vocantur etiam a Velleio lib. I. c. 13. *Nec quisquam ex nouis hominibus prior
Mummio cognomen virtute partum vindicauit.* Nomina alia propria familiis,
alia singulorum in eadem familia vnus confer Spanhem p. 505 sq. ἐπικλή-
σεις Graecis, Perizon. ad Aelian. p. 469, 471, 475. Liberti siue serui manu-
missi cognomen suum retinebant, praenomen nomenque recipiebant a pa-
trono, vt Tiro et Laurea quum Cicero eos manumisisset, dicti M. Tullius Tiro
et M. Tullius Laurea. Chryfogonus manu missus a Sylla L. Cornelius Chry-
fogonus. Adde Reines. pag. 835. Inscript. sq. Pueris non prius quam to-
gam virilem sumerent, puellis non antequam nubere praenomina imposita
fuisse Q. Scaeuola tradidit, teste auctore Epitomes de nominum ratione quae
Valerio Max. subiicitur et a quibusdam tribuitur Iulio Paridi, ab aliis Tito
Probo. Haec vtinam integra exstaret: quae eius supersunt tamen, illustrata
sunt a Stephano Pighio in notis ad Valerium et a Salmasio in inchoato com-
mentario ad Arnobium, quem vulgari tomo secundo Hippolyti mei. Ham-
burgi 1718. fol. Nomina petita sunt a *Diis*, vt, Martius, Bacchius, etc. vide
Grotium in limine notarum ad Marcianum Capellam; a *victoriis*, vt Afri-
canus, Creticus, vide viros doctos ad Flor. III, 8. Nicanor, Polycrates; a *nu-
mero*, conf. Bibl. latin. II, 22. 7. Primus, secundus etc. Quartadecimani hae-
retici; a *colore*, vt Melanion, Rufus, Mineus etc. vide Grotium ad Capellam.
Albii, Albini, Flauii, Galbae; a *bestiis*, vel *animalibus*, vt Porcus, Catulus,
Equitius, Hippasus, Caper, Capella, Ouidius, Taurus, Muraena, Aquila,
Coruus, Coruinus, Galbus, Leporinus, Suillus, Buteo, vide Godofredi Sellii
commentationem de nominibus Romanorum brutifonis, Halae 1737; ab *ar-
boribus*, vt Rosa, Palma; a *bono omine*, vt Prosper, Magnus, Valens, Maca-
rius, Felix, Eutyches, Augustus, Faustus, Fortunatus, Firmus, confer
Ioan. Henr. Stussi commentationem de omine in nomine, Gothae 1735. a
bonis moribus, vt Aristobulus, Cunctator, Catus, Chrestus, Salomon, Phi-
ladelphus, Parrhasius, Parrhasiades, confer Barth. Marliani obseruationes de

²³ Xiphilinus p. 34. de Augusto. Vide Dio XLVI. p. 484. et Sam. Pitisci Lexicon
Antiquitatum Rom. in adoptatio.

de praenomine, nomine et cognomine; a *malis moribus*, vt Hierax, Lamy-
 rus, Metretes, Poltrones, vide Luitprandum in Innocentio; *κατ' ἀντιφρα-
 σιν*, Philopater; ab *euentu*, Stercoreus siue Copronymus, Ambustus; a *cor-
 poris nota* siue *vitio*, vt Attae, Calui, Capitones, Caeci, Claudii, Corsi,
 Flacci, Frontones, Gryphones, Labeones, Licinii, Limi, Monomachi, Nafi-
 cae, Nafones, Physiones, Pogonati, Scaeuolae, Sedigeti, Talipedes, vide An-
 gelum a Nuce ad Leonem Ostiensem III. 16. p. 334; a *nascendi sorte* Agrip-
 pae, Caesares, Caefones, Opites, Postumus, Proculus; a *re rustica* Pifones,
 Lentuli, Cicerones, Fabii, Aratores, Stolones; a *re maritima*. Ancora, Ga-
 leorus, Nauclerus, Puppius; a *vestimentis* Caligula, Caracalla. Vti nomina
 quaedam virorum in *a*, Fretela, Totila, Attila, Malela; ita etiam nomina
 quaedam feminarum in *um* et *us* desinunt, Glycerium, Albinus, vide Henr.
 Norisii aduentoriam, T. 1. Opp. pag. 1304. sqq. De Nominibus Romano-
 rum Onuphrii liber fastis eius subiectus; Francisci Robertelli liber prodiit
 Florentiae 1548. 8. Caroli Sigonii liber adiectus est eiusdem Fastis Confu-
 laribus, Basil. 1559. fol. et deinde recusus Tomo primo Sylburgii scriptor.
 historiae Rom. p. 340. in Dionysii Gothofredi auctoribus linguae Latinae pag.
 1401. et Tomo secundo thesauri Graeuiani pag. 1952. Iusti Lipsii tractatus
 de nominibus Romanorum recusus est ad calcem Kippingii antiquitatum Ro-
 man. pag. 603. edit. Lugdunensis 1713. 8. et in Clausingii iure publico Roman.
 T. 1. p. 598. Nicolai Boindini dissertatio de nominibus Romanorum exstat
 T. 1. historiae academiae Inscriptionum pag. 188. edit. Amstelod. Adde
 Voffium lib. 1. Aristarchi cap. 7. qui laudat praeterea Alexandrum ab Ale-
 xandro de praenominum origine differentem IV. 4. genial. dierum, Giral-
 dum dialogismo IV. et Antonium Augustinum III. 8. emendationum. De ori-
 gine nominum et cognominum confer Aegidii Andreae de la Roque tractatum
 Parisiis 1681. 8. editum. Nomina propria in MSS. solent distingui super impo-
 sita lineola, vide Reinesii var. lectio. II. 3. p. 137. Idem Henricus Stepha-
 nus etiam in quibusdam suis Graecis scriptoribus excusis obseruauit. De no-
 minibus mediae aetatis multiplicatis vt Marcianus Mineus Felix Capella, Ma-
 crobius Ambrosius Aurelius Theodosius, Anicius Manlius Seuerinus Boëthius
 &c. vide Sirmondum praef. ad Eunodiam et in limine notar. ad Sidonium.
 Alex. Whittenium ad Diptychon Leodiense pag. 4. Petrum Wesselingium II.
 21. p. 236. variarum obseruationum, et Henr. Cannegieterum in opusculo
 de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione cap. 7. pag. 29. De
 nominibus propriis apud Germanos consulendus B. Lutheri libellus *Nahmen-
 Büchlein* excusus 1537. recusus saepe vt Vrsellis 1559. 8. Helmstadii 1664.
 cum Godofr. Wegneri obseruationibus Lipsiae 1674. 8. et sub Rud. Gocle-

nii nomine (vide Thomafium de plagio litterario §. 449.) Schottelius lib. V. de lingua Germ. tractatu 2. et quos allegat p. 1036. fq. Ioan. Georg. Eccartus in historia studii etymologici p. 37. fqq. quem vide etiam p. 44. fqq. differentem de opere MS. Conradi Gesneri, quod feruatur in bibliotheca Bremensi. G. G. Leibnitijs in collectaneis etymologicis II. p. 235. fqq. ex Vbbone Emilio. Cornel. Kilian. ~~Doff~~flaeus ad calcem Etymologici Teutonicae linguae. Thomas Reinesius in Eponymologico MS. et in praefat. ad Syntagma Inscriptionum XX. 3. fq. Hermannus Adolphus Meinders de nominibus et cognominibus Germanorum et aliorum populorum septentrionalium veterum, in miscellaneis Lipsiensibus T. VI. p. 1. fqq. et 31. fqq. qui etiam de Hebraeis et Romanis pauca aspergit pag. 24. fq. 28. fq. Io. Henr. Ottius de nominibus hominum propriis. Tiguri 1671. 8. Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam originem restituta per quendam antiquitatis studiosum. Augustae Rhet. 8. ~~P~~Pauli Heuteri etyma variorum nominum vtriusque sexus Germanicae originis exstant ad calcem librorum duorum de veterum ac saeculi sui Belgio p. 217-231. Antwerp. 1600. et 1616. 4. et inter opera Louanii 1649. fol. Catalogus nominum priorum apud Goldastum tomo 2. antiquitatum Alemannicarum p. 92-118. et 144. fq. De nominibus propriis in *vid* desinentibus agit Olaus Verelius ad Heruarar Saga p. 115. fq. in *rich* siue *vius* Erycius Puteanus in diatriba de nomine Erycio. De nomine Huberti et aliis simili sine cadentibus Arnoldus a Boecop ad calcem historiae S. Huberti a Io. Roberto editae p. 514. fq. Luxemb. 1621. De nominibus Anglosaxonicis Georg Hiccius diff. epistol. p. 23. fq. Guil. Cambdenus in libro postumo, *Remains concerning Britain*, Edmundus Gibson ad calcem chronici Saxonici, Guil. Lambarcus in nominibus modernis veris et sincere Saxonice Latinis et Britannicis ciuitatum, fluminum. De praenominibus Suegothicis Christoph. Giubbius. Lincopiae 1675. De nominum mutatione sacra vide Io. Henr. Stussi commentationem Gothae 1735. sigillatim de mutatione nominum in professione religiosorum et Pontificum Romanor. inauguratione Ioan. Frid. Krebsii schediasma, quod auctius prodiit Lipsi. 1719. 4. Ad Romanam ecclesiam accedentibus in confirmatione mutatur nomen, vt Mauritio Wilhelmo Duci Cizensi, qui dictus est Leopoldus, Christinae Suecorum Reginae, quae Christianae Alexandrae nomen tulit. Nomina quoque mutata fuerunt consecratis et relatis inter Deos, vide Ezech. Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 332. De Pontificibus Romanis vide eundem ibid. p. 333. De adoptatis, confer Perizonium triade pag. 90. et Vossium Aristarch. lib. 1. c. 7. De ciuitate donatis, eundem ibidem De libertis Politianum cap. 31. Miscell. et Pamelium ad Tertullianum de resurrectione c. 57. De scenae et meretriciae vitae renuntiantibus, Aristae-

Aristaenetum lib. 1. epist. 19. et Gilb. Gaulminum p. 41. ad Eustathium. De meretricibus ab aedilibus licentiam petentibus, Taubmannum ad Plauti Poenulum actu quinto scena tertia.

CAPVT XXI.

De institutione, Scholis, et de re litteraria.

De re litteraria Hebraeorum generatim 1. *De Scholis et Doctōribus Hebraeorum.* 2. *De aliarum Gentium Antiquitatibus Academicis et Scholasticis.* 3. *De Academia, Lyceo, Museo Alexandrino etc.* 4. *De aliis societatibus litterariis.* 5. *De Professoribus et discipulis, ratione docendi, lucubrationibus.* 6. *De recitationibus, auditoriis, Anagnostis.* 7. *De scribis, librariis, antiquariis, libris, voluminibus, bibliopolis et Bibliothecis.* 8. *De studiis veterum.* 9. *De charta, et quae eius loco, de stilo, calāmo, atramento etc.* 10. *De litteris notisque hieroglyphicis, numeris, signis planetarum.* 11. *De typographiae origine et incrementis variis.* 12. *De aliis inventis novanti-quis.* 13.

I.

Ideam systematis Antiquitatis litterariae vniuerse, sigillatim Aegyptiae edidit *Iac. Frider. Reimannus*, Hildesiae 1718. 8. Graecorum historiam litterariam delineauit *Christianus Falsterus* in cogitationibus philologicis, Flensburgi 1719. 8. p. 84. sqq. De studiis litterarum apud Hebraeos generatim, eorumque origine et fati videantur scriptores historiae philosophicae, in primis *Iac. Bruckerus* histor. critic. philosophiae Tomo primo pag. 63. sqq. et *Ioan. Franc. Buddeus* in historia philosophiae Hebraeorum, qui et in historia ecclesiastica V. T. ad calcem singularum periodorum et capitum de statu rei litterariae differit. Num eruditio a Iudaeis ad gentes transierit disputatum est. Aegyptiis certe eam tribuunt *Macrobius* in somnio Scipionis L. 1. c. 19. et *Saturnalia* lib. 1. c. 14. Apollinis oraculum apud *Eusebium* praeparat. *Euan- gel.* lib. 9. c. 10. et auctores, quos laudat *Wolfius* ad *Origenis philosophumena*, p. 46. nota x) quod ab iis omnis eruditio ad ceteras gentes manauerit: Indis vero eam laudem vindicare conatus est *Polyc. Lyserus* in dissertat. de origine eruditio- nis non ad Iudaeos, sed Indos referenda, *Witeb.* 1716. Sed Iudaei sibi hanc gloriam tribuunt, haud dissentientibus plerisque Patrum, vide *Bartoloccium* T. 1. biblioth. Rabbin. p. 467. *Schudtium* in deliciis p. 76-80. et *Memorabil.* P. III. p. 329. sqq. *Maimonidem* *Moreh Nebbuchim* P. I. c. 71. et P. II. c. 11.

Huetium

nestus Tenzelius parte 2. diff. select. De *lucubrationibus* veterum et vigiliis studiorum causa frequentatis disquisitionem singularem edidit B. Christophorus Cellarius, Halae Saxon. 1699. 4. Eas in longam noctem protractas nocere sanitati iam olim notavit Hippocrates lib. 1. de re medica: quamuis Gabriel Naudaeus quaestione 3. iatrophilologica quum primum laudasset studia matutina, deinde p. 73. sq. disputat pro nocturnis lucubrationibus, ita tamen, ut quemadmodum in omnibus ita in his quoque nimium in vitio esse non dubitet.

VII. De *recitationibus* veterum Lipsius videndus Centur. 2. Epistola 48. ad Belgas, Vossius pater cap. 7. et 8. de imitatione, siue lib. de recitationibus veterum, recusus in tomo 1. method. Crenii: Gabriel Bisciola tomo 2. Lektionum subseciuarum lib. 15. c. 20. Casaubonus ad Theophrasti Characteres pag. 126. sq. et ad Auidium Cassium Vulcatii Gallicani, Ferrarius lib. 3. de veterum Acclamationibus. Io. Schefferus cap. 9. et 10. de stilo; Io. Georg. Guiljelm. Volckhartus in commentatione supra laudata de hortis veterum Romanor. museis, volumine tertio actorum societatis latinae p. 229. sqq. Io. Ern. Imm. Walchius in libro de arte critica veterum Romanorum pag. 59. sq. Frid. Iac. Beyschlag in sylloge p. 490. et 509. Magnus Daniel Omeisius in dissertatione de recitationibus veterum, Altorfii 1697. Christ. Gottfr. Barthius in dissert. de recitatione et retractione veterum, Halae 1701. Petrus Eckermann in dissert. de studio veterum recitandi, Vpsal. 1740. Frid. Christ. Baumeister pag. 201. exercitationum academicar. et scholastic. Lipsiae 1741. et Constantinus Langius in orat. de censoribus veterum litterariis, Ienae 1753. De recitationibus *ῥαψωδῶν* et Homeridarum post Scaligerum, Casaubonum et Kusterum a Fabricio lib. II. c. 2. Bibl. Graec. laudatos vide Sigism. Frid. Dresigii commentationem Lipsiae 1734. 4. et Eberh. Baringium de Rhapsodia, Hanov. 1745. De retractionibus et palinodia eruditorum vide Theophil. Raynaudum T. XIV. Operum, et dissert. Io. Georg. Neumanni, Witeb. Io. Schmidii, Lips. 1697. De retractionibus Theologorum Io. Henr. Feustkingii dissert. Witeb. 1711. et 1715. Celsus in praefatione ait Hippocratem non dubitasse, si errasset, sententiam retractare *more magnorum virorum et fiduciam magnarum rerum habentium*. Pontifices non dubitare retractare, vbi errare se agnoscant affirmat Launoius p. 454. epistolarum. De formulis protestationum meliorum iudicio et ecclesiae scripta sua subiicientium idem Launoius p. 501. sqq. et 525. sqq. libri de scholis a Caroli M. tempore instauratis. De *certaminibus* veterum *litterariis* Vitruuius praefat. libri VII. Ionsius lib. 1. c. 16. p. 85. sq. Io. Rosinus lib. V. cap. 18. antiquit. Romanar. vbi de agonibus Capitolinis ex Scaligeri lib. 1. lection. Aufonian. c. 10. Harduinus de numis vrbium p. 399.

et 438. Christ. Gottl. Schwarzius in dissert. de certaminibus veterum Poetarum atque Oratorum, Altorfii 1728. De *Lectoribus* siue *Anagnostis* Ioan. Schefferus libro de stilo pag. 69. sq. qui etiam pag. 72. lectricem ex Seruio obseruat. Reimannus system. litter. p. 46. sq. et Ioan. Bilbergii dissertatio, Vp-
fal. 1698. 8. Nonnulla etiam Alexander ab Alexandro Tomo 1. p. 350. edit. cum notis variorum. De anagnosmatis siue lectionibus in conuiujs ad Bac-
cium pag. 191. sq. libri 4. de vinis, et Iac. Goettenium lib. 2. observ. cap. 2. Ceterum *recitare* proprie non est ex memoria dicere, sed de scripto legere, vt praeter alios obseruat Lambecius in orationibus suis pag. 81. sq.

VIII. De *scriptura* veterum Ioannes Nicolaus Funccius eruditam com-
mentationem edidit Marburgi et Rintelii 1743. 8. in qua vniuersum hoc ar-
gumentum erudite atque eleganter pertractat. Sigillatim de *scribis* veterum,
Romanorum praecipue et *notariorum* exposuerunt Reimannus systemat.
litterar. pag. 53. sq. Hugo de prima scribendi origine cap. 32. pag. 415. edit.
Trotzianae. Andr. Christ. Eschenbachius in dissertationibus iunctim editis
pag. 257. sq. Ioan. Lomeierus dierum genialium decade II. p. 397. sq. Iacobus
Ern. Herrgott dissertatione de scribis veterum Graecorum, Romanorum et
Germanorum, Witeb. 1668. Iustus Lipsius centur. 1. ad Belgas ep. 27. Begeri
spicilegium antiquitatum p. 78. et 93. Elias Amatus epistolar. eruditar. Italice
editar. parte 2. pag. 72. sqq. De more citandi scripta allegatis primis illorum
verbis Ionsius II. 5. p. 136. Viri praestanti doctrina et dignitate ipsi manu sua
libros descripserunt, vt emendatos haberent. Vide Baluzium ad Capitularia
Tomo 2. pag. 1160. sqq. De *chartularijs* Cangius in Glossario, et Pancirollus
variar. lectionum lib. 1. c. 23. De *capsarijs* Io. Chokier facis historicae cen-
turia 1. c. 79. De *librarijs*, *antiquarijs* et *Bibliopolis* antiquorum Balthasar
Bonifacius de Archiuis cap. 8. Pignorius lib. de seruis p. 228. sq. Popma de
operis seruorum p. 67. Christ. Falsterus lib. 2. quaest. Romanar. c. 3. et singu-
lari diatriba Christianus Schoettgenius, Lipsiae 1710. edita, quam ipse deinde
germanice versam auctamque sub titulo: *Historie der Buchhändler, wie solche
in alten und mittlern Zeiten gewesen*, Norimb. 1722. 4. recudendam curauit,
latine autem conuersam Polenus inseruit Tomo tertio supplementorum the-
saur. antiq. Graec. et Romanar. Ahasv. Fritschius in tractatu de typographis,
bibliopolis, chartarijs et bibliopegis, Ienae 1675. 8. et Hamburgi 1678. 4.
qui germanice versus prodiit Ratisbonae 1750. 4. De ratione *voluminum* et
cylindrorum *εἰλητῶν* apud veteres Guil. Schickardus de festo Purim Tomo 8.
Critic. Anglor. pag. 486. B. Carpzouius ad Schickardum de iure regio Hebraeo-
rum p. 92. sq. Rich. Simon epistol. select. IV. 27. p. 190. sqq. Io. Doughteius

Analectis sacris ad Ies. XXXIV. 4. Salmasius ad Solinum p. 278. 706. et de modo vsurarum c. 10. p. 404. sq. et in specimine confutationis animaduersionum Heraldii p. 107. sq. et ad Vopiscum: Christoph. Browerus annalium Treuirensium pag. 105. vbi exhibet schema voluminum in Bibliothecam digestorum ex veteri lapide reperto Nouiomagi in loco castrorum Constantini. Augustinus Calmet in dissertatione prima earum, quas commentario gallice edito in Genesin adiunxit, in qua de forma librorum veterum et diuersa scribendi apud illos ratione differit. Isaacus Vossius ad Catullum pag. 50. sq. qui codicum membranaceorum siue *librorum quadratorum* vsum ab Attalo demum coepisse obseruat. Videndus etiam Ouidius lib. 1. Tristium elegia prima, Leo Allatius prolegom. ad librum de patria Homeri pag. 20. sq. et ad antiquitates Hetruscas pag. 137. Wormii museum p. 384. Ramiresius ad Martialem II. 67. Thomas Bartholinus de legendis libris diff. IV. p. 125. sq. Ern. Sal. Cyprianus pag. 40. sqq. Programmatum selectorum. Alexius Symmachus Mazochius Tomo XXVII. Opusculor. scientificor. et philologicor. pag. 168. sqq. Io. Esbergius in exercitat. de libris veterum, Vpsal. 1701. Christ. Saalbachius in dissert. de eod. argumento, Gryphisw. 1706. Christianus Gottl. Schwarzius in dissertationibus quatuor de ornamentis veterum diuersis temporibus Lipsiae et Altorfii habitis; vna de libris plicatilibus veterum, Altorfii 1717. et vna de varia supellectile rei librariae veterum, ibid. 1725. quas in vnum collectas indicibusque necessariis instructas recudi curauit Ioan. Christ. Leuschnerus, Lipsiae 1756. 4. De menide antiquorum codicum ornamento I. C. Stiglizius commentationem euulgauit Erfordiae 1747. De vmbilicis voluminum et cornibus, κεφαλίδι βιβλίου, מַגְלֵת סֵפֶר Psalm. XL. 8. Hebr. X. 7. vide Ioan. Henr. Maii obseruationes sacras lib. 3. p. 133. sq. edit. secundae. De verbo *explicit*, explicitum est Huetiana p. 139. Libros conglutinandi artem Athenis Philatium virum doctum sodalem suum inuenisse testatur Olympiodorus Philosophus Alexand. apud Photium. Cod. 80. De rationibus compingendi ornandique libros, quibus nostra aetate biblioepi vtuntur, diligentissime scripsit Ioan. Gottfr. Zeidler in der Buchbinder Philosophie, oder Einleitung in die Buchbinderkunst, Halae 1708. 8. Caerimoniale biblioeporum singulari libro germanice composito descripsit Erider. Frisius, Lipsiae 1712. 8. De *Diptychis* egerunt Rosweidus Onomastico ad vitas Patrum pag. 773. Pompeius Sarnelli in antiqua Basilicographia cap. 26. Bernh. Montfauconius Palaeographiae pag. 34. Ioan. Cabassutius in notitia conciliorum pag. 487. sqq. et in notitia Eccl. pag. 49. Henr. Dodwellus dissert. Cyprian. pag. 71. sqq. Petrus Zornius Opuscul. sacr. T. II. p. 687. sqq. Io. Bona II. 12. rerum liturg. Eusebius Renaudotus T. I. collection. liturgiar. oriental. p. 254. sqq. Ios. Binghamus

orig. ecclesiast. lib. 1. cap. 3. Seb. ⁶ Donatus libris tribus italice editis de diptychis profanis et sacris, Luccae 1753. Christ. Aug. Saligius in libro de Diptychis veterum tam profanis quam sacris, Halae 1731. 4. Io. Andr. Schmidius in dissertat. de diptychis veterum, Ienae 1694. Michael Hertius dissertationibus quatuor de diptychis, Sneebergae 1680-85. editis. Christ. Gottl. Schwarzius in dissert. de vetusto quodam diptycho consulari et ecclesiastico, Altorfii 1742. Sigillatim de Diptycho *Leodiensi* Alexandri Wilthemii Diptychon Leodiense ex consulari factum ecclesiasticum, et in illud commentarius, Leodii 1659. fol. De Diptycho *Boethii consulis* Philippus Bonarotta in Giornale d'Italia Tomo 28. pag. 39. sqq. et Io. Casp. Hagenbuchius in epistola epigraphica de Diptycho Brixiano Boethii Consulis, Turici 1749. fol. Diptychon *Bituricense* editum est in libro: Voyage litteraire de deux religieux Benedictins, Parisiis 1717. 4. pag. 25. De *Diuionensi* Philib. Bern. Moreau de Mautur Tomo III. histor. acad. inscriptionum pag. 451. sqq. De diptycho eburneo, quod fuit Cardinalis *Quirini*, ipse Quirinus in epistola ad Claudium de Boze, Romae 1743. 4. quae quarta est decadis eius epistolarum Romae 1743. 4. in lucem emissae. Hannibal de Abatibus Oliuierius Opusc. scientific. et philolog. T. 32. p. 5. et T. 36. p. 345. Io. Antonius Vulpius in diuinatione in diptychon eburneum vaticanum, olim Cardinal. Angel. Mar. Quirini, Patavii 1752. 8. et Tomo 35. Opuscul. scientif. et philolog. pag. 221. Alexius Symmachus Mazochius Tomo 34. eorund. opusculor. p. 387. sqq. Castus Innocentius Anfaldus Tomo 40. p. 187. sqq. et Tomo 42. p. 237. Io. Georg. Leichius de diptychis veter. et de diptycho Eminentissimi Cardin. Quirini, Lipsiae 1743. 4. Iosephus Bartolus in libro italice edito: La vera Spigazione del Dittico Vaticano, Turini 1747. Diptycha Episcoporum ecclesiae Arelatensis existant apud Mabillonium Tomo III. analector. p. 432. Diptychon Magni Consulis, primum luci publicae donauit animaduersionibusque illustrauit Christoph. Saxius, Hagae Comitum 1758. fol. Thesaurum Diptychorum tam profanorum quam ecclesiasticorum, quem Celeberrimus Gorius inchoauerat, tribus voluminibus, forma folii, cum figurarum scienter delineatarum apparatu, edendum Florentiae susceperunt Bandinius et Passerius: vide Acta Erud. 1758. p. 288. Ceterum duo fuerunt diptychorum genera *consularia* et *ecclesiastica*. In ecclesia graeca triplicem diptychorum formam observatam sibi testatur Allatius III. 15. de consensu p. 1184. sqq. 1) Episcoporum, 2) virorum bene merentium vel dignitate conspicuorum, 3) eorum qui in fide obdormierunt. Consularia diptycha speciem tabulae eburneae duplicis referebant, ita vel fibulis vel vneis a superiori aut inferiori parte aptae et nexae, vt aperiri et claudi

claudi facile possent, eaque anaglyphicis et pro illorum temporum ingenio haud plane rudibus variarum rerum iconibus ornata, quum Orientis tum Occidentis Consules sub auspicia muneris sui et familiaribus et aliarum regionum longissime disiunctarum proceribus dono mittere solebant. Vide Saxium ad Diptychon magni Consulis pag. 5. Consularia haec diptycha vel sine titulo vel litterata supersunt. Eorum, quae litteris notata sunt, praeter laudatum Hagenbuchium, qui tamen ἀφόνων rationem non habuit, breuiter recenset Leichius de Diptychis veterum. p. II. et III. Et ἀφόνων atque litterata, et consularia atque ciuilia, neglectis tamen siue sacris siue ex utroque mixtis ordine chronologico recenset Saxius lib. cit. pag. 8. sqq. De Pinacothecis et imaginibus virorum doctorum quibus Bibliothecae exornatae, Io. Henr. Meibomius ad Vogleri introduct. in Historiam litterariam p. 163. sq. Bartholinus de legendis libris diff. 2. p. 64. sq. Fogelius de statuis c. 24. Ioan. Ern. Imm. Walchius in Cicerone Herculanensi Vol. 1. Actor. societ. lat. Ienens. p. 126. sqq. Io. Dav. Schreber peculiari dissert. de imaginibus virorum Bibliothecarum ornamento Lips. 1692. Christoph. Gothofr. Barthius diff. de imaginibus veterum in bibliothecis vel alibi positis, Halae 1702. et Io. Paullus Reinhardus in den Erlangischen gelehrten Anmerkungen und Nachrichten auf das Jahr 1747. N. X. et XI. De Bibliothecis veterum pauca quaedam Rabanus lib. V. de Vniuerso c. 4. T. 1. p. 95. b. ex Isidori VI. 3. origin. Plura Iusti Lipsii libellus et seorsim et inter opera eius saepius editus, Lipsio autem longe diligentius disputauit Siluester Lürsenius libro de templo et bibliotheca Apollinis Palatini, eique subiecta disputatione de bibliothecis veterum maxime Romanorum, Franekeræ 1719. 8. Lipsii liber occurrit etiam in collectione Io. Ioachimi Maderi, qui varios de Bibliothecis et re Bibliothecaria Scriptores congeffit, praemissa praefatione de Scriptis et Bibliothecis antediluuianis, incerta fide iactatis, Helmst. 1666. 4. Nouissime Maderi collectionem recudifecit, et Herm. Conringii Epistolam siue librum de Bibliotheca Augusta Guelpherbytana, quo etiam de veterum re Bibliothecaria differitur, tum Naudaei, Spizelii et aliorum 7 de Bibliothecis scripta adiunxit, pluresque alios scriptores de hoc argumento duobus voluminibus iunctim edidit, Rev. Ioannes Andreas Schmidius, Theologus Helmstadiensis, plus simplici vice iam nobis laudatus, cuius etiam diatriba de bibliothecis eremitarum veterum exstat, Helmst. 1714. Rudolphi Capelli, τοῦ μακαρίτου Syntagma lectionum Bibliothecariarum memorabilium Hamburgi 1682. 12. vulgatum itidem varia non ad recentem tantum, sed et veterem rem Bibliothecariam facientia collegit, quod facit etiam Dan. Guil. Mollerus diff. de Bibliotheca, Altdorf. 1700. 4. Vide

⁷ Vide Acta Eruditor. A. 1704. p. 209. sqq.

et Praefationem ad reliquias Bodleianas, Acta Erud. 1704. p. 301. sq. et Georgii Engelbrechti diff. de iure Bibliothecarum, Helmst. 1702. Io. Langii Epistolae Medic. II. 3. Hospinianum de templis fol. 100. sq. Pompeium Sarnelli c. 42. antiquae Basilicographiae. Christiani Falsteri quaestiones Romanas lib. 2. c. 1. Paullum Mariam Terzagium in museo Septaliano p. 151. sqq. vbi celebriores bibliothecas veteres ac nouas recenset, sigillatim de Vaticana videndus p. 161. et de Ambrosiana p. 164. quam A. 1664. scripsit constare codicibus manuscriptis 12000, impressis 46000. Io. Lomeieri librum de bibliothecis. Trai. ad Rhen. 1669. et 1680. 8. Bibliothecarum graecarum recensitionem Bernhardus Montfaucon suae palaeographiae graecae praemisit. De bibliotheca *Alexandrina* confer Ant. van Dale in dissertatione super Aristaea de LXX. interpretibus, Amstelod. 1705. 4. cap. 2. sqq. Humphred. Prideaux in connex. V. et N. T. P. II. lib. 1. p. 16. sq. 75. et 88. edit. Berolin. et ex eo Bibliothec. Anglic. T. 3. p. 502. sqq. Georg. Greenii dissert. de Ptolemaeo Philadelpho, Aegyptiorum Rege, Witeb. 1676. et Petri Nicolai Bonamy dissertationem insertam memoriis academiae Inscriptionum Tomo XIII. p. 615. sqq. edit. Amstelod. Bibliothecarios Bibliothecae Alexandrinae ⁸ recensent Ionsius de Scriptoribus Historiae Philosophicae p. 101. et I. F. Gronouius in supra laudata diatriba de Museo Alexandrino. De bibliothecis Romanorum Erh. Reuschius dissertationem edidit Helmstadii 1734. De Asinii Pollionis bibliotheca Romae publicata vide Io. Henr. Felsii orationem Ienae 1753. De M. Tullii Ciceronis bibliothecis Ioan. Matthaei Vnoldi commentat. ibid. eod. De bibliothecis Byzantinis generatim confer Banduri imperium Orientale Tomo 1. p. 385. sq. Sigillatim de bibliotheca in templo S. Sophiae CPoli Bibliothec. Anglic. T. 3. p. 502. sqq. De antiquissima osymanduae agit Diodorus Siculus: adde Cellarii programma XL. p. 281. sqq. De bibliotheca Budensi Naldus Naldius in epistola de laudibus Augustae bibliothecae ad Matthiam Coruinum, Pannoniae Regem, quam exhibent Petrus Ienichius Tomo III. meletematum Thorunen- sium p. 97. et Matth. Belius in notitia Hungariae nouae Tomo III. p. 589. sqq. Io. Guil. Bergerus in Eloquencia publica, Witebergae 1750. 4. p. 348. sq. et Paulus Faber in commentatione de augusta Budensi bibliotheca, Witeb. 1756. De bibliotheca Caroli M. Imperatoris exstat dissertatio Ioan. Dav. Koeleri, Altorfii 1727. De fortuna bibliothecae D. Augustini in excidio Hipponensi dissertatio Io. Martini Chladenii Lipsiae 1742. De transpositione bibliothecarum memorabili Rud. Antonii Fabricii dissertatio prodiit Helmstadii 1724. De

⁸ Ptolemaeus Philadelphus decem myriadas librorum collegit Alexandriae teste Syncell. p. 271. 273. His Pergami Bibliothecas addi voluit Antonius, Cleopatraeque destinavit, in quibus 200000. βιβλίων ἀπλῶν. Plutarch. p. 943. in Antonio.

De bibliothecarum apud veteres praefectis videatur Caroli Guilielmi Schumacheri diatribe, Ienae 1758. De bibliothecariis veteris Romae Falsterus lib. 2. quaestion. Rom. cap. 2. De bibliothecariis recentioribus Vaticanis consulendus Io. Ciampinus. De Bibliothecae Caesareae praefectis (sunt enim, qui Bibliothecarii nomen tanquam non satis latinum refugiunt, vt Vossius et alii) Petrus Lambecius lib. 1. Comm. de Bibl. Vindobonensi.

IX. De studiis veterum et omni genere elegantioris eruditionis apud veteres cultae, eruditus exstat liber Io. Wowerani, Hamburgensis, (fuit enim et alter hoc nomine Antwerpiensis) qui inscribitur *de Polymathia*, et primum lucem vidit Hamburgi 1604. 4. Postea adiunctis argumentis ac indicibus elogioque Woweriano, cura Iac. Thomasii, Lipsiae 1665. 8. Ex Thomasii editione recusatus est tom. 8. thes. Antiqu. Graecar. Inter alia falsos esse et iniuriam Wowerano facere, qui tractationem de polymathia *Isaaco Casaubono* per plagium surreptam dicere ausi sunt, idem Thomasius ostendit, quanquam verissimum est Casaubonum quoque de eodem argumento opus molitum fuisse, sed ex aliis Wowerii scriptis patet non opus ipsi fuisse, vt aliena scrinia expilaret, cui diligentia sua et ingenio satis, quod scriberet, suppetebat domi. De Encyclopaedia veterum exponit etiam *Martinus Nicolai* in dissert. de veterum vestitu, choris, epistolis, scriptis et praecipue paedia *ἐγκυκλίω*, Kilonii 1668. 4. Chr. Bergius in dissert. de encyclopaedia veterum, Ienae 1666. Io. Crausius in dissert. de artibus liberalibus siue polymathia veterum, Ienae 1670. De arte critica veterum Romanorum elegantem librum Io. Ern. Imm. Walchius edidit Ienae. 1757. 8. De antiquitatibus rei litterariae veterum Romanorum, commentaturum se diligentius promisit V. C. Io. *Georgius Walchius* in diatriba de dedicationibus librorum veterum Latinorum, Epistolis Christophori Cellarii *τοῦ μακαρίτου* praemissa, qua insigne eius operis specimen edidit. Quod vero consilium vt abiiceret, grauioribus deinde negotiis coactus est. De initiis eruditionis apud Romanos Io. Georg. Frickius elegantem dissertationem edidit, Altorfii 1728. De studiis liberalibus vrbs Romae et CPOleos legi meretur Hermannii Conringii dissertatio, Helmstadii 1674. 4. edita, et tum in thesauro Sallengriano Tomo III. p. 1193. tum in Conringii operibus iunctim editis T. VI. p. 1. recusa: cui adde Aldi Manutii epistolam de artibus liberalibus veterum Romanorum, in eius Quaesitis per epistolam, et tomo VI. thesauri Gronouiani, et Conradi Buddei dissertationem de studiis liberalibus apud veteres Romanos, Ienae 1700. Christoph Cellarii dissert. de studiis Romanorum litterariis in vrbe et prouinciis, pag 341. eius dissertationum academicar. et Tomo III. thesauri Sallengriani p. 1233. De variis modis litteras colendi apud veteres Romanos confer Io. Georg. Walchii Parerga acade-

academica p. 51. qui ibid. p. 161. sqq. etiam de amoenitatibus historicis ex Ciceronis peregrinatione collectis differit. De ratione Romanorum litteras docendi exstat oratio Georg. Steph. Wiefandi Ienae 1755. De secessibus veterum Reimannus systemat. antiquit. litter. p. 106. et 496. vbi de secessibus literatis Ciceronis, Maecenatis, Catulli, Virgilii, Horatii etc. ex Kircheri Latio. Georg. Greenius de rusticatione veterum Romanorum, Lipsiae 1677. 12. et tomo 1. thesauri Sallengriani p. 690. sq. et Christoph. Godofr. Barthius in dissert. de secessibus veterum ad mentem sententiamque C. Plinii Secundi, Hae-lae 1701. De more veterum studio litterarum iungendi artem mutam vel opificium vide Christiani Wilhelmi Lyseri dissertationem, Witeb. 1696. 4.

X. De prima scribendi origine et omni antiquitate litteraria non inelegans tractatus *Herm. Hugonis*, Iesuitae, lucem vidit Antwerp. 1617. 8. quem recudendum curavit, eidemque notas, opusculum de scribis, apologiam pro Waechtlero, praefationem et indices adiecit Christ. Henr. Trotz. Traiecti ad Rhen. 1738. 8. Hugoni iungatur *Io. Nic. Funccii*, V. C. commentatio de scriptura veterum, Marpurgi et Rintelii 1743. 8. *Petrus Holmius* in accurata disquisitione de scriptura et variis rationibus siue ad dextram siue ad sinistram siue desuper vel quocunque alio modo scribendi, publicata Lund. Scand. 1670. 8. et recusa in *Analectis Philologicis* Tho. Crenii cura editis in Belgio 1699. 8. *Balthas. Frid. Salzmanni*, Argentoratensis, dissertationes quinque cum cura elaboratae, quarum prima lucem vidit Lipsiae 1667. 4. quinta de scriptione Sinensium ibid. 1670. *Michaelis Waltheri* oratio de arte scriptoria ad calcem eius dissert. de animae immortalitate, Witeb. 1657. 4. *Floriani Klepperbein* historia artis scriptoriae, Witeb. 1683. *Sebastiani Franci* dissertatio epistolica ad *Seuerinum Pedanium* de illa historia 1683. *Ioan. Adolphi Luut* dissertationes binae de palaeographia, quarum prior Praefide Nic. Celsio, secunda Fab. Toernero habita est, Vpsaliae 1724. et 1725. 8. *Georg. Christ. Hallbaueri* positiones de scriptura, eius origine, natura et variis modis, praecipue per litteras ex aere fusas, Ienae 1739. *Io. Vdalrici Tresenreuteri* programmata duo de fictis argumentis, quibus artem scribendi ante diluuium inuentam fuisse, nonnulli voluerunt probare, quae exstant pag. 211. et 222. eius *Opusculorum: eiusdem* programma, quo, artem scribendi ante diluuium fuisse inuentam, probabiliter defenditur, ibid. pag. 230. *Nicolai Frereti* obseruationes de artis scribendi principiis generalioribus, et sigillatim de Sinensium artis scribendi fundamento, Tomo nono memoriarum academiae inscriptionum p. 328. sqq. *Bourgueti* Lettres curieuses sur l'origine de l'écriture laudat Leibnitius *Epist. a Kortholto* editarum vol. 1. p. 398. *Roberti Mori* Essay of the first Invention of Writing citatur volumine secundo bibliothecae Harleianae pag. 960.

De ratione scribendi Augusto vſitata *Crenius* Analector. p. 179. ſq. *Stillingfleetus* Origin. ſacr. lib. 1. c. 1. §. 19. exſtimat, artem ſcribendi vetuſtate aequare mundi originem, eamque ab ipſo eſſe Adamo inuentam. *Henricus Winderus* in hiſtoria ortus et progreſſus doctrinae earum in primis rerum, quae ad religionem ſpectant vol. II. p. 30. cenſet, ſcribendi artem Moſi diuinitus fuiſſe reuelatam. *Wilhelmus Warburtonus* in diuina Moſis miſſione vol. II. p. 66. ſq. edit. ſecundae demonſtrauit, primam ſcribendi originem fuiſſe, vt rerum ipſarum figuras vel nude vel ſymbolice pingerent, quae figurae deinceps in ſimplices ductus et lineas degenerarint, quo pacto de Aegyptiis, Sinenſibus, ceteris ſtatuendum ſit: ſeriuorem eſſe vſum litterarum non ad res ſed verba repraeſentanda. Hinc factum eſſe, vt *γράφειν*, itemque *σημεία*, *σήματα* de pictura ac litterarum ſcriptura dicantur. *Eberhardus Henr. Dan. Stofchius* in diſſertatione de reuelatione Diuina ante Moſen ſcripto conſignata, Francof. ad Oderam 1752. §. VIII. p. 16. putat, characterum quorundam, quibus mentis ſenſa exprimerentur, quales illi demum fuerint, vſum ſtatim poſt diluuium inter homines viguiſſe. Quin immo probabiles non deeſſe rationes, quibus pulcherrimae artis vſus vel ſaltem prima eius rudimenta ſaeculis diluuium antegreſſis vindicari poſſint.

De charta et papyro veterum videndi *Plinius* lib. 13. c. 11. et ibi *Harduinus*. *Iſidorus* Lib. VI. Orig. c. 9. *Cassiodorus* lib. XI. Variarum Epist. 38. *Matthiolus* ad *Dioſcoridem* lib. 1. c. 98. *Melchior Guilandinus* Venetiis 1572. 4. et Ambergae 1613. 8. in Aegypto ipſe, vbi papyrum examinavit, verſatus. *Iosephus Scaliger* contra *Guilandinum* 9 de papyro. *Io. Mabillonius* in opere de re diplomatica lib. 1. cap. 8. *Montfauconus* in *Palaeographia Graeca* p. 13. ſq. ſupplement. antiquitatis explicatae T. 3. p. 199. ſqq. et memoriarum *Academiae inſcriptionum* T. IX. pag. 302. ſqq. edit. Amſtelod. *Scipio Maffei* hiſtoriae diplomaticae pag. 57. ſqq. *Franciſcus Maria Nigrifolius*, Medicus *Ferriensis*, in diſſert. de charta eiusque vſu apud veteres, quae inſerta legitur *Muſeo Mineruae Venetae* Tomo 3. p. 249. ſqq. *Guido Pancirollus* rerum deperditar. tit. 13. *Claudius Salmaſius* in notis ad *Vopiſcum* et *Solinum*. Liber gallicus: *Varietés hiſtoriques, phyſiques et litteraires*, Parisiis 1752. Tomo primo. *Chr. Lindneri* diſſertatio de charta, Lipſiae 1647. *Sebaſtiani Kirchmaieri* de papyro veterum, Witeb. 1666. quae tota ſere ex *Guilandino* exſcripta eſt. *Io. Georg. Vngeri* de papyro frutice, Lipſiae 1731. *A. G. Boucher d'Archis* in *Mercurio Gallico* A. 1737. menſe Septembri p. 1082. ſqq. et *Leo Allatius* pag. 91. ad antiquitates *Hetruſcas*, vbi inter alia docet, mangonem qui
anti-

antiquitates illas supposuit, inepte eas commisisse chartae A. C. 1450. a Ioanne Brugensi ex linteis contritis, ¹⁰ ex ramis veterum pannorum, vt loquitur Petrus Venerabilis, quod longe recentius inuentum et Germanorum quidem, vt notat Scaliger in Scaligeranis secundis pag. 7. Adde Io. Petr. a Ludewig in den gelehrten Anzeigen, Halae 1744. 4. p. 270. sqq. Praecipue vero ridiculum esse, quod in vna charta artificis chartarii insignia relicta erant, quibus charta et eius confectae tempus internosci potuit. De illis insignibus, atque vtsaepe numero horum ope fraudes detectae fuerint, pluribus disputat Allatius p. 136. De *papyro planta* praeter Vngerum laudatum Prosper Alpinus de plantis Aegypti p. 43. Kaempferus amoenit. exotic. p. 471. sqq. et appendice ad Iaponiam p. 22. sqq. Ephemerides eruditorum 1730. mense Iun. p. 199. sqq. Memoriae Treuoltinae 1732. p. 817. sqq. Quod veteres in cortice fagi scriberent (auf Buchrinden) hinc Olaus Rudbekkius pater in Atlantica sua obseruat libros hodieque Germanis vocari Bücher, sicuti ex simili ratione dicuntur *libri, codices, folia, philyrae*. Varia alia, in quibus antiquitus scriptum fuit recenset praeter Allatium et Hermannum Hugonem in libris laudatis Alexander ab Alex. II. 30. et ibi Tiraquell. Bartholinus diff. 4. de legendis libris p. 90. sq. ac nouissime vir eruditissimus Bernardus Montfauconus in palaeographia Graeca lib. 1. Vide etiam Hiralti Epistolam insertam Memoriis Treuoltinis A. 1711. p. 1559. sq. vbi de bullis Pontificum scriptis in charta e cortice. Pars chartae tenuissima dicta *ina*, vt constat e Festo in ilia et exilis. De chartopoeia Iaponica ex corticibus arboris mori papyriferae *Carschy* ¹¹ dictae Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis p. 466. sqq. De charta incombustibili ex amiantho Wormius p. 350. musei. De charta asbestina Franc.

Ernestus

¹⁰ Linteus vsus ex cannabi recens admodum, nec ante saeculi XV. initium innotuit. Caroli VII. Galliae Regis coniux indusiis ex linteis duobus primum dicitur vsa fuisse. Vide Naudaeum p. 81. 82. Chartae tamen quae ex lino fiebat iam mentio apud Petrum Venerabilem in bibliotheca Cluniacensi, et illius vsus iam notus Eustathio, vbi artem chartas ex papyro conficiendi periisse notat ad Odysseae φ. Panni linei meminuit et ad candidationem eius commendat saponem copiosum Ambrosius Camaldulensis XIX. 12. Epist. p. 616. T. 3. collectionis Marteniana. Linea camisia et lineis femoralibus vsus esse Carolum M. notat Eginhardus c. 23. In Aegypto linyphiarum, linyphiones siue linteones, lintearii, linteatores, linteis texendis parandisque operam nauantes. Salmasius in Vopiscum pag. 455. *Ἀπὸς ὧλων* inscriptae litterae Plutarchus in Pyrrho T. 2. p. 434. ed. Oxon. In nouis litterariis Goettingensibus (gel. Anzeigen) A. 1758. p. 1112. haec ex Transactionibus philosophicis N. 50. vol. 1. Art. 30. excerpta leguntur: Auf der Brust eines Skelets, welches aus den Ruinen der verschütteten Stadt Herkulanum ausgegraben ist, hat man einige Stücke von sehr feinem Papier gefunden, das auf einer Seite roth, und auf der andern schwarz gewesen ist. Man urtheilet, daß es keine eigentliche so genannte charta papyracea sey, sondern ein von Seide oder Leinwand gemachtes Papier.

¹¹ Acta naturae curiosorum decade II. 6. p. 131.

Ernestus Bruckmannus in historia naturali lapidis τοῦ ἀσβέστου 1727. quam historiam in charta eiusmodi impressam typis bibliothecae Guelpherbytanæ intulit, vide N. L. L. 1727. p. 432. et S. R. Goettenii jetztlebendes gelehrtes Europa T. 1. p. 658. sq. Eduardi Lloydii epistola de genere papyri ex linteo incombustibili confecti inserta est diario gallico Bibliothéque raisonnée T. 38. parte 1. p. 42. sqq. De nouo inuento in Anglia vsitato chartam non ex ramis pannorum, sed ex carduis aliisque plantis conficiendi, vide Journal des Savans 1732. mense Septembri p. 56. De palimpsesto Leopardus lib. XIII. cap. 11. emendationum. Membranarum vsus diu ante Eumenis et Ptolemaei tempora vide Lampium ad Psalmum XLV. p. 86. De linteis libris siue mappis Al- latius libro iam memorato p. 25. sq. et 130. sq. idem p. 123. obseruat Sinen- sium chartam diuersam a papyro veterum et nostra charta ex linteo confecta. De Graecorum charta bombycina, idem p. 133. Videndus etiam Stephanus p. 99. sq. ad Saxonem Gram. et Pancirolli noua reperta lib. 2. tit. 13. De more in vestibis scribendi praeter Allatium p. 127. sq. differit Albertus Rubenius Lib. 2. electorum c. 1. De pugillaribus veterum Alex. Wildhelmus in Appen- dice ad diptychon Leodiense, et Io. Ern. Imm. Walchius in dissertatione epi- stolica ad Ant. Franc. Gorium de pugillaribus veterum, volumine quinto Actor. Soc. lat. Ienens. p. 107. sqq. qui etiam ibid. p. 180. sqq. de pugillaribus medi- aevi commentatur. De *albis* And. Schottus ad Prouerb. Vaticanæ appendicis I. 80. *Philothecarum* (Stammbücher) vsus non ante tempora beati Lutheri obti- nuisse contendit Michael Lilienthal, qui de illis videndus in selectis historicis et litterariis continuatis, Regiomonti 1719. 8. In iisdem selectis exstat Theoph. Sigfr. Bayeri dissertatio de elegantia manuum eruditarum, nec doctos semper male pingere. *Calami* loco antiquissimus vsus fuit *stilorum* siue graphiorum ex ferro, ossibus, vel alia materia, de quibus agunt Interpretes ad Iobi XIX. 24. Fesselius in aduersariis sacris tom. 1. p. 41. Huetius in Epistola ad Gisber- tum Cuperum, in Tilladeti collectione tom. 2. p. 226. 230. Florianus Klep- perbein in historia Artis scriptoriae Witeberg. 1683. Hugo de scribendi ori- gine c. IX. Mabillonius supplemento ad libr. de re diplomatica cap. XI. §. 8. Philippus Bonanni in museo Kircheriano p. 165. Moscardi Museum p. 425. Io. Clericus de stilis veterum et variis chartarum generibus, T. III. supple- ment. Poleni p. 1110. et viri docti ad illud Horatii L. 1. Sat. 10.

*Saepe stilum veritas iterum quae digna legi sint
Scripturus.*

Quibus verbis respicit ad figuram stilorum, qui ex altera parte acuti erant, et scriptioni inferuiebant, ab altera parte lati, et ad delendum vel emendan-

dum obducendumque scripta in cereis tabulis adhibebatur. Imagines duas stili ¹² veteribus vsitati habes in aes incisas apud Laurentium Pignorium lib. de Seruis p. 224. Alii stilorum loco vel iuncos siue *calamos* vel *pennas* auium vel denique vt etiamnum apud Sinenses receptum est, *penicillos* adhibuerunt ad scribendum. Confer Paullum Mariam Terzagium in Museo Septaliano pag. 128. De Chaumettii instrumento, cui calamus siue penna si inferatur momento circumactum reddet aptam ad scribendum vide historiam Academiae scientiarum A. 1715. p. 88. Inter Dauidis Clerici Orationes octaua, nona et decima eleganter persequuntur laudes et vsus pennae, atramenti et chartae, Amstelod. 1687. 8. In Ioan. Henr. Ackeri historia pennarum pennae D. Ioan. Franc. Buddei sacra Altenb. 1726. 8. curiosa quaedam de calamis pennisque eruditorum recentium in primis occurrunt.

Chartae loco apud antiquissimas gentes plumbeae tabulae vel etiam alia duriora metalla et lapides in vsu fuerunt, vt ad eundem Iobi locum XIX. 24. iam pridem annotatum est. Confer Allatium ad Antiquitates Hetruscas pag. 127. sq. et Laurentium Beyrling in Theatro Vitae Humanae tomo 7. sub titulo: *Scriptio*, vbi quamplurima alia de vniuerso hoc argumento collecta reperiuntur. Spectant etiam huc quae de columnis Sethi lapidea et lateritia, de columnis Mercurii, et Aegyptiorum obeliscis nota sunt ex Iosepho, Diodoro Siculo et aliis Scriptoribus, vnde patet antiquissimum vsus fuisse columnis lapideis res memorabiles tradendi: de quo more varia congescit Huetius in demonstratione Euangelica p. 93. sq. edit. Lipsiens. vbi praeclara inuenta, leges et alia eiusmodi, res quoque gestas insigniores posteris in columnis, faxis, parietibus et tabulis aeneis traditas notat, cui adde *Luc. Holstenium* ad vitam Pythagorae scriptam a Porphyrio p. 67. 68. *Hunfredum Prideausium* in limine notarum historicarum ad epochas marmoreas Arundelianas. *Herm. Hugonem* de prima scribendi origine cap. X. *Pet. Holmium* de Scriptione cap. 4. *Thomam Gatakerum* lib. 2. cinni aduersariorum cap. vltimo, et *Georg. Ludov. Oederum* de programmatis, siue edictis et inscriptionibus publicis Graecorum, Ienae 1717. 8. Laminas plumbeas, quibus inscriptum, videre licet in Bonanni museo Kircheriano p. 180. Idem p. 230. sq. agit de more scribendi in foliis arborum. De arte Trithemiana scribendi per ignem vide *Georg. Wallini* dissertationem, Vpsal. 1728. Siamensium charta ex cortice arboris *plioh ktoi*, Tunquinsium ex *cotone*, Sinensium ex cortice arundinis siue arboris *bambora* confecta est et facile a vermibus corroditur, vnde Bibliothecarum Codices subinde recentandi et describendi sunt, vt narrat *Lud. de Comitibus* in no-

¹² Stilis scriptoriis quandoque homines confossi atque obruncati, vt *Q. Antyllus* apud *Plutarchum* in *C. Grach*, p. 840. et recentiore aetate *Scotus Erigena*.

uis memoriis Sinensibus Gallice editis tomo 1. p. 261. sq. vbi de tota illorum scribendi et imprimendi libros ratione plura Lector obseruata reperiet. Malabares et alii populi vicini palmarum foliis varii generis pro charta vtuntur, quibus stilo ferreo eleganter et mira celeritate, quae volunt, valent inscribere, descriptaque transmissis, quibus cohaereant, per medium folium pertusum ligulis in volumina redigunt. Vide Hodoeporicum Ioan. Alberti de Mandelflo p. 101.

De *atramentis* cuiuscunque generis singulari opere agendum in se suscepit Petrus Maria Caneparius, Cremensis, Philosophus, Venetiis medicinam professus, quod lucem vidit Venetiis 1618. Londini 1660. et Roterodami 1718. 4. et quanquam propter quamplurimas obseruationes Physicis et Medicis non displicet, tamen antiquitatis cultoribus parum satisfacit, vnde infelicitate in hoc argumento versatum esse censet Leo Allatius in animaduersionibus ad Antiquitates Hetruscas p. 145. qui p. 143. sq. nostrum ex calcantho atramentum (de quo Caneparius p. 254. sq.) a veterum illo μέλανι καλλιγραφικῶν (vt vocatur in Hippiatricis p. 169.) diuersum fuisse probat. Vide de atramentis praeterea Vitruuium lib. 7. cap. 10. et sq. Plinium lib. 35. cap. 6. Cardanum c. 64. de rerum varietate et lib. 8. subtilitat. Politianum c. 40. Miscellan. vbi dubitat an ex sepiae liquore (quod tamen multi affirmant vide Lindebrog. ad Codicem Legum antiquar. pag. 1379. et Rondeletium XVII. 2. de piscibus) atramentum olim fieret. His adde denique Vossium lib. 4. de idolatr. c. 49. Salmas. de cruce p. 483. sq. Nicol. Lemerium in memoriis academiae inscription. 1707. p. 713. sqq. Io. Iac. Quandtii exerc. de atramento Hebraeorum, Regiomonti 1713. Atramentum chiniticum habes in Wormii museo pag. 376. et Septalii p. 63. sqq. De atramento sympathiae recenti inuento, Acta Eruditor. 1703. p. 217. De Christi sanguine in atramentum misso ad pondus addendum instrumentis excommunicationis haereticorum Mabillonius II. 21. 22. de re diplomatica, et Io. Andr. Schmidii dissertatio de litteris sanguine Christi firmatis, Helmstadii 1713. De *encausto* Imperatoribus olim sacro exstat dissertatio Ioan. Behmii, Argentor. 1715. Adde quae de illa κηροχύτω γραφῆ differunt Schwarzius diff. 1. de ornamentis librorum §. 7. et dissert. 2. §. 23. et Hadr. Stegerus comment. de purpura sacrae dignitatis insigni pag. 57. De variis liquoribus et coloribus atramenti loco adhibitis Montfauconus Palaeographiae lib. 1. c. 1. et Mabillonius lib. 1. c. 10. de re diplomatica. De variis generibus atramenti et rationibus illud parandi consulendus libellus Helmstadii 1732. 8. editus: Das aufs neue wohl zubereitete Dintensaß.

XI. De litterarum origine ¹³ Io. Georgius Wachterus, licet suppresso nomine, eleganter differit in Naturae et scripturae concordia; Commentatione de litteris ac numeris primaeuis, aliisque rebus memorabilibus cum ortu litterarum coniunctis, Hafniae 1752. 4. De litteris Hebraicis, Graecis, Latinis earumque inuentoribus egregia annotarunt Iosephus Scaliger ad Eusebium numero 1617. Salmasius ad inscriptionem Herodis Attici p. 230. sq. Lilius Gyraldus dialogo 1. de historia Poëtarum. Bernardus a Mallincrot in libro de litteris earumque origine et natura, Monasterii Westphal. 1639. 4. Meursius ad Hesychium illustrem p. 179. sq. Samuel Petitus lib. 2. observ. c. 1. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum et praestantia diss. secunda. Guilelmus Nicols in sex libris elegiaco scriptis carmine notisque illustrato de litteris inuentis, Lond. 1711. 8. Olaus Rudbeckius parte 1. Atlanticae c. 38. Bochartus lib. 1. Chanaan cap. 20. Tho. Munckerus ad Hyginum fab. 277. Io. Marshamus Canonis Chronici p. 123. sq. Iacobus Bouhierius auctor eruditae dissert. quae Clariss. Montfauconi Palaeographiae graecae subiicitur de priscis Graecorum ac Latinorum litteris. Auctor anonymus libri anglice sub hoc titulo Londini 1726. 8. editi: *An essay upon Litterature: or an Inquiry into the Antiquity and original of Letters.* Ioannes Baptista Bianchonus in libello ¹⁴ de antiquis litteris Hebraeorum et Graecorum, Bononiae 1748. 4. Eusebius Renaudotus de origine graecarum litterarum, Tomo secundo memoriar. Academiae inscriptionum pag. 34. et 318. Ioan. Swintonus in dissertatione de priscis Romanorum litteris, Oxoniae 1750. 4. Edw. Spelmannus in dissertatione volumini secundo versionis anglicanae Dionysii Halicarnassensis, Lond. 1759. 4. voluminibus quatuor editae adiecta. Andreas Norcopensis in dissertatione de prima litterarum origine, Vpsal. 1687. 8. Matth. Ioan. Reutze in dissertatione de primis litterarum natalibus, Hafniae 1717. 4. Leo quoque Allatius parauit librum de origine Graecarum litterarum, in quo earum antiquitatem et vsum et vt immutatae fuerint, explicauerat, vt ipse testatur lib. de patria Homeri pag. 88. De litteris ¹⁵ etruscis egerunt Ludov. Boarguetus in epistola de alphabeto etrusco inserta Tomo XVIII. bibliothecae Italicae pag. 1. sqq. et Tomo primo collectionis dissertationum academiae Cortoniensis pag. 1. sqq. et Anton. Franc. Gorius quum in museo Etrusco vol. I. p. 47. sqq. vol. II. pag. 401. sqq. tum in praefatione praemissa libro: *Difesa dell' Alphabeto degli antichi Toscani*, Florentiae 1742. 8. Ioannes Swinton in dissertatione de lingua Etru-

¹³ Huius specimen iam aliquod dederat Wachterus in A. E. 1743. p. 40.

¹⁴ Zuverlässige Nachrichten part. 119. pag. 818. vbi nonnulla contra hunc libellum monentur.

¹⁵ De recentissimis conatibus monumenta Etrusca explicandi Vir maxime Reuerendus nobisque amicissimus Christoph. Gerh. Suke elegantem commentationem edidit Lips. 1737. 4.

Etruriae regalis vernacula, Oxonii 1738. 4. Ad quam annotatiunculas Ioan. Georg. Wachterus Actis Eruditorum A. 1744. pag. 395. inferendas curauit. Britannicarum litterarum inuentor fuit Nemnius quidam, vide Bibliothec. Anglic. T. VII. p. 194. Versus, quos affert Petrus Crinitus XVII. 1. Ennodium auctorem habent:

*Moses primus Hebraicas exarauit litteras
Mente Phoenices sagaci condiderunt Atticas
Quas Latini scriptitamus edidit Nicostrata,
Abraham Syras et idem repperit Chaldaicas,
Isis arte non minore protulit Aegyptias
Gulfila promissit Getarum quas videmus ultimas.*

Ex gruum volatu figuras litterarum a Mercurio Trismegisto efformatas tradit Cassiodorus lib. 8. Variar. Ep. 12. alii hoc tribuunt Palamedi, vnde grues aues Palamedis dicuntur a Martiali lib. 13. Epigr. 75. De volatu litterato gruum videndus prae ceteris Iac. Gaffarellus in curiositatibus inauditis pag. 250. sq. meminit et Martialis lib. IX. Epigr. 14. laudans nomen Earini dignissimum, quod penna scribente grues ad sidera tollant. Idem Gaffarellus multus est in explicando Alphabeto superstizioso et inani, quod in coelo videre sibi visi sunt nugiuenduli nonnulli, de quo Kircherus tomo 2. Oedipi part. 2. p. 215. Alia Alphabeta commentitia Adami, Noachi, et Henochi refert atque explodit Tho. Bangius in coelo orientis Exercit. secunda de litteratura Patriarchali, vide sis quoque Rocham in Bibliotheca Vaticana p. 79. 82. 88. 91. sq. Kircherum 2. Oedipi Parte 1. pag. 105. In ordine alphabeti Hebraeos ac Phoenices sequuti sunt Graeci et Latini, vt post alios notant Hallenses Parte VI. Observ. cap. 4. Graeca Alphabeta per varias aetates diuersimode in MSS. exarata singulari tabella exhibuit Eduardus Bernhardus Ao. 1689. Oxonii, atque inde Ezech. Spanhemius de vsu et praestantia numismatum diff. 2. ed. Lond. Longe plurima ab eo tempore e MSS. produxit Montfauconus in eruditissimo Palaeographiae Graecae opere. Latina diuersarum aetatum habes apud Mabillonium in opere praeclaro de re diplomatica, et Papebrochium in propylaeo ad tommum 2. Actorum Sanctorum Aprilis. Variarum linguarum alphabeta et notas singulari studio collegit ac digessit Andreas Mullerus Greifenhagius, vna cum versionibus prope centum orationis Dominicae, et post eius fata publico dedit Seb. Godofr. Starkius *ὁ μακαρίτης*, Berolini 1703. 4. Notas varias et siglas Medicorum, Chymicorum, Astrologorum exhibet praeter Montfauconum Cangius ad calcem Glossarii Graeci. Alphabeta medii aevi exhibent Io. Iac. Scheuchzerus in specimine alphabeti ex diplomatibus et codicibus Turicensibus,

sibus, Tiguri 1730. fol. Dan. Eberh. Baringius in clavi diplomatica, Hanov. 1737. 4. Io. Ludolf. Waltherus in lexico diplomatico, Goettingae 1745. fol. voll. III. et Carpenterius in Alphabeto Tironiano, cuius supra p. 805. mentionem fecimus. Artis occulte scribendi siue *steganographiae* artisque occultas scripturas soluendi et legendi, siue *decifratoriae* praecepta dederunt Ioannes Trithemius in *Steganographia* siue arte per occultam scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi, Darmstadii 1621. 4. Gustauus Selenus (Augustus Dux Brunsvicensis) *Cryptomenytices et Cryptographiae* libris IX. Luneburgi 1624. fol. Wolfgangus Ernestus Heidel in *Steganographia* Ioan. Trithemii vindicata, referata et illustrata, Norimbergae 1721. 4. Ioan. Baptista Porta libris IV. de occultis litterarum notis, Montisbeligardi 1593. 8. Samuel Morlandus in a new method of Cryptography 1666. fol. Caspar Schottus in *schola steganographica*, Norimbergae 1680. 4. Ioannes Paullus Bonetus in tractatu de Cifris inserto libro eius, qui inscribitur: *Reduction de las Lettras y Arte para ensennar a ablar los mudos*, Madriti 1620. 4. pag. 280. sqq. Anton. Maria Cospus in libro ex italico gallice verso: *L'interpretation des Chiffres, augmentée et accommodée particulièrement à l'usage des langues Françoise et Espagnole par F. I. F. N. P. M.* Parisiis 1641. 8. Ludov. Henr. Hillerus in *mysterio artis steganographicae*, Vlmae 1682. 8. Io. Christoph. Wagenfeilius in *arcano steganographico*, quod exstat pag. 56. sqq. eiusdem exercitationum varii argumenti, Altorfii 1684. 4. Ioan. Balthasar Friderici in *Cryptographia* germanice edita Hamb. 1684. 4. Claudius Comiersius in *l'art d'ecrire et de parler occultement et sans soupçon*, Parisiis 1690. 12. Alexander Marcellus in noua *steganographia* imperceptibili, quae legitur in *Actis Eruditor.* 1729. p. 38. sq. vbi quoque pag. 255. I. G. G. H. M. P. epistola de noua hac *steganographia* exhibetur. Christ. Breithaupt in *arte dicifratoria*, Helmstadii 1737. 8. et Dav. Arnoldus Conradi in *Cryptographia* denudata, Lugd. Batav. 1739. 8. quae integrum Breithauptii libellum exhibet, cui suum nomen praefixit Arnoldus; vide Iusti Friderici Engelbrechti commentationem de arte decifratoria, eius origine, fatis, cultoribus, fundamento et hodierno vsu, Helmst. 1747. 4.

Cifrarum vsum et figuras non ab Arabibus primum repertas, sed a Graecis ad Arabes, ab his ad Indos, tum ad nos quoque peruenisse contendit H. Vossius p. 64. sq. ad Melam: et Boëthii iam aetate recepta fuisse haec numerorum signa ex antiquissimo eius codice ibidem demonstrat. Cui adde Io. Wallisii Epistolam de cifrarum in Anglia vsu circa annum Christi 1090. in *Transactionibus Philosophicis* Anno 1700. mense Septembri. Ex Graecis litteris formatas esse numerorum notas, facile ostendit Huetius in *demonstratione Euangelica*, quod de characteribus 7. Planetarum etiam verisimile esse et ex

Graecis

Graecis 7. vocalibus illos videri formatos, alibi demonstraui, licet alias rationes characterum illorum reddat Iof. Scaliger ad Manilium p. 640. edit. Argentorat, cui adde Salmafium ad Solin. p. 873. fq.

Praeter litteras vulgares, quibusdam gentibus etiam fuere *litterae sacrae* siue *hieroglyphicae*, vt de Aegyptiis vulgo constat, de quibus nota Clementis Alexandrini, Diodori Siculi et aliorum testimonia, et libri integri Horapolinis, Io. Pierii Valeriani, Nic. Cauffini, Michaëlis Maieri: Romeyri de Hooghe Hieroglyphica edita cura Arnoldi Heinr. Westerhouii, quae ex belgico germanice versa cum praefatione S. I. Baumgartenii prodierunt Amstelodami (Lipsiae) 1744. 4. Roberti Clayton liber, qui germanice versus sub titulo: *Vom Ursprung der Hieroglyphie und Mythologie der alten Henden*, Hanouerae 1754. 8. quibus addatur Shawius vol. 2. itiner. c. 5. p. 93. sqq. et Pocockius in descriptione orientis vol. 1. lib. 5. c. 4. p. 227. sqq. et Io. Henr. Schumacheri *Versuch, die dunkeln Geheimnisse in den Hieroglyphischen Denkbildern der Egyptier zu erklären*, Guelpherbyti 1754. 4. sed praecipue perspicui documenti loco sunt, obelisci hodieque superstites, atque litteris illis inscripti, et a Kirchero in *Obelisco Pamphilio et Oedipo Aegyptiaco* quanquam non vsquequaque feliciter explicati. Warburtonus in diuina Mosis legatione loco supra p. 957. citato ostendit, praecipue litterarum Hieroglyphicarum vsum ad res occultas feriozem esse illo, quo ad res memorabiles Regum posteritati mandandas aperte adhibitae sunt. Generatim quatuor scribendi genera facit apud Aegyptios, Hieroglyphicum, Symbolicum, Epistollicum et Hierogrammaticum, quorum duo priora figuris non verba, sed res, vel planius vel occultius repraesentarint. Tertium litteris verba aperte significarint lingua vulgari: quartum lingua a sacerdotibus inuenta pariter ac litteris nouae inuentionis huic linguae respondentibus occultam scientiam sacerdotum continuerit. De aliarum gentium characteribus, quos a profanis diuersos habuerunt, disputat Bochartus in *Geographia Sacra* lib. 2. Chanaan cap. 17. quod vero de Aethiopibus ibidem tradit, aliter videtur Iobo Ludolpho, *Historiae Aethiopicae* lib. IV. cap. 1. §. 23. Hebraeorum populo sanctiores fuisse litteras, quas vulgo dicimus Samariticas, nullo certo testimonio constat, quum numerum lubrica sit fides, et Pentateuchum Samariticum ex Hebraico nostro descriptum esse clarissimis argumentis docuerit Io. Henr. Hottingerus in *exercitationibus Samariticis*, cui adde sis Stephanum Morinum in *exercitationibus de lingua primaeua*, et Ioannem Buxtorfium de *litteris Samariticis aduersus Ludov. Capellum*. De *Lingua Sacra Aegyptiorum* agit quoque idem Bochartus in *Phaleg* pag. 156. Io. Clericus ad *Exod. XXVIII. 37.* et Iablonskius *Panth. Aegypt. passim*, et in *primis Prolegom. p. 130-135.* De lingua sacra Braminum me-

minit Io. Baptista Tauernierius parte 2. Itinerarii p. 171. et plerisque Indis quemadmodum etiam Siamensibus duplex est lingua, vna vulgaris et altera eruditorum, vt ex Louberio et aliis constat. Sinenses vero neque litteris vtuntur neque facile concipiunt, quomodo fieri possit, vt tam exiguo numero characterum quorum singuli nihil significant, exprimere atque scripto consignare possimus tot tamque diuersas animi nostri conceptiones et quaecunque ore eloqui valeamus. Itaque loco Alphabeti habent characteres seu figuras quamplurimas, quarum alii 80000. alii 54409. numerant, vide Ludouicum de Comitibus memoriarum Sinensium tomo 1. p. 255. et Nouellas Reipubl. Litterariae A. 1688. pag. 189. Quomodo Sinensium characteres differant ab Hieroglyphicis Aegyptiorum, disquirat Kircherus tom. 3. Oedipi p. 10. sq. idem characterem Zoographicum siue Hieroglyphicum Hermetis vt hariolatur cum Alphabeto Copto et litteris Graecis confert p. 35. sq. De litteris Brachmanum seu Gymnosophistarum idem Kircherus consulendus pag. 21. sq. De Mexicanorum p. 28. sq. de Peruuianis aliisque gentibus qui litterarum vsu destituuntur, eorumque loco nodos vel aliud eiusmodi abhibent, vide Ludolphi Neocori Biblioth. nouorum librorum Ao. 1699. p. 669. et Hallensium Observ. selectas tomo 1. p. 292. Germanis etiam veteribus litterarum ignorationem ex Taciti testimonio obiectam disquirat idem Neocorus p. 674. sq. quod tamen ad solum litterarum amatoriarum commercium restringit Vir Clariss. Andreas Ludouicus Koenigsmannus Exercitatione singulari Kiloniae edita de litterarum amatoriarum apud Germanos ignoratione. Vide et alteram eiusdem de origine litterarum apud Germanos. Contrarium euincere studet Heineccius in historia Iur. lib. 2. c. 1. §. 1. et Prooem. histor. Iuris §. 4.

XII. Typographiae¹⁶ artem a Germanis repertam esse praeter alios agnoscit Claudius Quilletus Gallus lib. IV. Callipaediae, hisce versibus:

*Quis nescit diri resonantia fulmina Martis
Germana fabricata manu? graphicasque typorum
Inventas Rheni famosa ad flumina formas,
Doctorum queis scripta virum pretiosaque Musis
Carmina venturos durant seruata per annos.*

Neque

¹⁶ Ioannes Tolandus in epistola ad Hugonem Wrottesleium notat inuenti huius suggestionem (si quis potuisset attendere) satis perspicue traditam a Cicerone lib. 2. de N. D. c. 25. vbi Epicureis mundum ex atomis fortuita concursione effectum sibi persuadentibus obicit, *hoc qui existimet fieri potuisse non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles vnus et viginti formae litterarum vel aureae vel qualeslibet, aliquo coniciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, vt deinceps legi possint, effici.*

Neque hanc gloriam Germanis inuident ex Italis Octavius Ferrarius, et Hieronymus Niger, atque Aonius Palearius, qui *typos pulcherrime adinuentos* Germanis tribuit Orat. 3. p. 94. ex Gallis Gabriel Naudaeus, in Historia Ludouici XI. c. 7. aut Mabillonius tom. 1. Musei Italici p. 64. quanquam Belgis Harlembusibus, inuentore *Laurentio Costero*¹⁷ vindicare malunt Boxhornius et P. Scriuerius, Bertiisque et in Historia Batauica c. 17. Adrianus Iunius. Ceterum inter Germanos ipsos hoc de inuento certant Argentinenses et Moguntini. Nam Moguntinis hunc honorem asserunt Ioan. Shiphower in chronico Oldenburgensi,¹⁸ Trithemius,¹⁹ Nicolaus Serrarius²⁰ et Ioan. Saubertus: tum Georgius Fridericus Magnus, de quo Tentzelius in dialogis vernaculis mensuris A. 1692. p. 683. ex Italis etiam Bernhardus Scardeonius, vt obseruatum Struuio p. 164. tom. 1. Bibl. Antiquae. Argentinensibus Adamus Schragius, Io. Henr. Boeclerus, Io. Schmidius, Io. Schilterus, Iacob. Wimphelingius, et Ioan. Dan. Schoepflinus quum in Programmate, quo typographiae A. 1440. inuentae festum saeculare indictum est, inserto eius commentationibus historicis et criticis pag. 557. tum in vindiciis²¹ typographicis, Argentorati 1760. 4. in quibus ostendit litteras mobiles *sculptas* a Ioan. Guttenbergio Argentorati, *fusas* Moguntiae a Fausto atque Schaeffero, socio Guttenbergio, esse inuentas. Inter primos vero fuerunt *Io. Guttenberg zum Jungen*,²²

V v 2

Ioan-

¹⁷ Costero forte non deneganda inuentio rudimentorum typographiae siue artis voces ligno incisas imprimendi: sed perfectio ipsa et quod in inuentione illa praecipuum est ars imprimendi litteris separatis plumbeis, quarum ad multos et varios libros excudendos vsus esse possit, Moguntinis vel Argentoratensibus debetur. Confer Io. Georgii Betulii siue Burchardi Epistolam ad amicum de relatione itineris D. Christiani Henrici Erndl. p. 65. sq. Sinensium typographia Costeri inuentioni similis, nihil fere cum Europea commune habet. Costeri Epitaphium apud Harlembenses legitur hoc: M. S. Viro Consulari LAVRENTIO COSTERO Harlembensi, alteri Cadino, et Artis Typographicae circa Annum Domini MCCCCXXX. inuentori primo, bene de litteris ac toto Orbe merenti, hanc Q. L. C. Q. statuam, quia aeream non habuit, pro monumento posuit Cuius gratiss. ADRIANVS ROMANVS, Typographus A. MDCXXX.

¹⁸ T. II. scriptorum rerum Germanicarum editorum a Meibomio p. 171. *Abgesonderte Bibliothek* VIII. 1. p. 668.

¹⁹ Dan. Maichelius de bibliothecis Parisiensibus pag. 10. sq. Io. Georg. Schellhornius *amoenitatum litter.* Tomo IV. pag. 301. edit. secundae.

²⁰ Lib. 1. rerum Moguntinarum c. 87.

²¹ *Hamburgische Anzeigen und Urtheile von gel. Sachen* 1760. p. 106. *Neuestes aus der anmuthigen Gelehrsamkeit* 1760. p. 5. ff.

²² Auctor Paralipomenon ad abbatis Vrlspergensis chronicon: *Ann o Domini MCCCCXLVI. Friderico III. Rom. Imp. regnante, magnum quoddam et paene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi a Ioanne Guttenberg, Argentoratensi, nouo scribendi genere reperto. Is enim primus artem impressoriam, quam latiniore excusoriam vocant, in vrbe Argentoratensi inuenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter compleuit.* Adde Io. Dav

Koeler

Ioannes Fust et *Io. Medinbach*, ²³ ciues Moguntini, et *Io. Mentelius*, ciuis Argentoratensis, qui in Europa libros typis exscriptos in lucem ediderunt circa annum 1450. ac deinceps. Nouissime paradoxon haectenus inauditum de Pamphilo Castaldo, Feltrinensi, typographiae primo inuentore, a quo artem illam didicerit Ioannes Faustus, vidi memorari in Ephemeridibus Parisiensibus Anni 1712. tom. 2. p. 470. De Guillemo Caxoduno qui primus typographiam artem Londini exercuit, adi si placet Io. Lelandum de scriptoribus Britanniae p. 423. et Biographiam britannicam p. 1223. sqq. In Gallia antiquissimi typographi fuere Vlricus Gering, Martinus Crantz et Michael Friburger circa Annum 1470. Graecis litteris primus impressit Parisiis Io. Gourmont. Romam haec ars perlata est a Conrado Sweinheim et Arnolde Pannarts circa A. 1465. Ceterum de vniuersa hac re et typographicae artis origine atque incrementis videndi Andr. Cheuillierius in Lib. Gallice edito et variis scitu iucundis rebus referto de origine typographiae Parisiensis, Paris. 1695. 4. Bernhardus a Mallincrot in tractat. de ortu et progressu artis typographicae, Colon. 1693. 4. Isaacus Bullart in Academia scientiar. Gallice edita tom. 2. p. 242. sq. (vbi sigillatim de Guttenbergio et Costero) Pauli Freheri theatrum viror. eruditorum p. 1424. sq. Io. Arnoldus Bergellanus in poëmate encomiastico de chalcographiae inuentione, quod integrum recudi curauit Tenzelius Bibl. select. A. 1704. p. 986. sq. Io. Langius II. 3. Epist. Medic. Georgius Paschius in inuentis nou-antiquis p. 330. sq. Io. Caillius in historia typographiae edita Gallice Parisiis 1689. 4. quanquam Vignolius Maruillius tom. 1. Miscell. p. 80. notat eundem non satis certam notitiam habuisse rerum plerarumque de quibus dicere instituit. Michaelis Maittaire annales ²⁴ typographici, quorum tomus primus prodiit Hagae Comitum 1719. 4. tomi secundi partes duae ib. 1722. tomus tertius ibid. 1725. tomus primus auctior, vel potius tomus IV. Amstelod. 1733. et tomus V. siue index in IV. tomos, Londini 1741. Antonius Orlandus in origine e progressi della Stampa, Bononiae 1722. 4. Samuelis Palmerii general history of Printing, Londini 1733. 4. Prosperi Marchand histoire de l'origine et des premiers progrès de l'Imprimerie, Hagae Comit. 1740. 4.

Ioan.

Koeleri hochverdiente und aus bewährten Urkunden wohlbeglaubte Ehrenrettung Johann Guttenbergs = wegen der ersten Erfindung der Buchdruckerkunst in der Stadt Mainz, Lipsiae 1741. 4.

²³ Vide iter secundum litterarium duorum monachor. Benedictinorum p. 223. Tenzelii dialogos A. 1698. p. 664 sq. et 739. Burch. Gothelf Struuii introduct. in Hist. litterar. c. 11. Chronicon der Stadt Frankfurt am Mayn p. 435. sq. Schelhornii amoenit. litter. T. 1. p. 283, 285. et Dan. Maichelium de biblioth. Paris. p. 70. sq.

²⁴ Qui supplementa ad Maittarii annales ediderunt recensentur a Baumgartenio P. VI. der Nachrichten von einer halsischen Bibliothek, p. 434. et in catalogo bibliothecae Bauuianae T. I. parte 1. p. 672. sq.

Ioan. Daud. Wertheri wahrhaftige Nachrichten der so alt: als berühmten Buchdruckerkunst, Francof. et Lipsiae 1721. 4. Frid. Christ. Lesseri typographia iubilans, oder kurzgefaßte Historie der Buchdruckerkunst, Lipsiae 1740. 8. Io. Christ. Wolfii, Collegae nobis coniunctissimi, monumenta typographica, in quibus XLIV. opuscula integra et trecenta circiter loca selecta variorum scriptorum de origine, praestantia et abusu artis typographicae continentur, Hamburgi 1740. Tomi II. 8. Christ. Gottl. Schwarzii primaria quaedam documenta de origine typographiae, quae tribus dissertationibus edita sunt Altorffii 1740. Ioan. Henr. Stussii commentatio de natalitiis artium speciatim artis typographicae, Gothae 1740. et in der Nachricht vom Buchdrucker Iubilaeo in Gotha, Gothae 1740. 8. Adami Henr. Lackmanni annal. typographic. selecta capita. His adde Guil. Ernestum Tentzelium in dialogis vernaculis Ait. 1692. 1695. et 1697. et in lib. singulari Germanice edito de inuentione Typographiae, qui recensetur in Actis Eruditor. 1700. p. 153. sq. Paullum Patrem in diss. de Germaniae miraculo typis litterarum, earumque differentiis, Lipsiae 1710. 4. Io. Herm. Fürstenau dissert. de initiis typographiae physiologicis, Rintelii 1740. Io. Georg. Schelhornii amoenitates litterarias tomo maxime primo et quarto. Casimiri Oudini dissertationem de primis artis typographicae inuentoribus ad calcem tomi tertii de scriptoribus ecclesiasticis p. 2742. sqq. Memorias litterarias Treuoltinas p. 1724. sq. A. 1712. Thomam Bartholinum diss. 4. de legendis libris p. 109. qui etiam p. 110. Bibliorum Latinorum Anno 1450. Coloniae editorum meminit a Io. Guttenbergio post excusum ab eodem A. 1442. doctrinale Alexandri et Petr. Hispani quosdam tractatus. Io. Henr. Leichii librum de origine et incrementis typographiae Lipsiensis, Lipsiae 1740. 4. Christ. Knauthii annales typographicos Lusatae superioris, Laubanae 1740. 4. Nicolai Catherinoti annales typographiques de Bourges, Biturigi 1683. 4. Conyers Middletoni dissertation concerning the Origin of Printing in England, Cantabrigiae 1735. 4. Iosephi Amesii antiquitates typographicas, seu historiam typographiae Anglicae et antiquorum Angliae typographorum, Londini 1749. 4. Historiam typographiae Oxoniensis a Ioan. Wallisio scriptam, quae prodiit cum Roberti Hookii postumis editis a Guil. Derhamo, Londini 1726. 8. Io. Daniel. Hoffmannum de typographiis earumque initiis et incrementis in regno Poloniae et magno ducatu Lithuaniae, Gedani 1740. 4. Fabiani Toernerii histor. artis typographicae in Suecia, Vpsal. 1722. 8. Ab eodem, cuius iam saepius mentionem fecimus, Io. Guttenbergio quem Wimpfelingii fide Argentinensem vocat, Moguntiae feliciter detectam typographiam affirmat Kircherus, in Propylaeo ad Oedipum Aegyptiacum cap. 2. Anno 1726. typographia etiam permixta est CPoli, vide Histoire

litteraire de l'Europe A. 1727. Febr. p. 167. sq. sed circumactis aliquot annis prohibita. Primus qui ex illa typographia prodiit liber fuit Lexicon arabico-turcicum, vide Bibliothecam italicam T. XI. p. 284. Quanquam vero Typographi artis suae iubilaeum Anno 1640, cuius acta ad manus mihi sunt, vulgata Lipsiae illo anno in 4. et iterum passim celebrauerunt Anno 1740.²⁵ atque adeo origo Chalcographicae artis vulgo refertur ad annum Christi 1440. tamen libros integros typis impressos ante A. 1450. vix ac ne vix quidem reperiri, a Tentzelio et aliis est annotatum, licet in tabulis sculpti alii fortasse ante illud tempus existent, vt *speculum humanae salutis*, de quo Dan. Maichelius de Bibliothec. Paris. p. 109. sq. Ecquis vero Liber primus typis aeneis exscriptus fuerit, disquirat Scaliger siue quisquis auctor confutationis fabulae Burdonum p. 258. sq. cui adde sis Rev. Benthemium in *Holländischen Kirchen-Staat* pag. 69. Ephemerides Parisienses Anni 1686. pag. 20. Catalogum Librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1500. impressorum texunt Phil. Labbeus in Bibliotheca noua MStorum, Io. Saubertus in Historia Bibliothecae Norimbergensis, Anton. Reiserus *ὁ μακαρίτης* in Catalogo MStorum Bibliothecae Augustanae, Suffridus ab Oosterwyck (de quo vide Voëtium parte 2. Politiae Ecclesiasticae p. 1130.) et his omnibus diligentius, quanquam etiamnum valde imperfecte Cornelius Beughem in incunabulis Typographiae editis Amstelod. 1688. 12. Ad quae supplementa edidit Berceau inserta I. Lironii Singularitez historiques et litteraires, Paris. 1740. 12. T. IV. p. 513. sqq. Maittarius item et Orlandus, paullo ante laudati. Catalogum editionum ab A. 1466. ad 1500. in bibliotheca Annaebergensi exstantium Chr. Gotthold Wilischius exhibet in arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 298. sqq. Edidit quoque Io. Lud. Bunemannus catalogum manuscriptorum membranaceorum et chartaceorum, item librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1500. et inde ad annum 1560. Mindae 1732. 8. Io. Ant. Saxii catalogus librorum, qui Mediolani editi fuere ab A. 1465. vsque ad A. 1500. chronologica serie digestus exstat post eiusdem historiam litterariam typographicam Mediolanensem p. 555. sqq. quae praemissa est tomo primo bibliothecae scriptorum Mediolanensium Philippi Argelati, Mediolani 1745. fol. Car. Chr. Hirschii librorum ab anno primo ad annum quinquagesimum saec. XVI. typis exscriptorum millenarii tres euulgati sunt Norimb. 1746-1749. 4. Varia post inuenta, quibus magis magisque exulta atque exornata fuit ars Typographica, recensentur in Nouellis Reipub. litterariae A. 1700. tomo 2. p. 152. sq. vbi inter alia p. 154. notatur, quod diuersis generibus litterarum vti, quarum *antiquas* alias, alias *currentes* vocant, typographorum filii, Aldus Manutius auus primus

²⁵ Vide supra p. 446.

primus docuerit. Confer si placet easdem Nouellas A. 1704. tomo I. p. 519. 520. et Molineti Historiam de fortuna litterarum Romanarum, de quo libro Ephemerides Paris. A. 1684. p. 29. fq. Mr. Cot Histoire generale de la fonderie des lettres et de l'Imprimerie. Mem. de Trevoux A. 1711. p. 1118. fq. Characteres typosque Musicos primus vsurpare docuit in Gallia Iacobus de Sanlecque, vt notat Vignolius Maruilius tomo I. Miscellaneor. p. 81. Opera Musica, quae noua ratione impressa prodierunt ex officina Breitkopfia recensentur in dem neuesten aus der annuthigen Gelehrsamkeit anni 1757. pag. 78. De officina typographica botanica Halensi vide Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern vol. IX. p. 187.

De Roberti Granzoni, Lugdunensis Typographi, inuentione *characteres scripturae calamo exaratae* typis aeneis imitari conantis, vide V. C. Gottlieb Cranzium in memorabilibus Bibliothecae Elifabethanae Vratislauenfis p. 73. Idem p. 27. agit de descriptione siue *incisione imaginum in tabulas ligneas*, Germanis tanquam inuentoribus adscribenda, et de *aeris* siue *cupri incisione* et *erosione*, quae non Andreae Mantegnae et Franc. Parmesanino, Italis, sed Germanis Mart. Schoenio et Alberto Durero debetur. Ars incidendi siue describendi aëre vel ligno circa idem ferme, quo typographia tempus coepit hominibus innotescere A. C. 1440. ²⁶ auctoribus Thema Finiguerra et Baccione Baldini, aurifabris Florentinis, de quibus sicuti et de progressu admirandi huius artificii ab Alberto Durero, Norimbergensi, qui A. C. 1528. obiit, vsque ad nostra tempora vide sis librum lectu dignum, cui titulus: *l'idée du peintre parfait*, qui prodiit Londini 1707. 12. et recusum est Amstelod. 1736. 12. cap. 27. p. 57. et alium librum gallicum: *Abregé historique de l'origine et des progres de la gravure et des estampes en bois et en taille douce* par Mr. le Maior, (Humbert.) Berolini 1752. 8. atque Fournierii, iunioris, dissertation sur l'origine et les progres de l'art de graver en bois, Paris. 1758. 8. Vide etiam memorias Treuoltinas post Iulium A. 1710. Philippi Baldinuccii ²⁷ cominciamento e progresso dell' arte dell' intagliare in rame, colle vite de' Maestri della stessa Professione, Florentiae 1686. 4. In bibliotheca Marchionis de S. Philippo p. 109. fq. volumina recensentur XXXI. folii maioris magnitudine iconum Biblicarum aere descriptarum variis auctoribus, quorum ibi nomina. Ab eodem redemptus atlas tabularum geographicarum voluminibus centum et tribus, quem collegerat vir nobilissimus Theodorus Boendermaker, Canonicus Traiectinus,

²⁶ Acta Eruditor. 1732. p. 61.

²⁷ Idem Baldinuccius etiam notitiam et vitas pictorum tradidit ab A. C. 1200. vsque ad annum 1610. Florentiae 1681. 1688. 1702. 4.

iectinus, post huius fata venditus A. 1722. Longe ampliorem eadem Marchionis bibliotheca copiam selectarum et pulcherrimarum tabularum aenearum copiam exhibet vsque ad p. 123. Neque minus amplam praestantissimarum tabularum aenearum copiam possedit Celeberrimus Io. Frid. Christius, Academiae Lipsiensis olim decus, quarum catalogus gallice euulgatus est Lipsiae 1757. 8. Artificium Io. Christ. Blonii, pictoris Londinensis, aere descripta variis exprimendi coloribus celebratur in ephemeridibus eruditorum Parisiensibus 1722. mense Iulio p. 46. sqq. memoriis Treuoltinis 1727. p. 965. sqq. Philosophicis transactionibus n. 419. et in epitome Tomo VI. 4. p. 30. sqq.

Praecipuos et celebriores *Typographos*, ex Hadriani Bailleti iudiciis eruditorum et Almelouenii vitis Stephanorum Alphabetico ordine pridem notavi ad calcem Bibliothecae Latinae, quibus addes Burch. Gothelf Struuii introductionem ad rem litterariam cap. 11. Mich. Maittaire historiam typographorum aliquot Parisiensium, Londini 1717. 8. Frider. Rothscolzeri icones bibliopolarum et typographorum de re publica litteraria bene meritorum ab incunabulis typographiae ad nostra vsque tempora, Norimb. 1726. Eiusdem thesaurum emblematum, id est, insignia bibliopolarum et typographorum ab incunabulis typographiae ad nostra vsque tempora, ibid. 1730. fol. Iudaeis CPoli et Thessalonicae concessam pridem typographiam, cuius vsus alioqui prohibitus in ditionibus Turcicis est, notat Io. Iacobus Schudt in Hist. Iudaica p. 452. sq. sed tantum restrictam ad libros Hebraicos excudendos, et a longo iam tempore deficientem. At gaudent typographiis Iudaei non tantum in Germania Francofurti ad Moenum, Dannhusae in Sueuia, Dyrenfurti in Silesia, in Polonia Craeouiae et Lublini, Praegae in Bohemia, in Belgio Amstelodami, sed et in Italia quoque Venetiis et alibi, vide Cheuillierium de origine Typographiae Parisiensis p. 264. sq. et Bartoloccium tom. 1. p. 432. et Io. Christ. Wolfii bibliothec. Hebraeam tom. II. p. 941. sqq. quid quod etiam priuilegia addunt et execrationes in libris impressis ne quis illos audeat recedere. Plusne mali an emolumenti Reipublicae litterariae attulerit ars typographica, disquirat Guil. Insulanus, in Statere Chalcographiae qua bona ipsius et mala simul appendantur et numerantur, Anno 1547. 8. Confer Boccalini centuriam primam relationum ex Parnasso, relatione 35. Religionem Medici p. 152. Rol. Maresii Epistolas pag. 353. et Io. Aug. Ernesti prolationem qua quaeritur, quibus litterarum disciplinis et quatenus chalcographia profit, Lips. 1740. Merito autem Nicolaus Beraldus, praefatione ad Plinium optat aliquo publico decreto inhiberi ac reprimi insolentissimam ignorantum impressorum audaciam, quibus hoc debemus, quod *pro unaquaque littera inuenimus plagam, pro syllaba crucem, pro libro tormentum.* Quanto praeclarius Aldus

Manutius qui in praefatione ad Platonem Graece a se editum Venetiis A. 1513. fol. quotiescunque, inquit, *vel mea vel eorum incuria qui mecum corrigendis libris incumbunt, aliquo in libro quamvis parvus error committitur, etsi opere in magno fas est obrepere somnum, (non enim unius diei labor hic noster sed multorum annorum, atque interim nec mora nec requies) sic tamen doleo, ut si possem mutarem singula errata numo aureo.* De aliis artibus atque opificiis studia promouentibus, vt *Bibliopolarum*,²⁸ *Bibliopogorum* etc. vide quae laudatus Tenzelius in dialogis vernaculis A. 1698. p. 603. sq. ex libro *Abbildung der gemeinen nützlichen Haupt-Stände*, Regensp. 1694. 4. De arte pictoria antiquorum libros tres scripsit *Franciscus Iunius* Francisci F. cuius praeclari operis editioni secundae subiectus Catalogus priscorum Architectorum, Mechanicorum, pictorum, statuariorum, caelatorum, tornatorum aliorumque artificum et operum quae fecerunt, Roterd. 1694. fol. Iunio addatur *Histoire de la peinture ancienne, extraite de l'histoire naturelle de Pline liv. XXXV. et éclairci par des Remarques nouvelles*, Londini 1725. fol. P. Monierii *histoire des arts, qui ont raport au dessein*, Paris. 1698. 8. Georgii Turnbullii opus praestantissimum anglice sub hoc indice editum: *Treatise on antient Painting, containing observations on the Rise, Progress and Decline of that Art amongst the Greeks and Romans*, Londini 1740. fol. Claudii Franc. Fraguierii *dissertatio de antiquitate artis pictoriae*, quae exstat Tomo 1. *histor. acad. inscriptionum* p. 91. sqq. Claudii Sallierii *commentatio de optica veterum pingendi ratione*, quae exstat tomo XI. *memoriae academiae inscriptionum* pag. 152. sqq. Petri Cinerii *introductio ad historiam artis delineatoriae*, quae legitur in eiusdem *dissertationibus litterariis*, Florentiis 1742. 8. pag. 333. sqq. Winckelmanni *Gedanken über die Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst*, Dresdae 1756. 8. Eiusdem *Erläuterung der Gedanken von der Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst*, *ibid.* eod. Haud pauca obseruatu digna occurrunt quoque in libro gallico: *Abregé de la Vie des plus fameux Peintres*, Parisiis 1745. et 1752. 4. Part. III. Voll. II. Monogrammata pictorum eleganter accurateque interpretatus est Io. Frid. Christianus in libro germanice edito: *Anzeige und Auslegung der Monogrammatum, einzelnen und verzogenen Anfangsbuchstaben der Namen, auch anderer Züge und Zeichen, unter welchen berühmte Mahler, Kupferstecher und andere dergleichen Künstler, auf ihren Werken sich verborgen haben*, Lipsiae 1747. 8. qui liber gallice versus auctusque prodiit Parisiis 1750. 8. Super priuilegiis

²⁸ Plura Bibliopolia fuisse Romae ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ testatur Galenus de libris propriis sub init.

giis pictorum librum singularem Georg. Theoph. Boernerus edidit Lipsiae 1751. 8.

XIII. Alia *inuenta* veterum et recentiorum exponunt Polydorus Virgilius singulari opere, cuius tres primum libri Argentorat. 1509. 4. deinde octo de rerum inuentoribus saepissime lucem adspexerunt. In prima quae in manibus mihi est editione nonnulla leguntur, quae deinceps ad monitum Indicum expurgatoriorum omissa vel immutata sunt. Praeter Polydorum hoc argumentum attigerunt M. Antonius Sabellicus, Alex. Sardus, Io. Matthaeus Lunensis, Io. Textor in officina: Praecipue vero commemorandi Guido Pancirollus libro de antiquis deperditis ²⁹ et recens inuentis cum Henr. Salmuthi commentario, et anglice ³⁰ recusus A. 1730. additis variis obseruationibus duobus voluminibus in octauo, sub titulo: *the history of many memorable things in use among the antients, but now lost*. Mich. Watson in theatro variarum rerum, Brem. 1663. 8. Secundus Lancellottus in suo *Hoggidi* Tom. 2. cap. vlt. p. 439. sqq. Vincentius Brunus in Teatro de gl' Inventori di tutte le Cose, Napoli 1603. fol. Theodorus Ianfonius ab Almelooueen in Inuentis nou-antiquis (quibus Medica potissimum attingit, vt Mich. Bernardus Valentinus in Medicina nou-antiqua, Archibaldus Pitcarnius in diss. quinta Medica, Io. Abraham Merklinus in feliciori quam nunc Medicina etc.) et in rerum inuentarum onomastico secundum litterarum ordinem digesto: Amst. 1684. 8. quod longe locupletius prodiit Germanice in parte 3. Operis cui titulus: *der eröffnete Ritterplatz*, Hamb. 1704. 12. Georgius Paschius in Inuentis nou-antiquis, Kilon. 1695. 8. cuius altera editio A. 1700. Lipsiae 4. longe locupletior est, Iosephus Blancanus Iesuita in opere de recentioribus inuentis. Io. Andr. Cnoblachius in dissertat. de scientiis quibusdam deperditis, Witeb. 1709. Anonymus in obseru. de scientiis quibusdam philosophicis deperditis, quae exstat in den *Hällischen* auserlesenen Anmerkungen parte III. p. 284. Ioachimus Negelein in Vlysse ³¹ litterario, siue oratione de singularibus et nouis quibusdam, Norimb. 1726. 8. Christoph. Weiglerus in oratione de palmariis saec. nostri inuentis, Altorfii 1679. Vincentius Auria in Sicilia inuentrice, Panormi 1704. 4. Dominic. Maria Mannius in commentario de Florentinis inuentis, Ferrariae 1731. 4. Ioan. Bernardin. Tafurius in lettera intorno ad alcuni Invenzioni

²⁹ Confer Perraltum, parallele des anciens et de modernes Tomo 1. pag. 54. sq. Deperdita illa non esse deperdita, sed debuisse a Pancirollo inferibi de rebus hodie in desuetudinem abeuntibus, siue de rebus antiquorum, quas posteritas intuitu meliorum aboleuit, antiquauit, correxit disputat *Olaus Borrichius*. T. 2. orat. 13. p. 101-127.

³⁰ Journal des Savans 1731. mensis Maio p. 134.

³¹ *Fränkische Acta* p. 210.

venzioni uscite dal regno di Napoli, inserta collectioni opusculor. scientific. et philologic. T. VI. p. 51. Elias de Amato in animaduersione in I. B. Tafurium de inuentoribus scientiarum et artium regni Neapolitani, quae exstat Tomo XXIV. eiusd. collect. p. 324. Bernardus Albinus in oratione ³² de incrementis et statu artis medicae saec. XVII. dicta Lugd. Batav. 1711. Dan. Nebelius in oratione de nouis huius saeculi inuentis botanicis, 1694. Ex veteribus idem argumentum tractauerunt Antiphanes, Aristodemus, Aristoteles, Cydippus Mantinensis, Dinias, Ephorus Cumanus, Philostephanus, Scammon Mitylenaeus, Simonides, Strato Peripateticus, et Theophrastus Eresius, vide Clementem Alexandrinum I. Stromatum p. 308. cuius verba repetit Eusebius X. 6. praeparat. et Strabonem lib. XIII. p. 622. vbi Ephori meminit, contra quem scripsit Strato, vt ex Indice Libri VII. Pliniani colligunt Ionsius et Harduinus. Ceterum horum omnium scripta iam pridem interciderunt. Ex iis qui exstant, videndus praeter Clementem Plinius VII. 56. Hist.

Pyxidem nauticam (vt vnum vel alterum tantum e praecipuis attingamus) Salomoni Regi innotuisse non dubitant, Leuinus Lemnius III. 4. de occultis naturae miraculis, Io. Pineda de rebus Salomonis IV. 15. p. 273. et Nic. Fullerus lib. IV. Misc. sacrorum cap. 19. quod refellit Bochartus in Chanaan lib. I. cap. 38. et Herm. Witsius in Dodecade dissertationum p. 109. sq. Vide et Martium Lipenium de nauigatione Salomonis Ophiritica cap. V. p. 394. sq. Georg. Hackewillium opere Anglice edito de prouidentia p. 323. sq. et Io. Baptistae Riccioli Geographiam reformatam p. 91. 473. sq. Neque Io. Friderico Herwarto ab Hohenburg facile quis assenserit, qui mensa Isiaca et multis aliis veterum Aegyptiorum aliorumque abstrusis figuris ac fabulis magnetem et eius virtutes notari contendit in admirandis ethnicae theologiae mysteriis vulgatis Monachii A. 1626. 4. Similiter falluntur qui *versoriam* Plauti ³³ *pyxidem nauticam* interpretantur, quos confutat Turnebus XX. 4. Aduersar. funem quo velum vertitur, illo vocabulo signari notans. Confer Bonifacium II. 26. Hist. ludicrae. *Pyxis* quoque cuius a ter mille annis vsus fuisse aiunt apud Sineses, non Magnetica et nautica sed fortilega est, vt Martinus Martinius in Epistolis annotauit. Illius iconem et explicationem vide in Museo Wormiano p. 372. sq. sed consule etiam Engelberti Kaempferi Iaponiam tab. VIII. qui apud Sinas et Iapones prius quam apud Europaeos *pyxidis nauticae* vsus innotuisse et frequentatum non dubitat. Sane ante A. C. 800. vsurpatam Sinesibus et a duodecimi saeculi initio iam declinationem acus magneticae illis ob-

X x 2

feruatam

³² Nouvelles de la republique des lettres 1710. mense Decembri p. 683.

³³ Mercatore V. 2, 34. *Huc secundus ventus nunc est, cape modo versoriam,*
Hic fauonius serenus est, illis auster imbricus.

seruatam esse notat P. Gaulil apud Stephanum Soucietum in ephemeridibus eruditis Parisiensibus A. 1732. mense Decemb. p. 446. sqq. Tamen aiunt Paulum Venetum pyxidem nauticam accepisse a Sinensibus, et circa A. 1240. in Italiam attulisse, sed Eusebius Renaudotus in notis ad vetera duo itinera in Indiam Chinamque negat a Chinenfibus vel Arabibus accepisse Europaeos vel hanc pyxidem vel typographiam vel puluerem pyrium, vide eundem pag. 287. sq. Alii hoc inuentum contendunt circa A. 1300. prolatum a Ioanne Goia³⁴ Amalphenfi, vel sub idem tempus a Flavio de Melphi Neapolitano siue *Melfio*³⁵ Campano, notusque versiculus: *Prima dedit nautis usum magnetis Amalphis.* Ferunt etiam Valcum Gamam³⁶ qui primus detexit promontorium bonae spei, incidisse in naues Barbarorum quibus acus magneticae vsus foret. Petrum Peregrinum Gallum³⁷ trecentis amplius abhinc annis primum de ea scripsisse refert Cabaeus, cuius libellum Garzonius se vidisse testatur antiqua membrana conscriptum in Bibl. Castellana Venetiis, quanquam eum postea Ioannes Taishner tanquam proprium euulgauit, vt Gilbertus Peregrinum e Rogeri Baconi scriptis suffuratum suspicatur. Athanasius quoque Kircherus in arte Magnetica lib. 1. c. 3. profert versus Guioti Poëtae Galli, qui circa initia saeculi XII. claruit, et acum magneticam notam sibi fuisse satis diserte declarat, et Gallis deberi pyxididis nauticae inuentionem Petrus Gassendus ad lib. X. Laertii, et abbas de Choisi T. VII. histor. Eccles. probant ex eo, quod lilii florem etiam hodie solent nautae in illa pingere, quo septentrionis punctum designetur. Confer Petri van Musschenbroek physicae experimentalis dissertationes, Lugd. Batav. 1729. 4. qui Ioan. Wallisium sequutus transact. philosoph. n. 278. ait esse probabile aliquem casu primum inuenisse magnetis impositi cymbulae, natanti in aqua, alterum polum constanter dirigi boream versus, alterum austrum versus: deinde ferrum magneti affricatum in simili cymbula agi eadem directione: postea ferrum auctae impositum fuisse pinnae, vt liberius citiusque moueretur: deinde deliberatum fuisse an posset inferuire nautis. Abundius Collina in comment. de inuentore acus magneticae, quae

exstat

³⁴ Voss. de scientiis Mathematic. p. 280. et Gregorius Grimaldus in Saggio dell' Accademia di Cortona T. III. p. 195. sqq. Ex parte quoque Ioan. Chrysofom. Trombellius in commentar. Bonon. T. III. parte 3. p. 333. sqq. existimans a Sinensibus pyxidem nauticam accepisse Venetum quendam, eamque deinde a ciue quondam Amalphitano ad maiorem perfectionis gradum esse perductam. Trombellii commentatio germanice versa inserta est parti secundae des *allgemeinen Magazins der Natur, Kunst und Wissenschaften* pag. 47. sqq.

³⁵ Gyraldus lib. de nauigiis c. 1. Dapper Americae p. 9. Petrus Bellonius lib. II. Observ. cap. 16.

³⁶ Vossius libro laudato pag. 459. G. Paschius inuent. nou-antiqu. p. 772.

³⁷ Sam. Parkerus lib. de Deo p. 127.

exstat T. II. comment. Bononiens. parte 2. p. 372. et germanice versa inserta est eidem armario vniuersali parte 3. p. 140. pyxidem nauticam putat a Phoenicibus inuentam, ab iis deinde ad Graecos et Romanos peruenisse, tum irruptione Gothorum Longobardorumque per aliquod tempus deperditam, tandem vero iterum detectam esse. Neque omittendum quod illius vsus etiam in terrestri itinere ad sepulchrum Muhamedis memorat Laonicus Chalcondylas de rebus Turcicis lib. 3. *camelos, inquit, conscendunt utentes signis, quae viam commonstrent, magnetis demonstrationibus*: sicut veteres ad siderum cursum etiam terrestria direxerunt itinera, vt ex Curtii VII. 14. Silii lib. 3. extrem. Lucano IX. 494. Plinio IV. 5. H. N. notarunt viri docti.

Missiles ignes facesque et glandes in obsessos iaciendi antiquus mos, vt constat ex Taciti II. 21. et IV. 23. Hist. Suida in *σκυταλίδες*, Dione lib. 48. p. 386. C. (563. R.) lib. 50. p. 437. C. (624.) 440. (628) Appiano Ciuil. 4. p. 656. Caesare de bello Gallico V. 43. VIII. 42. et de bello ciuili II. 11. Adde Ezech. Spanhemium ad orationem primam Iuliani pag. 193. Ac mira sunt quae de fictilibus vasis³⁸ Persarum, oleo certo ex animali Indico plenis atque in vrbes proiectis vel ad portas allisis et inextinguibile incendium facientibus narrant e Ctesia Aelianus V. 3. de animalibus, Philostratus III. 1. et Photius Cod. 72. p. 92. Etiam automati ignis descriptio quae proxime accedit ad praeparationem *pulueris* nostri *pyrii* exstat in Iulii Africani cests cap. 44. pag. 303. quem locum emendatius Graece produxit If. Vossius p. 87. Var. Observationum. Etiam machinas eiusmodi ex quibus ignem iacularentur qualia sunt *tormenta* nostra *bellica* et *bombardae*, veteribus notas fuisse, non absurde colligas. Nam vt Salmoneum flammam Iouis et sonitum imitatum Olympi iam omittamus, Ioannes Antiochenus in excerptis Peirescii p. 805. et Dio in Caligula p. 662. (934.) *ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τῶς ἀντεβρόντα καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε*. Philostratus de Indorum sapientibus lib. II. cap. 33. vitae Apollonii, narrat eos si ab hostibus inuaderentur non prodiisse in aciem sed *πρηστῆρας* et *βρονταῖς* in illos veluti de coelo immisisse, et III. 13. narrat Panas Baccho et Hercule duce in illos impetum facere voluisse, sed *ἐμβροντεθέντας ὑπὸ τῶν σοφῶν* concidisse, petrisque impressa irriti conatus sui vestigia reliquisse. Similiter Themistius orat. 27. p. 337. de Brachmanibus: *ἐν προσήσονται σε ἄνω πρὸς ἑαυτοὺς ἀλλὰ καταστράψουσι καὶ καταβροντήσουσι*. Et de Anthemio Agathias lib. V. p. 146. *κατέστραψεγε αὐτοῦ* (Zenonis Rhetoris, vicini sui) *καὶ κατεβρόντησε τὸ δαμάτιον*. Hinc et Thomas Hyde in Historia Schachiludii p. 175. sq. non dubitat Indis ante plurima saecula per-

³⁸ Gedeonis lagenas cum lampadibus, Iudicum VII. 16. 20. de igne eiusmodi intelligit Rogerus Baco. Vide Olaus Borrichium de origine Chemiae p. 126.

spēctam fuisse pulueris pyrii et tormentorum ignes iaculantium rationem, ab Indis eam accepisse Chineses. Vide et quae de Indorum Bontaniensium tormentis et nitrato puluere Tauernierius tomo 2. itineris pag. 181. 183. edit. Germanicae in fol. A Chinesibus accepisse Saracenos, qui etiam illo postea in bello aduersus Constantinum oppugnantes CPolin A. C. 672. vsi sunt, vt refert Theophanes: et CPolitani aduersus Saracenos A. C. 718. atque iterum Saraceni aduersus Ludouicum Sanctum Galliae Regum vsi sunt, Ionuillio oculato teste: a Saracenis profugum Callinicum imperante Constantino Pogonato vsus eius circa A. C. 655. primum monstrasse Christianis, vir doctus in variis obseruationibus p. 89. disputat, licet ignis ille Graecus e naphtha et bitumine *ύγρόν πῦρ* et *πῦρ θαλάσσιον διὰ τῶν σιφόνων ἐκφερόμενον* alterius generis fuerit, quem Constantinus Porphyrogenetus de administrando Imperio cap. 13. p. 27. ait ab Angelo monstratum primo et magno Constantino, hunc vero diris deuouisse eos qui vsus eius aliis gentibus monstrare ausi fuerint. Confer Cangium in *σιφονάτωρ*, in *πῦρ* et *ignis Graecus*, et ad Villeharduinum pag. 306. Quam naphtham Medi, Graeci oleum Medae dixere, teste Procopio IV. 11. de bello Gothico p. 594. 596. Confer Dionem pag. 855. C. (1265.R.) et Mich. Christoph. Hanouii dissertationem de igne Graeco, quae exstat p. 65. eius disquisitionum argumenti potissimum metaphysici, Gedani 1750.4. Balneum igne medico calefactum memorat Codinus in originis CPolitani. *Pomaici ignis lege Pontici* (editio Gruteri *Romaici*) mentionem facit Paullus Diaconus in historia miscella XXI. 9. fol. 999. et nauium igniferarum. Idem lib. XXIV. fol. 1046. *In Mesembria et Debelto Bulgari siphones aeneos inuenerunt triginta et sex, et ignis humidi, qui per eos mittebatur, argentique ac auri hand modicam copiam.* Marino igne victoria reportata id. ib. XIX. 15. p. 981. *πῦρ ύγρόν* et *θαλάσσιον* Cedrenus, qui a Callinico et Lampro paratum refert. *Zend*, i. e. igniarium s. focile Arabum Nomadum, aliorumque populorum orientis, ex duabus arundinibus sine bacillis, qui attritu vel terebratione ignem concitant, exceptum linteo cattun, vel alia materia describit fusius Thom. Hyde de relig. vet. Persar. p. 333. sq. Tormenti ingentis descriptioni quem e Frossardo affert H. Vossius, adde alteram Ducae vbi tormentum in obsidione CPoleos adhibitum describit, e quo Lapides et globos plumbeos per milliare iaculari potuerunt p. 145. 153. vide et p. 118. 138. 139. 160. et Annam Comnenam p. 335. sq. 383. Hieron. Magium Miscellaneorum libro et capite primo. H. L. Schurtzfleischium ad Thaddaei Dondolae de patria Propertii p. 35. sq. De Rogero Bacone qui pulueris nitrati ³⁹ vires primus Europaeis

³⁹ Illa pulueris pyrii ars quoque nunc in lucem prodiit, quali orbis extremo incendio praeluderet. Morhofius Polyhistor, tomo 1. lib. 1. c. 12. §. 4. p. 114. edit. Lubec. 1714.

paeis monstasse dicitur, defunctus A. C. 1292. et qui vsum illius perfecerunt atque in granula cogendi modum docuere, Ancklitzio de Friburg et Bertoldo Nigro siue Schwarzio, monacho Franciscano, vide Iac. Wolfii lectiones memorabiles T. 2. p. 113. 753. 918. Isaaci Bullartii Acad. scientiarum T. 2. p. 237. Gabrielem Groddeckium τὸν μακαρίτην in erudita dissert. de eo, quod iustum est circa tormenta bellica, Gedani 1708. Ioannem Grammium in commentatione de puluere pyrio, quando in Europa inuentus et quamdiu in vfu fuerit apud Danos, quae exstat parte prima Scriptorum a societate Hafniensi bonarum artium promouendarum studiosa pag. 211. sq. interpret. latinae. Ostendit autem Grammius pulueris pyrii in Gallia, Hispania, Anglia et Germania vsum longe antiquiorem esse, quam vulgo proditum sit atque creditum, incertaque esse, quae de Bartholdo Schwarzio, pulueris pyrii inuentore vulgo tradantur; vt adeo tum de tempore, tum de inuentore, tum de loco inuentionis certi quid affirmari nequeat; vsumque pulueris pyrii siue tormentarii iam ante annum 1380. nimirum circa annum 1360. in Dania fuisse notum. Puluerem nitratum inter Archimedis inuenta refert Vincentius Mirabella T. XI. thesauri Siciliae p. 258. sed nullo veteri teste vel auctore. Memorat et Abraham Peritzol in itineribus mundi p. 92. et 94. *metalla caua ad praeciendum lapides per vim ignis, et ad perdendum quamuis habitationem et munimentum.* Scripsit A. C. 1525. Selopetos ab Hispanis iam A. 1344. ab Anglis A. 1391. et in Belgio A. 1356. visos esse notant Thomas Bartholinus in actis Hafniensibus A. 1671. p. 85. et Lipsius in Louanio lib. 2. cap. 5. Venetis bombarbae manuales innotuerunt A. 1380. Vide G. Coluenerium ad Io. Nideri formicarium p. 39. Ceterum de inuentione bombardarum confer Christoph. Besoldum in pentade dissertationum philologicar. diff. 2. Lancello- tum in suo hoggidi T. 2. p. 272. et 490. sqq. Lud. Moscardi Museum lib. 1. cap. 60. Martini Crusii Germanograeciam lib. IV. p. 157. Petrum Burmannum praefat. ad tomum IV. thesauri Italiae p. 28. sq. Godofredi Ialofski disserta- tionem de inuentore pulueris pyrii et bombardae, Ienae 1702. Caroli de Aquino lexicon militare in *bombarda, canon, gunna.* Acta Eruditor. 1728. p. 441. ex Carolo de Aquino. Speelmanni glossarium in bombarba, et dictio- narium Treuolliense in *Canon.*

De tubis opticis qui reperti perinde locupletarunt Astronomiam, vt pul- ueris pyrii inuentio rem bellicam, pyxidis magneticae nauticam, et typo- graphia litterariam alia facie induit, dixi lib. IV. Bibliothecae Graecae cap. 14. §. vlt. vbi etiam de sphaeris, globis, astrolabiis et aliis Mathematicis in- strumentis. De inuentore Telescopii confer Io. Dan. Tirii observationem in- sertam *Hamburgischen freyen Urtheilen und Nachrichten* A. 1757. p. 279.

CAPVT XXII.

De Veterum Ludis, Luxu, Aedificiis, Supellectile,
statuis ac monumentis.

De ludis Hebraeorum. 1. Aliorum populorum Orientalium. 2. Graecorum, Romanorum etc. 3. Alea legibus vetita. 4. De ludo talorum, cottabo, aliisque ludis coniuualibus. 5. De ludis et exercitiis Gymnasticis et de Amphitheatro. 6. De ludis Circensibus. 7. Ludo Troiae, et aliis ludis equestribus, Venatione etc. 8. De funambulis, et omni genere Διαματοποιῶν. 9. De ludis theatralibus et thymelicis. De mimis, pantomimis et γελωτοποιοῖς. 10. De luxu veterum. 11. De aedificiis et partibus aedium. 12. 13. Balneis. 14. Statuis. 15. De vario genere supellectilis. 16. De vita priuata et ordinibus hominum priuatorum, collegiis opificum etc. 17.

I.

Bibliothecam scriptorum de ludis exhibet *August. Beyerus* in memoriis historicocriticis librorum rariorum p. 78. sqq. Dresdae 1734. 8. De ludis apud Iudaeos vsitatis altum fere apud Scriptores silentium est, praeter pauca illa, quae notarunt viri praestantissimi *Io. Henr. Otto* in Lexico Rabbिनico, voce *ludus*, et *Wagenfeilius* in libro de Norimberga cap. 22. Libellus *מרע סור* *recede a malo*, siue dialogus inter *Medadam*, qui laudat, et *Eldadam*, qui reprehendit lusum, prodiit cum *B. D. Augusti Pfeifferi* versione *Witebergae* 1665. 4. Confer *Buxtorfii* Lexicon Talmudicum pag. 2049. et *Clarissimi Collegae mei Io. Christophori Wolfii* Bibliothecam Hebraicam T. 1. pag. 415. Inter scripta *Xyci Riccii* siue *Riccii Polontoni*, *Patauini*, qui circa *A. C. 1463.* obiit, video memorari librum aduersus lufos et dialogum quo lufus Hebraeorum ridiculi describuntur. Vide *Nicol. Comnenum* Tomo secundo historiae gymnasii *Patauini* p. 169. Vtrum ludi scenici vsitati fuerint apud veteres Iudaeos dubitat *Gisbertus Cuperus* in epistola ad *Wagenfeilium*, quam edidit *Io. Georg. Schelhornius* tomo quarto amoenitatum litterariarum pag. 541. sqq. rogat etiam, ecquod ludi genus sit *Iudaeocremnus*, quem ludere Italorum pueros narrat *Bathasar Bonifacius*.

II. De aliorum Orientalium ludis, Indorum, Arabum, Chinesium *Thomas Hyde* in libro erudito de *Scachi-Ludio* ¹ et *Nerdiludio* siue *Ludo latrunculorum* (*Damspiel*) quem a *Scachi-ludio* diuersum ostendit, *Oxon.* 1694. 8. De

¹ Confer laudati *Wolfii* *Bibl. Hebraicam* T. 1. p. 85. 230. et 406, et *Memor. Treuolt.* 1713. pag. 227.

De utroque calculorum et scachorum ludo vide sis etiam Io. Wallisium T. 1. Operum pag. 161. sq. De ludo scachico libellus dialecto iudaeogermanica compositus citatur a Wolfio T. 3. Bibl. Hebr. p. 1186. Idem Hydeus promittit appendicem de Charti-Ludio ludisque arithmetiis, et de fabula Celila² et Dimne, sed quae appendix edita adhuc non est. Subiunxit autem Hydeus Hebraice et Latine R. Abraham Aben Ezrae poema rythmicum, et R. Bonfennior Abben Iachiae et Anonymi delicias Regum, qui ambo prosa Scachiludium descripserunt. Praeterea catalogum scriptorum de scachiludio ludisque aliis, qui insertus etiam est diario Tigurino *Altes und Neues von gelehrten Sachen* A. 1717. p. 255. sqq. Conferenda etiam illustris Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, imprimis de ludo quodam Sinico, differentiaque Scachici et Latrunculorum, et nouo genere ludi naualis, in *Miscellaneis Societatis Regiae Berolinensis* tomo 1. Anno 1710. 4. pag. 22. sq.

III. De ludis Graecorum consulendus Iulius Pollux IX. 7. atque e recentioribus Io. Meursii *Graecia Ludibunda*, quae cum supplemento ex Salmasii notis ad Vopisci Proculum c. 13. T. 2. p. 736. sq. et Danielis Souterii *Palamede* siue libris tribus de tabula lusoria, alea et variis ludis, ex editione Lugd. Bat. 1625 8. recusa est tom. VII. *Thesauri antiquitatum Graecarum*. Vide et Io. Frid. Gronouium de festertiis III. 15. et Io. Potterum II. 21. sq. *Archaeolog.* In eodem septimo *Antiquitatum Graecarum* Tomo occurrit Iulii Caesaris *Bulengeri* liber de ludis veterum, ex editione Lugd. 1627. 8. et Coelii Calcagnini de *Talorum et Calculorum ludis ex more Veterum*, et Andreae Senftleibii de *alea veterum* libellus, qui Lipsiae lucem viderat 1667. 8. De alea videndi praeterea Alexander ab Alex. III. 21. Coelius Rhodiginus IV. 11. XX. 27. *Antiqu. lect.* Adrianus Turnebus XVIII. 12. XXVII. 3. Aduersus Adrianus Iunius II. 4. animaduersus Io. Guil. Bergerus in *eclogis Archaeologicis ad dolum aleae veteris* Witeb. 1712. Io. Beniam. Dragheim in *dissert. de alea Romanorum*, Rostoch. 1724. Ioan. Frane. Simonis de iis ludorum apud Romanos vsitatorum generibus, quibus casui fortuna committitur, quae exstat T. 1. *histor. academiae inscriptionum* pag. 146. sqq. Pascasius Iustus de alea, Amstelod. 1646. 12. Ioan. Cornel. Paw *diatribe de alea veterum*, Ultraï. 1726. 8. Ouidius *artis amatoriae* II. 207. 208.

Sine latrocinii sub imagine calculus ibit

Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.

Martialis

² De libro Celila et Dimne dixi lib. V. *Bibl. Graecae* cap. 5. p. 460. sq. Excerpta ex libro Thom. Hydei prolixa habes in W. Ernesti Tentzelii *τοῦ μαναρίτου* *Bibl. select.* A. 1704. pag. 541. sq.

Martialis lib. XIV. epigr. 20.

*Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles et hostis erit.*

Elegans et Clariss. Seguini numus p. 13. in quo tali quatuor, adscriptis verbis: *qui ludit, arram det quod satis sit.* De Scachiludio plurimos scriptores laudavit Hydeus p. 182. sq. Notum praecipue Marci Hieronymi Vidae, 3. Cremonensis, elegantissimum carmen heroicum de Scachia Ludo, quod Cosmus Grazinus emendavit et Hetrusco poemate expressit Florent. 1604. 4. Hieronymi Wielii commentarius in Vidae Scachiam. Iulii Ascanii Tuccii, Cremonensis, carmen lyricum de ludo scachorum in deliciis poetarum Italorum. Gustavi Seleni siue qui sub hoc nomine latet Augusti gloriosae memoriae Brunsvicensium Ducis opus; M. Aurelii Seuerini de Tarsia liber Italice editus de Ludo Scachorum et veteri Pettia, et quod Palamedes ludum Scachium non inuenerit, Neapoli 1690. 4. Qui liber recensetur in Ephemeridibus Litterariis Parmensibus Anni 1690. p. 228. sq. et in Actis Eruditorum A. 1691. pag. 405. vbi etiam pag. 406. de libro inedito Iacobi Thessalonicensis, qui exstat manuscriptus in bibliotheca Lipsiensi A. 1354. exaratus. Vide et Rupertum ad Valerium Maxim. p. 212. Gisbertum Cuperum exercit. 1. de elephantis c. 1. p. 22. T. 3. thesauri Sallengriani. Cangii glossarium in *Scaci*, voce *pe-tita* ex latina *calcolorum*, et *ζατρίκιον*, *ζατρίκιζεν*, *συζατρίκιζεν*. Meursium ad Aelnothum p. 117. Annam Comnenam Alexiados p. 360. Menagii origines linguae gallicae voce *Echecs*, Petri Carrerae libros octo de ludo scachorum editos Italice Militelli 1617. 4. eorumque apologiam sub Valentini Vespai nomine editam Cataniae 1637. 4. aduersus Alexandri Saluii librum editum Neapoli 1634. 4. Io. Franc. Sarasinum in Epistola ad Arnaldum Ducem exercitus, Gallice Scriptam de ludo latruncolorum, quae exstat in opusculis eius gallice editis 1694. 12. pag. 237. sqq. Nicolaum Freretum de origine scachiludii, T. 3. histor. acad. Inscription. pag. 375. Iosephum Aueranium dissertatione de calculorum seu latruncolorum ludo, tomo VII. Miscellaneorum variorum opusculorum pag. 461. Dauidem Clericum Oratione VII. Petronium Clariss. Burmanni p. 129. Salmuthum item ad Pancirolli deperdita p. 25. Parte 1. vbi inuehitur in eos quibus Calliopa potior Tabliope est, siue qui litteras professi ludis potius quam librorum studio ducuntur. *Ad tabulam ludere* (*ταβλιζεν*) Paullus Diaconus de gestis Longobardorum lib. 1. c. 20. Alueus lusorius apud Gruterum pag. MXLIX. 1. Salmasium ad Vopisci Proculum fol. 467. (T. 2. pag. 751. edit. in 8.) *πύργος* ex quo tesserae iaciebantur in veteri Calendario apud Lambecium Tom. 4. pag. 288. De puerili ludo *ἑποσρακισμῶ* siue testae

† Laudat Eobanus Hessus p. 506, farraginis Poëmatum.

restae teretis super vndis exilientis rotatione Minutius Felix cap. 3. Pollux IX. 7. sect. 119. Leopardus VI. 8. emendationum et Meursius Gracciae ludibundae pag 15.

IV. De alea legibus Romanis et Ecclesiasticis vetita vide Nic. Abramium ad Orat. Ciceronis Philippicam 2. c. 23. Iosephum Nerium lib. 2. analectorum c. 24. Tomo quarto miscellaneorum Gaudentii Roberti p. 789. sq. Ferdinandum Mendozam ad concilium Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1361. sq. Quae veteris Ecclesiae de ludis sententia fuerit, exponit Io. Baptista Thiers libro edito Paris. 1686. cui titulus: *traité des Jeux & des divertissemens qui peuvent etre permis, ou qui doivent etre defendus aux Chretiens selon les régles de l'Eglise & le sentiment des Peres.* Nempe ludos qui sorte constant, tanquam vanam nimis et periculosam relaxationem animi reiiciunt plerique omnes, quibus addendus Tremblaeus in libro Gallice edito Paris. 1684. qui inscribitur *Conservations morales sur les Jeux & les divertissemens*, quem librum si legisset, seueriorem de ludis sententiam laturum Virum Clariss. Ioan. Barbeyracum existimant illi, ⁴ qui non modo eos lusus detestantur qui lucri cupidine vel fallendi suscipiuntur animo, quibusque magna pecunia et multum temporis melioribus rebus impendendum perditur, sed quibus totum istud quod abusibus maximis adeo obnoxium est, in Christiano homine videtur improbandum. Quibus vero persuaderi id vix ac ne vix quidem potest, vtinam modo hi illis cancellis circumscriberent ludos suos, quibus illos definitos cupiunt Io. la Placette libro Gallice edito *des Jeux de hazard*, eiusque Apologia aduersus Ioncourtum: Daniel Whitbus in Ethices compendio Lond. 1713. 8. p. 169 sq. Godfridus Olearius in collegio pastorali p. 172. sqq. et laudatus modo Barbeyracus, cuius Historiam Ludorum, quam p. 487. atque aliis in locis eruditi sui libri ⁵ promisit, frustra expectauimus.

V. De ludo talorum diligenter disputat Octavius Ferrarius lib. 1. electorum c. 16. vbi *Venerem* dictum obseruat iactum, quum quatuor tali diuersa facie singuli caderent. Graecis iactus similis *Midas* vel *Hercules*: vide Schotum ad Prouerbia p. 292. *Senionem* quum omnes tali in latus concauum caderent, vel duo in conuexum, duo in concauum. *Capiculam* denique quum

Y y 2

omnes

⁴ Vide Ephemerides Parisienses A. 1712. Tomo 2. p. 471. et Rev. D. Buddei Theologiam moralem cap. 3. sect. 5. §. 26 p 737. sq.

⁵ Titulus est: *Traité de Jeu, où l'on examine les principales questions de droit naturel & de morale, qui ont rapport à cette matiere*, Amst. 1709. et 1737. 8. et Germanice versus prodiit Bremae 1740. 8.

omnes quatuor tali surrexissent siue recto gradu stetissent. Qui venerem iecerat, omnes numos tollebat, quos ponebat qui iecisset caniculam: qui senionem, in ludo simplici numum perdebat, in operosiore numum lucrabatur. Confer I. A. Ernestum in clavi Ciceroniana voce *talus*, vbi simul differentia talorum a tesseris edisseritur; dissertationem de tesseris Badensibus insertam diario Tigurino *Altes und Neues von gelehrten Sachen* A. 1717. pag. 282. sq. Franciscum Ficorinium in libro Italico: *I tali ed altri instrumenti lusori degli Romani*, Romae 1734. 4. et interpretes ad Suetonii Augustum c. 71. vbi et de eo quod vocabant *ludere par impar*, Graeci *ἀπειράζειν*, de quo ludi genere vide etiam Ezech. Spanhemium ad Aristophanis Plutum v. 818. Muratorium T. 1. Analector. Latin. p. 124. et interpretes ad Horatii lib. 2. sat. 3. v. 248. *Pentalitha* fuit species talorum et lusus apud Graecos, vide Acta Eruditor. 1759. p. 8. ex Tomo primo picturarum antiquarum ex Herculano. De *κοττάβων* ludo coniuiali vide Schol. Luciani tom. 1. p. 38. Meursium de ludis Graecorum p. 28. sq. et Stuckium III. 14. Antiqu. Coniuial. p. 345. De aliis ludis ad conuiuia celebrari solitis id. III. 22. De Ludo *aut capita aut naues*, (croix ou pile) dissertations sur diverses matieres par Mr. Tilladet, tom. 2. p. 294. Ludum tudicularem (*Drucktafel*) carmine hexametro descripsit Leonhardus Frizonius S. I. quod exstat fasciculo primo lusuum ingenii Lipsiae 1699. 8. editorum. Robbi elegiam de ludo trietrac vide in memoriis Treuoltinis A. 1710. p. 745. De quo ludo etiam E. Iouillet in libro *l'excellent jeu du Tricquetrac*, Parisiis 8. *Chartas lusorias* ante trecentos annos in Gallia repertas disputat Menetrierius Bibl. ⁶ Curiosae Gallice editae Treuoltii 1704. 12. tom. 2. capite 12. vbi et alia de ludis, et de recenti inuento disciplinas varias chartarum lusoriarum adminiculo tradendi. Originem chartarum a temporibus Caroli V. Galliae regis repetit Bulletus in libro, quem suppresso nomine Gallice Lugduni 1757. 12. edidit: *Recherches historiques sur les cartes à jouer*. Similiter originem ludi chartarum, quem Galli vocant *du Piquet*, ex historia Gallica et quidem a temporibus Caroli VII. repetit auctor dissertationis insertae memoriis Treuoltinis A. 1720. p. 934 sqq. Varia lusuum hodie receptorum genera Petrus Antonius Maffeus iucundo carmine recenset in classe tertiae speciminis poetici, Ferrariae 1716. 8. editi. Adde la plus universelle Academie des Jeux, quae Lugduni Batauor. 1721. duob. volum. in 12. euulgata est. Godofr. Guil. Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, imprimis de ludo quodam Sinico differentiaque Scachici et latrunculorum, et nouo genere ludi naualis paullo ante laudata est. Varios ludos ab eodem Leibnitio excogita-

⁶ Titulus libri est: *Bibliothèque curieuse et instructive de diuers ouvrages anciens et modernes, de littérature et des arts, à Trevoux* 1704. 12.

tos recenset Fellerus Monument. ineditor. p. 642. Adde Leibnitii epistol. a Kortholto editar. T. III. p. 278.

VI. De *pilae* lusu et aliis *gymnasticis* veterum exercitiis, *disco*, *lucta*, *cursu*, *saltu*, vniuersaque *Gymnasticae* et *παιδοτεχνικῆς* ratione agunt e veteribus Galenus secundo *ὑγιεινῶν* siue de valetudine tuenda: e recentioribus Melchior Zeidlerus introductione in lectionem Aristotelis, Regiomont. 1681. 4. p. 26. sqq. Hieronymus Mercurialis in artis *Gymnasticae* libris VI. excusis Venetiis 1569. 4. et 1573. et auctioribus 1589. et 1601. 4. et recufis T. III. supplement. Poleni p. 445. Petrus Faber in libris III. *Agonisticon*, siue de re *athletica*, Lugd. 1592. 4. et T. VIII. thesauri Gronov. p. 1758. Vossius in libro de quatuor artibus popularibus, Amstelod. 1660. 4. et T. III. *Opp.* Conferenda cum his sunt, quae et Lipsius ad Senec. *Epist.* 56. Octavius Ferrarius in *dissert. de balneis*. Burettus in *memoriis Treuoltinis* A. 1706. p. 1612. sqq. et *memoriis academiae Inscriptionum* T. 2. p. 197. sqq. et 270. sqq. et T. IV. p. 353. sqq. 388. sqq. 441. sqq. 458. sqq. et quae de *pila sphaeristica* siue *sphaeromachia* Barthius ad *Statium* tomo 1. pag. 1. p. 351. Viri docti ad *Pollucem* IX. 7. sect. 103. sq. et Franciscus Maria *Turrigius* ad *inscriptionem Vrsi Togati*, tomo 12. *Graev.* p. 397. sq. vbi etiam de *pila vitrea*, et *ludo latrunculorum* e *vitro* vel *gemmis*. *Inscriptionem* illam illustrat quoque *Philippus Caroli* lib. 1. *variar. lection. cap. 6.* Eandem ediderat *Gruterus* pag. 637. 1. † *Turrigii* *diatriba* prodierat Rom. 1630. 4. *Anonymi* *epistolam de ceromate* edidit *Steph. Baluzius* T. IV. *Misc.* p. 417. vbi recte distinguuntur *ludi gymnici* a *gladiatoriiis Circensibus* et *scenicis*. Fuerunt *ludi* et *agones* vel *Musici*, *tibicinum*, *citharoedorum*, siue *scenici*, *theatrales* ac *Dionysiaci*, *Bourdelot.* p. 33. ad *Heliodorum*, vel *Poetici* *Rhapsodorum αἰγῶνες*, *Ezech.* *Spanhemius* ad *Aristophanis Plutum* v. 1164. vel *Gymnici* *quinquertium* (quinque genera) *Bourdelot.* p. 76. sq. ad *Heliodorum*, vel *gladiatorii* et *amphitheatrales*, vel *agones equestres*, vel *Circenses*, siue *ludi magni*. De *lucta* *Iac. Lydius* in *agonisticis sacris* *Roterod.* 1657. 12. cum *Io. Lomeieri* *additamento Zutphaniae* A. 1700. 12. recufis, *differit ad loca S. Scripturae ad Athleticam* et *gymnasticam veterum alludentia*, *Octavius* item *Falconerius* in *Inscriptionibus Athleticis*, Rom. 1668. 4. quae cum *notis Falconerii* *recusae* sunt tomo 8. *thes. Gronouiani*, et *Iustus* denique *Lipsius* in *Saturnalibus* siue *libris* 2. de *gladiatoribus*, et aliis duobus *scriptis de Amphitheatro* et de *Amphitheatris extra Romam*. *Laurentius Ioubertus* de *gymnasiis* et *generibus exercitationum apud antiquos celebrium* T. II. *Opp.* et T. I. *thesauri Sallengriani* p. 333. *Benedictus Aueranius* *dissert.* 15. 16. 17. ad *Thucydidem*. *Io. Frid. Dürrius* in *dissert. de Gymnasio veterum athletico*, *Ienae* 1682. et de

gymnasio bellico, *ibid.* 1681. Io. Frid. Guntherus in *diff.* de cursoribus veterum gymnics, *Witeb.* 1709. Io. Behm de agonothesis Graecorum, *Regiom.* 1717. Io. Henr. Schultzius in *dissert.* sub praesid. Frid. Hoffmanni habita de athleticis veterum eorum diaeta et habitu, *Halae* 1717. Io. Ern. ab Auersualda de veterum arte luctandi, *Witeb.* 1720. Andr. Weberus de exercitiis gymnics, *Arnstadii* 1718. Io. Zach. Platnerus de arte gymnastica veterum, *Lipsiae* 1724. Io. Henr. Schultzius in *observationibus* ad rem athleticam pertinentibus, *Halae* 1737. De *κυβιστήσι* athletarum in palaestra Graecorum exstat commentarius P. M. Paciaudi, *Romae* 1756. 4. Athleta *παράδοξος* is dicebatur, qui stadium ingressus bis ad minimum pluriesue vno et eodem die summa contentione nitebatur, vt semper superior discederet, eaque re communem vicit opinionem. Vide *Gottl. Erdm. Zeibichii* athletam *παράδοξον*, *Witeb.* 1748. 8. De *μαστιγοφόροις* eorumque praeside *άλυτάρχη* Frid. Andr. Heroldus *dissertationem* edidit *Witeb.* 1756. Athletae antequam prodirent nomen gentemque Hellanodicis indicabant, vide *Bourdelotium* ad *Heliodorum* p. 78. vbi etiam de praemio vincentium. De Olympicis, Nemeis, Pythiis, Isthmiisque Graecorum, res nota vel ex *Pottero* II. 22. sq. et iis, quae ad *Pindarum* viri docti annotauerunt. Adde, quae de iis eleganter accurateque commentatus est *Eduardus Corfinius* in *dissertationibus* IV. agonisticis, quibus Olympicorum, Pythiorum, Nemeorum atque Isthmiorum tempus inquiritur, *Florentiae* 1747. 4. et *Lipsiae* 1752. 8. In Olympiis Antagonistae sorte dati, vt notat *S. Chrysothomus* ad *Ieremiam* in *Catena Ghisleriana* tom. 2. p. 144. Confer de ludis *Olympicis* *Io. Bircherodii* *exercitationem* de ludis Gymnicis, praecipue certaminibus Olympicis, *Hafniae* 1664. 4. *Aegidii Strauchii* *dissert.* de ludis Olympicis, *Witeb.* 1661. et in *Crenii museo philologico et historico* p. 365. sqq. *Io. Frid. Mayeri* *dissert.* de ludis olympicis, *Lips.* 1671. *Ioan. Vpmarckii* *dissert.* de certamine olympico, *Vpsal.* 1708. 8. *Ioan. Guil. Bergerum* p. 867. *Stromatei academici.* *Gilb. Westii* *dissertationem* praefixam eius interpretationi anglicae *Odarum Pindari*, *Londini* 1743. 4. euulgatae. *Guyonem* T. 1. part. 3. *historiae regnorum et rerumpublicar.* *Parisi.* 1733. 12. pag. 439. sqq. *Nicolaum Gedoynium* in *memoriis academiae Inscriptionum* T. XI. p. 511. et T. XIII. p. 557. *Anton. Banierium* T. V. *histor. acad. Inscription.* pag. 33. De *Pythiis* vide *Suenon. Muhlii* *dissertationem*, *Hafn.* 1732. 4. *Anonymi* *dissertationem*, quae legitur in *histor. critic. reipubl. litterariae* T. 1. p. 150. et T. V. p. 91. et *Alphonfi Vignolii* *dissertationem*, quae exstat T. VI. eiusd. *histor. critic.* 99. De *Isthmicis* *Guilielmi Massieu* *dissertat.* T. III. *histor. acad. Inscriptionum* pag. 63. et *Caroli Frid. Hofmanni* *dissertat.* de ludis Isthmicis in *N. T. commemoratis*, *Witeb.* 1760. De ludis *Iselasticis* conferatur *Pignorius*

gnorius in Antenore T. VI. thesauri Italiae parte 3. p. 29. Casaubonus et Salmasius ad Spartiani Hadrianum c. 27. Trifstanus T. 3. p. 6. Ezech. Spanhemius epistola secunda ad Morellum §. 6. Reinesius II. 60. Inscription. Harduinus de numismat. populorum p. 191. De illis Graevius ad cap. 20. Caligulae pluribus se acturum in libris observationum promiserat, qui quo abierint nescio, inquit Petrus Burmannus praefat. ad T. VI. thesauri Italiae p. (8.) Etiam apud Suetonium in Caligula c. 20. legendum *ludi Iselastici*, non *astici*, vel *hastici*, vel *hostici*, vel *attici* vel *actiaci*. Vide Burmannum ad adductum Suetonii locum, et praefatione ad tomum primum thesauri Siciliae pag. (5.) et Celeberrimum Ernesti excursu vicefimo primo in Suetonium. De *Amphitheatris* atque *theatris* eorumque forma et partibus generatim consulantur praeter eundem Lipsium epistolae duae criticae Ioannis Polenii et Ioannis Montenari, quae italice euulgatae sunt Vicentiae 1738. 8. E quibus Montenarus negat, theatra ab amphitheatris distincta fuisse, Polenius vero affirmat. Vide Acta Eruditorum 1738. p. 143. Io. Ern. Imm. Walchius notis ad Cellarii compend. antiquit. Romanar. p. 508. sqq. et Nic. Boindinus T. II. memor. Acad. Inscription. p. 174. sq. edit. Amstelod. De *Aralatensi* Iosephus Guis, Oratorii IESV presbyter in descriptione Amphitheatri Arelatensis. Description des arenes ou de l'Amphitheatre d'Arles, Arelatae 1665. 4. In tabula adiuncta et aere descripta, pulchre exprimitur *κάθισμα τοῦ βασιλέως*, siue thronus e quo spectabat Imperator, qualis etiam in Circo. Vide Bandurium p. 490. De *Aretino* Laurentius Guazzesius T. II. dissertat. academ. Cortonensis p. 79. et T. XX. collection. opusculor. scientificor. et philologic. p. 427. De *Brixienti* Octavius Rubeus pag. 11. 12. monument. Brix. T. IV. thesauri Italiae. De *Burdegalensi* vide Bastii descriptionem, quae exstat T. VI. historiae acad. Inscription. pag. 373. sqq. et Tomum secundum syllog. epistol. Burmannianae pag. 190. De *Duacensi* apud Andegauos agit Moleonius in itineribus Liturgicis Gallice editis et ex eo auctor diarii Hagensis, Europe savante 1718. Octobr. pag. 198. De *Foroiulensi* Ludouic. du Four, S. I. in S. Leontio Episcopo et martyre suis Foroiulensibus restituto, Auenione 1638. 8. De *Lugdunensi* Dominic. de Colonia histor. litter. Lugdun. T. I. p. 271. De *Nemaufensi* Ioan. Poltus Albensius in discursu historico de antiqua vrbe Nemaufensi, Lugd. 1560. fol. pag. 119. Iac. Grasserus in antiquitatibus Nemaufensibus, quae cum eius poematibus Basil. 1614. 4. prodire p. 262. sq. et T. I. thesauri Sallengriani p. 1059. Henr. Gautierius in historia vrbis Nemaufensis Paris. 1720. 8. Anonymus in epistola inserta memoriis Treuoltinis A. 1739. p. 1216. sqq. In idem exstat Alberti Daugieres S. I. poema venustum in eius carminibus tertium iam editis Lugd. 1694. 12. p. 217. De *Gallicis* Scipio Maffei pag. 113. antiquit. Gal-

liae selectarum, Parisiis 1733. 4. et T. V. supplementor. Poleni pag. 313. sqq. De *Florentino* Dominic. Maria Mannius in Notizie istoriche intorno al Parla-
gio overo Amfiteatro di Firenze, Bononiae 1746. 4. De *Polensi* in Istria vide
Palladii architecturam, Sponii itinerarium pag. 163. edit. in 12. De *Sagalassa-*
lensi Paullus Lucas descriptione itineris sui tertii T. I. p. 178. De *Tergestino*
Franciscus Irenaeus de Cruce in historia Tergesti Italice edita Venetiis 1698.
fol. lib. 3. cap. 8. p. 245. Amphitheatrum Vespasianorum *Flauium* siue Colof-
seum Romae diligenter descriptum libris quinque et pulcherrimis ac luculen-
tis expressum iconibus aere descriptis curante Carolo Fontana prodiit Hagae
Comitum 1725. fol. regali, qui generalem de theatris atque amphitheatris in-
troductionem praemisit. De *Catanensi* vide Io. Baptistae de Grossis decachor-
dum Catanense p. 176. sq. T. X. thesauri Siciliae. De *Patauino* agit Pignorius
in originibus Patauinis p. 84. sq. De *Rauracensi* Io. Dan. Schoepflinus
Alsatiae illustratae T. I. p. 163. De *Saguntino* Emanuelis Martini 7 epistola ad
Anton. Felicem Zondadarium exstat in Montfauconii antiquitate explicata
T. III. P. II. p. 231. in eiusdem Martini epistolis Amstelod. 1738. 4. T. I. p. 1.
et in Poleni supplementis T. V. p. 389. et Iosephi Immanuel. Minianae dialo-
gus de theatro Saguntino nunc primum editus in Io. Poleni supplementis T. V.
p. 401. De *Veronensi* videndi Torellus Sarayna libro de origine et amplitu-
dine Veronae, Anno 1540. fol. Onuphrius Panuinius in antiquitatibus Vero-
nensibus, Patauii 1648. fol. Carolus Fontana c. 17. introductionis ad amphi-
theatrum Flauium, et Scipio Maffei libris duobus de amphitheatris figilla-
tim Veronensi, italice editis Veronae 1728. 8. recusis italice in eiusdem Maf-
feii Verona illustrata, parte quarta, et italice ac latine in Poleni supplementis
T. I. p. 1. anglice etiam versis ab Alexandro Gordon. Londini 1730. 8. De
Vicentino Ioannes Montenarus in libro italico: Discorso del Teatro Olympico
di And. Palladio in Vicenza, Patauii 1733. 8. Amphitheatri rudera ad *Molam*
non longe a Caieta, vide Brunii iter in Egyptum p. 14. alia vide T. 2. syllog.
epistol. Burmannianae pag. 147. In mutilum *Campani* amphitheatri titulum
Alexand. Symmachus Mazochius commentarium edidit Neapoli 1727. 4. re-
cusum T. V. supplementor. Poleni pag. 485. Theatri *Eugubini* rudera aere de-
scribi curavit Comes illustrissimus Passioneus, vide Ephemerides eruditorum
A. 1730. Iunio pag. 249. sq. et memorias Treuoltinas A. 1730. p. 1118. Vno
amphi-

⁷ Quam Ioachimus Alcarazius Gramont Romae 1716. 8. edidit epistolam de theatro
Saguntino, siue de Zachantaco Visorio, ea est haec ipsa Emanuelis Martini descriptio
theatri Saguntini, quam Alcarazius suo nomine, cum leui Martini mentione, mutatis
nonnihil corruptisque Martini verbis publicauit. Vide Poleni praefat. ad T. V. thesauri
sui p. X, et ipsas Martini epistolas T. I. epistol. 7. pag. 11.

amphitheatro apud Fidenam corruente ad quinquaginta millia hominum debilitata vel obruta. Tacitus IV. Annal. 63. In amphitheatrum anatomicum Parisiense Santolii hoc exstat distichon:

*Ad caedes hominum prisca amphitheatra patebant,
Ut discant longum vivere nostra patent.*

VII. De ludis Romanorum in honorem ⁸ Deorum aut defunctorum, Iacobus Gutharius III. 18. sq. de iure Pontificio, tomo V. Graev. De ludis saecularibus plures laudauimus scriptores supra cap. X. §. 8. quibus addenda Rainfauti diss. ad duodecim numos in ludos saeculares Domitiani, Acta Eruditor. A. 1685. p. 441. Io. Alph. Turretini academicae quaestiones de ludis saecularibus Romanorum, Geneuae 1701. et Io. Beniam. Schmidtii commentatio de eodem argumento, quae exstat in actis Iubilaei secundi Gymnasii Gedanensis. De ludorum curatoribus, qui frequenter erant Aediles, Euerhardus Otto lib. de Aedilibus Coloniae cap. X.

De ludorum Circensium ⁹ apud Romanos ratione singularibus scriptis egerunt tom. IX. Graev. recufis Onuphrius Panuinius, notis Io. Pinelli Argoli illustratus, Patav. 1600. fol. Iulius Caesar Bulengerus, qui Chrysofomi hominiam ludis his oppositam praemisit, T. 2. Opusculor. Lugd. 1626. fol. His addendi Cl. Salmasius, qui diligentissime de Circo et Circensibus agit in Commentario ad Solinum, Sirmondus p. 262. sq. ad Sidonium et Marcus Velferus in Opp. p. 402. sq. vbi inter alia Hippodromi Romani formam et factiones agitatorum, albam, ruffatam, venetam et prasinam expositas inuenies, et de circis aliarum Ciuitatum, qui tamen praeter Romanum, Constantinopolitanum, ac Mediolanensem rarissimi fuerunt. Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 662. sq. vbi etiam ineditum vt putat Graeci scriptoris de Hippodromi origine (quam a Circe repetit) fragmentum, quod vulgauerat Stephanus le Moyne tom. I. Var. sacrorum pag. 503. Camillus Siluester ad Iuuenalis

⁸ Primitus quidem venationes, quae vocantur munera, Saturno attributae sunt: ludi autem scenici Libero, Circenses Neptuno. Paullatim vero et ceteris diis idem honor tribui coepit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito in libris Spectaculorum docet apud Lactantium VI. 20.

⁹ In honorem Solis eiusque in quatuor elementa Imperium, instituti hi ludi annui die 25. Martii a Pisensium Rege Oenomao, tempore Romuli. Chron. Paschale f. 110. sq. quatuor colores agitatorum referebant totidem elementa: 12. domus in Circo erant pro totidem signis Zodiaci, Euripus mare: flexus per ianuas, Oriens flexus ad metas. Occasus: septem stadia cursus septem planetarum. Adde Corippum lib. I. v. 313. sqq. Malalae Chron. Tomo I. p. 221. Cedrenum p. 121. Septem quoque gyris agon ille peragebatur, et qui septimo praeibat victor erat, licet ceteris cessisset.

nalis Sat. III. 65. Raphael Fabretti ad columnam Traianam p. 144. sq. qui a dextra ad sinistram et inde laeuorsum reflexas decursiones factas aliaque de metis non contemnenda obseruat. Bened. Aueranius dissert. 18. sq. ad Cicero- nem T. 2. Opp. p. 235. sqq. Nicol. Calliachius in dissertat. de circensibus ludis, nunc primum edita T. V. supplementor. Poleni p. 473. Iosephi Imman. Minianae dialogus de circi antiquitate et eius structura, nunc primum editus eod. T. V. supplement. Poleni p. 445. et Io. Christoph. Crameri commentatio de ludis Romanor. circensibus in lucerna veteri sepulcrali, quae exstat volumine V. Actor. societatis latinae Ienenfis p. 291. sqq. Color *χλωδης* prasi- nus siue viridis *terrae* ac Cereri, *κυανεος* venetus caeruleus *aquae* et Neptu- no: rufatus *igni*, albus *aëri* sacratuſ erat, vnde diuersae agitatorum factio- nes. Confer Sponii Misc. pag. 65. Gruteri inscript. pag. 331. sq. Langium lib. 1. Epist. Medicinal. 78. Chausseum in Graeuii thesauro tom. 5. pag. 322. Cellar. ad Plin. IX. 6. Epist. Damascenum tom. 2. edit. Michaëlis le Quien p. 698. Goarum notis posterioribus ad paginam Cedreni 364. Philippum Ru- benium lib. 2. cap. 27. electorum et Bandurium p. 501. sq. Factiones diuer- sae ex illis coloribus ortae sunt, vide praeter Goarum S. Basilium epist. 370. Euagrium IV. c. 31. Procopium lib. 1. de bello Persico c. 24. lib. 2. c. 11. p. 115. et in Anecdotis c. 7. 9. Nicol. Alemannum ad Procopium pag. 106. sq. 113. Theophylactum Simocattam VIII. 7. 9. et 10. Oenomius primus duobus colo- ribus vsus est *caeruleo* et *viridi* siue veneto et prasino. Romulus deinde duos alios addidit. A Domatio additae duae aliae factiones aurati purpureique panni. Vide Rubenium l. c. Sed non diu illae durarunt. Immo quatuor primos co- lores deinceps ad duos redigi contigit, nam rufata factio iuncta fuit prasinae siue viridi, et albata Venetae siue caeruleae. Vide Bandurium loco citato. De duodecim ostiis Circi vide Aufonium Tollii p. 644. De mappa siue signo dato, Pitiscus ad Suetonii Neronem cap. 22. Mappam Circensem manu tenentes Consules vel Imperatores in numis obseruat Pagi ad A. 394. 3. Confer vete- rem iconem in Philippi Rubenii electis lib. 1. cap. 30. qui ibidem dextram Circi partem latioreſ sinistra fuisse obseruat. Idem lib. 2. c. 18. videndus de lustratio- ne equorum in Circo certatorum. De Ouis et Delphinibus in Circo, Octavius Fer- rarius II. 15. electorum. De clathris, euripis, loco equitibus assignato Har- duinus ad Plin. VIII. 7. T. 2. p. 145. sq. De gladiatoribus consule Octav. Fer- rarii dissertationem T. III. supplement. Poleni p. 313. Nicol. Calliachii ibid. p. 333. et Suenon. Bring. Londini Gothor. 1747. *Κέλητες* non singulatores modo sed et defultores dicti, qui in binos vel ternos equos transilirent, aut ex equo desilientes currerent. Vide Valesium ad Sozomeni VI. 1. et ad Harpo- crationem p. 94. vbi etiam de certaminibus Circensibus. De equis curulibus

Iuretus ad Symmachum IX. 23. Mulieres etiam in amphitheatris certantes et feras interficientes obseruant viri docti ad Iuuenal. sat. I. v. 22. ex Suetonii Domitiano cap. 4. et Xiphilino in Tito. Artificium in venatione circensi eludendi bestiarum insultus saltu ac velocitate eleganter describit Cassiodorus lib. V. ep. 42. Adde Alexandrum Wilthemium ad diptychon Leodiense c. 6. p. 22. sq. vbi ex Vopisco Numeriano obseruat, etiam *τοιχοβάτας* siue homines currendo per parietem subtrahentes se irae vrforum. De ludorum medicis singulari programme egit Balthasar a Buchwald. Hafniae 1749. De numis conturniatis in ludos et venationes circenses singularis exstat dissertatio Sigeberti Hauërcampi, Lugd. Batav. 1721. 4. Certamina denotantur in numis per urnas cum palmis vide Bandurium T. I. numismat. p. 120. 122. 135. De vniuerso hoc argumento non praetereundus quoque est Petrus Faber, qui in Athleticis suis Ludos veterum non tantum Amphitheatrales et gymnicos, sed theatricos siue Musicos quoque ac Circenses persequitur, vti Xysticos et Thymelicos Alexander ab Alex. III. 9. Omnia fere genera agorum ac certaminum edidit Dionysius Heraclae tyrannus teste Memnone apud Photium Cod. 224. p. 167. *ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἵππικούς, οὐχ ἵππικούς δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ σκηνικούς καὶ θυμηλικούς καὶ γυμνικούς.* De Ludis Apollinaribus Romanorum Liuius XXV. 12. et Nicol. Abramus in notis ad Ciceronis Philippicam II. cap. 13. Ethnicorum ludos theatrales, Circenses, Venationes et munera adire Christianos prohibuere Tertullianus et Cyprianus libris singularibus de spectaculis. Et Cyrillus Hierosol. Catechesi I. c. 4. explicaturus pompam Diaboli cui in baptismo renunciauimus, ait esse *θεατρομανίας καὶ ἵπποδρομίας, κυνηγεσίαν καὶ πᾶσαν τοιαύτην ματαιότητα,* ad quem locum vide Tho. Millefium. Ioan. Guil. Ianum pag. 52. sq. ad sermonem Eusebii Alexandrini, et Ferd. Mendozae notas ad concilium Illiberitanum T. I. Labbei p. 1294. sq. et 1320. vbi de aurigis et pantomimis arti suae renuntiare iussis, si Christo vellent nomen dare. Circenses vt rem inanem spernit etiam Plinius VI. 4. Epist. quemadmodum venationes et ceterum ludorum pompam Cicero VII. 1. ad familiares. Adde Rainoldum Dehnum ad acta martyrum Cosmae et Damiani pag. XII. sqq.

VIII. De equestribus decursionibus et puerilibus Troianis ludis Io. Iacobus Draco lib. I. de Orig. et iure Patriciorum Basil. 1627. 4. c. 11. p. 75. sq. Onufrius de ludis Circensibus II. 9. tomo IX. Graev. p. 422. sq. Camillus Siluester ad Iuuenalis Sat. I. vers. 19. Tristanus II. 264. Io. Vignolius de columna Antonini Pii, cap. 9. Sam. Pitiscus notis ad Suetonium pag. 75. et dissertatio inserta memoriis Treuoltinis A. 1709. April. p. 645. sq. De spectaculis Ludisque equestribus et Naumachiis, Franciscus Modius in tom. I. Pandectarum Triumphalium

phalium L. III. qui integer infertus est tomo XI. thesaur. Gronouiani, et de septentrionalium ludis equestribus aliisque pariter differit. Hermannus Hugo libro 3. de militia equestri cap. 1. Io. Schefferus de militia nauali lib. 3. cap. 2. Idem Modius in Pandectis Triumphalibus Francof. 1686. fol. excusis tomo 2. lib. 1. agit de Hastiludiis, conflictibus gallicis saeculo XI. per Godfridum de Pruliaco repertis, et Torneamentis ad excitandam alacritatem et exercendas vires animumque per Germaniam et Europam vniuersam celebratis et prima Torneamenta ¹⁰ in Germania habita notat parum certa fide Anno Christi 939. Magdeburgi sub Henrico Aucupe, vltima A. 1487. Confer Georgii Ruxneri, qui XXXVI. torneamenta describit; sed cuius fides ¹¹ suspecta eruditis, Turnierbuch, Simmericae 1532. fol. Francof. 1566. 1579. 1676. fol. et latine per Modium 1566. fol. Ioan. Limnaeum lib. VI. iuris publici. Wilh. Frid. Pistorium amoenit. historicoiuridic. parte 1. diff. VI. p. 112. sq. ex Cangio dissert. VI. ad Ionuillam. Berlingieri Gessi Giuoco de' Cavalieri, overo discorso sopra le Giostre ed e Torneri, in Zani Prose degl' Academici Gelati di Bologna, Bononiae 1671. 4. p. 5. sqq. Vincentii Auriae, Panormitani, librum italicum, la Giostra, discorso storico sopra l'origine della giostra in varie parti dell' Europa, e della sua introduzione ed uso antico e moderno nella Citta di Palermo, Panormi 1690. 4. Gualterii chronicon chronic. polit. lib. 2. p. 1332. Georgii Wilh. Clofen ecuria Germanorum vetera, quae Torneamenta vocant, Tubingae 1702. fol. Petri Burmanni praefat. ad T. 1. thesauri Siciliae pag. 28. Menetrerium libro Gallico de torneamentis, Lugduni 1669. 4. Georgii Schuberti commentationem de ludis equestribus editam Ienae 1689. et recusam Halae 1725. 4. Cangium et Megafici origines Gallicas et Italicas in Quintana et Torneamentum (Tournois) Io. Antonii Campani Carmina p. 33. sq. edit. Lips. Ephemerides Parisienses (Journal des Savans) A. 1715. II. p. 29. ex Abbatis Choisii tomo septimo histor. ecclesiasticae. Io. Christoph. Ludwig historische Untersuchung der ehemaligen Kampf- Renn- und Ritterspiele, Northusae 1750. 8. et dissertationes Io. Barth. Charisii, Francof. 1651. Gottfr. Sueui, Witeb. 1652. Frid. Sculteri, Lips. 1683. et Guilielmi Illmanni, Lips. 1724. Βασιλικὰ παίγνια, κοντοπαίκτης, Μάγων, Ἀχιλλεύς, Ὀκτώηχος. Balfamo

¹⁰ Vide tamen Clariss. Gundlingii librum de Henrico Aucupe pag. 134. 141. sq. Cangium in *Nundinae decursiones militares*. Philippum Iulium Rethmeierum in der Braunschweiglineburgischen Chronica parte 2. vbi de Henrico Aucupe. Giornale d'Italia T. 6. p. 226. sq. e Crescimbenio, vbi et de *tabula rotunda* siue ludo militari Regis Arturi: de quo confer Bibliothec. Anglic. T. 6. p. 205. ex Io. Seldeni libro de duello, et T. 7. p. 204. ex Thomae Hearne praefat. ad Guilielmum Neubrigensem.

¹¹ Acta Lips. Academica XVI. pag. 58. sq. Acta eruditorum Germanice edita LXII. pag. 90. sq.

famo ad can. 51. Trullan. Τερνεμέντα, Torneamenta. Boiuinius p. 773. ad Niceph. Gregoram. Equiria Marti a Romulo fuerunt instituta celebrataque 27 Febr. vel 14 Martii. Vide Anselmum Bandurium T. 2. numismat. Imperator. p. 165. De Hispanorum Tauriliis (Stiergesechte) Comitissae d'Aunoy Reise in Spanien T. 1. p. 343. Analec̄ta Musarum Anglicanarum T. II. p. 80. Haec nec veteribus ignota fuisse discas ex Ezech. Spanhemio de vsu numismatum T. 2. p. 137. 138. edit. in folio. Marmoribus Arundelianis p. 266. Graeuio ad Suetonium pag. 808. De hoplomachia Pisana in ponte 17 Ianuar. committi solita Giornale d'Italia T. 13. p. 473. sq. et T. 17. p. 360. sqq. De ludis nauticis, Maiumis, Maicampis, Roncaliis et similibus ludicris animorum relaxationibus publicis, singularis Andreae Riui exercitatio nuper excusa est in Syntagmate Graeuiano Ultraiect. 1701. 4. cui addes praeter scriptores supra p. 742. citatos Malalae Chron. p. 373. Iac. Godofredum ad Codicem Theodosianum tomo 5. p. 358. sq. Antonium Pagi ad A. 399. n. 5. Io. Clericum Bibl. selectae tomo 8. p. 273. sq. Baronium ad Martyrolog. Roman. 26 Dec. et Iac. Godofredum ad quatuor Libanii orationes pag. 13. sq. De decursionibus veterum, dissertatio inserta Memoriis Treuoltinis A. 1709. April. p. 645. sq.

IX. De saltatione ¹² religiosa Matth. Brouerius de Niedeck cap. 27. libri de veterum adorationibus, et Thomas Guthberlethus libro de Saliis. De religiosis saltationibus veterum Iudaeorum vide Io. Sebast. Renzii dissertationem, Lipsiae 1738. Gust. Georgii Zeltneri dissertat. de choreis veterum Hebraeorum, Altorfii 1726. Scrinium Bremeſe vol. 2. p. 38. et volum. 3. p. 323. et Sebastian. Schmidium et alios interpretes ad 2 Sam. VI. 14. De Therapeutis saltantibus Montfauconius epistol. p. 204. et Iac. Basnagius histor. Iudaeorum tomo VI. p. 316. De saltatione religiosa veter. Christianorum Christ. Henr. Brömels Festtänze der ersten Christen, Ienae 1701. 4. De saltatione religiosa Americanorum populorum Lafitau T. 1. p. 181. 203. 410. Hottentotorum, qui lunam venerantur, vide Petrum Kolbium in descriptione capitis bonae spei p. 410. sqq. vbi et de aliarum gentium ritu simili. Ἰκέται saltantes Damascenus haeresi 87. Montfauconus p. 183. epistol. De saltationibus veterum Graecorum, Romanorumque multa docebunt Lucianus singulari libello de hoc argumento, Athenaeus in Dipnosophisticis XIV. p. 628. sq. Schol. Homeri Iliad. π. 617. Plutarchus IX. vlt. Symposiac. Ammonius in κέρδαξ. Suidas in νῶτια, ζυφίτιμος, et ὄρχησις. E recentioribus Stuckius III. 21. Conuiuial. Io. Meurfius in Orchestra tomo 8. thes. Gronouiani recusa, siue libro de saltationibus Graecorum: Iul. Caesar Bulengerus in libro de Theatro, Scaliger lib. 1. Poë-

¹² Saltationes aduersus Aristidem laudandas in se suscepit Libanius tom. 2. p. 478.

tices cap. 18. Petrus Faber lib. 1. Agonisticon cap. 12. Petrus Taffinus, lib. 1. de ludis saecularibus cap. ultimo, tomo VIII. Antiqu. Romanarum p. 565. Frider. Lindebrogius ad Terentii Adelphi *vestim ductans* p. 618. Wolfg. Lazius X. 12. de republica Roman. Daniel. le Roy ordeelkundige aanmerkingen over de dansseryen zo der oude als later volkeren, Roterod. 1722. 8. Petrus Bonnetus in historia saltationum sacrarum profanarumque, Gallice edita Parisiis 1724. 12. Petrus Ioannes Burettus in dissertat. insertis Tomo secundo memoriarum academiae Inscriptionum pag. 120. sqq. Tractatus de origine saltationis in l'Extraordinaire du Mercure Galant T. X. p. 191. et T. XI. p. 3. et 62. Petrus Antonius Caietanus in dialogo italico de saltationibus veter. qui exstat T. XXXVI. collectionis opuscul. scientificor. et philologicor. pag. 1. sqq. Praecipue Menetrius in libro gallico de ludicra pugna equestri vel pedestri, saltatione publicisque spectaculis, paullo ante citato, et altero de saltationibus et choreis musicis veteribus ac recentibus, Paris. 1682. 12. Octav. Ferrarius elector. II. 5. vbi illustrat locum Liuii VII. 2. quem male sollicitauerat Salmasius ad Vopisci Carinum. De Pantomimorum saltatione agunt Vossius lib. 2. Inst. Poëticarum et Baylius in Lexico voce *Batyllus* et Benedictus Aueranius diss. 16. 17. 18. ad Boethii epigramma lib. 1. Anthologiae p. 23. De saltatione armata, quae pyrrhicha dicebatur, Ammianus XVIII. 7. et Bellonius lib. 1. obseruationum cap. 20. Modulatam et inter se conuenientem in armis saltationem a Curetibus et Corybantibus repertam scribit Prosper in Chronico p. 689. De pilari saltatione Nicol. Abramus ad illud Ciceronis in Pisonem c. 10. *ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat.* T. V. Graeuii p. 640. De ludicra saltatione super vtres plenos et extrinsecus vnctos vide interpretes ad haec Georgic. II. 384. *Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.* Mercurialem II. 11. artis gymnasticae. Licetum antiquo schemate gemmarum annularium p. 258. sq. Montfauconum T. 3. supplementi p. 182. tab. LXX. De saltatione satirica in scenis Graecorum Casaubonus lib. 1. cap. 4. de poesi satirica. De ritu saltandi in nuptiis Lampius ad Psalm. XLV. p. 531. sq. De chorea S. Viti, conuulsionis genere, Barthol. Martini, Glaronensis, dissertatio Argentorati 1730. et commercium Norimbergense p. 22. *ὄρχησις ναυτικώτερα* apud Theodorum Prodromum II. p. 58. Ori et scopae, aues quae saltantes quum vident capi se patiuntur, Athenaeus IX. p. 391. *Βαββίσιον* Athenaeo VIII. p. 362. et Eustathio ad Iliad. π. p. 1051. est *κωμάσιον, χορεύειν*. Glossar. *ballare, saltare*. Vide Cangium et Anonymum Anglum de cymbalis cap. XX. XXI. p. 298. 326. Inde einen Ball geben. Inde *βαλλισμός*. Panegyris *βαλλητός* apud Athenaeum IX. p. 406. 407.

De funambulis, ¹³ schoenobatis, neurobatis, cremnobatis, siue oribatis praeter Barthium V. 19. Aduersar. Bulengerum cap. 62. libri de theatro, Iac. Godofredum ad veterem expositionem Mundi pag. 20. sq. Bzouium ad A. C. 1322. n. 34. et Franciscum des Camps in dissertatione ad numum Antonini Caracallae apud Sponium in libro gallico Recherches de l'antiquité p. 407. sqq. Nicephorum Gregorum VIII. 10. Weitzium ad Prudentium p. 666. Wowerium ad Sidonium p. 489. sq. Bonnetum in historia saltationum p. 94. sq. ad eunda singularis diff. Gabr. Grodeckii, Professoris Gedanensis, τοῦ μακαρίτου, cuius argumentum prolixè recensetur in nouis litterariis Maris Baltici A. 1702. p. 356. sq. et Dauid. Clerici dissertatio de variis funambulorum generibus, ad calcem eius quaestionum sacrarum Amstelod. 1685. 8. p. 355. Bonosi aenigma apud Salmasium pag. 743. ad Vopisci Proculum: *Vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* Diodorus Siculus p. 385. excerptor. Peirescii: νευροσπαστεῖν καὶ δι' αὐτοῦ κινεῖν ζῶα πεντάπυχα κατὰ ἄργυρα καὶ κατὰ χρυσα instituit Rex Antiochus Cyzicenus aliis etiam θαυματοποιῶν de-
ditus. Meminit et Nicephorus Gregoras VIII. 10. Hist. De variis θαυματοποιῶν ¹⁴ et ψηφοπαίκτων ¹⁵ apud veteres generibus et praestigiis, operae pretium

¹³ Menagiana Tomo 2. p. 194. *M. Vaillant m'a dit que l'on voyoit des Saltimbanques ou Danseurs de corde sur des medailles, et sur tout qu'il y en avoit une belle que les Corinthiens avroient fait frapper à Caracalla, ou on les voyoit tres bien representez.* Quintilianus II. 13. *Ab illa praeceptorum orbita declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem.*

¹⁴ Apud S. Chrysostrum homil. 19. ad populum Antiochenum (p. 196. 197. T. 2. edit. nouae) singularis exstat locus de eiusmodi θαυματοποιῶν, quem adscribere iuuat: ἐννοήσωμεν τίνα ὁ διάβολος ἐπέταξεν etc. *Cogitemus, quae diabolus imperarit, quam laboriosa, quam grauiam, nec difficultas fuit eius mandatis impedimentum. Quid enim quaeso difficilius sit, quam quum quispiam iuuenis volentibus se emollire et membra sua torquere (λυγίζων) se ipsum tradens, sedulo contendat rotae more totum flectere corpus, et in pavimento versari, et per oculos et per manuum circumductionem et aliam reuolutionem in femineum genus transire conatur, nec eorum quae sunt difficultatem, nec ex iis ignominiam ratiocinetur. In orchestra rursus eos qui pertrahuntur, et velut alis, membris vtuntur corporeis, quis non admiretur? Gladios autem alternatim in aerem iaculantes, et omnes rursus per manubrium capientes quem non confundunt, nullum pro virtute laborem suscipere volentium? Vel quid de iis dicatur viris, qui perticam in fronte gestantes, velut arborem in terra radicatam sic immotam conseruant? Nec hoc solum est admirabile, verum et id quod puerulos paruos in summo ligno inter se luctari faciunt, et neque manus neque alia corporis pars sed frons sola omni vinculo firmitus illam perticam gerit inconcussam. Alter rursus supra funem angustissimum ambulat cum tanta securitate, cum quanta qui planos campos percurrerint. Veruntamen haec quae et cogitatu intolerabilia esse videntur, facta sunt arte possibilia.* Similia non apud Sinenses solum sed etiam recenti memoria inter nostros visa Germanos. Vide Iacobi Leupoldi theatrum staticum p. 7. sqq. tab. 2.

¹⁵ Hi ψηφοπαίτες dicuntur auctori quaestion. ad Antiochum quaest. 125. Vide Athanasium

tium esset diligentius exponi, quae breuiter innuit If. Casaubonus in Casaubonianis p. 52. sq. De Petauristis Franciscus Philelfus XX. Epist. 13. De iisdem, Ephalmatoribus, Petaminariis, Parabolis, Saltatoribus, Orchestopolis, et Orchestopolariis Salmasius in Commentar. ad Solinum p. 986. edit. Parisiensis. De elephante funirepo siue per catadromum decurrente meminit Dio Cassius et Suetonius in Nerone cap. XI. Specimen artis ludicrae hominum super alios assurgentium pyramidis forma, atque iterum celeri saltu desilientium de qua Claudianus meminit de consulatu Mallii Theodori v. 320. sq. Venetiis se non sine voluptate spectasse testatur ¹⁶ Addisonius, atque Dresdae spectantium se oculis obtulit A. 1719. inter sollemnia connubii Principis filii Regii et Electoralis, nunc Augustissimi Poloniarum Regis et Nouemuirii Saxonici *Friderici Augusti* cum *Serenissima Maria Iosepha* Austriaca. Aliud magis etiam mirandum describitur in splendore vrbis Venetiarum pag. 364. Tomo 5to thesauri Italiae parte tertia. Verba Claudiani haec sunt:

*Vel qui more auium sese iaculantur in auras,
Corporaque aedificant celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer amentatus in arcem
Emicet, et vinctus plantae vel cruribus haerens
Pendula librato figat vestigia saltu.*

Petaminarios, velut propter similem volatui agilitatem vocat Iulius Firmicus VIII. 15. et Saluianus VI. p. 174. de prouidentia, vbi vide Rittershufii notas pag. 190.

De oscillationis ludo (*Schauffeln*) vide Barthium ad Britonem p. 309. et B. Franckensteinii dissert. de nouo Anno, corollar. 4. De *ὀρνιθοτοξοβολία* (*Bogelschiessen*) Iliad. ψ. 855. Aeneid. V. 488. Paulli Christiani Gilberti diss. Lipsiae 1714.

X. Theatrum Atticum succincte describit Potterus lib. 1. Archaeol. Attic. p. 34. sq. De Comoedia apud Graecos maxime Athenienses, veteri, media et noua videnda prolegomena Graeca ad Aristophanem et quae Terentii editioni Lindebrogianae, Schreuelianae, vel Parisiensi in vsum Delphini praemittuntur, tum Gatakeri notae ad Marcum Antoninum lib. XI. cap. 6. Ionius de scripto-

lium T. 3. p. 298. *Cauculatores* venefici non *ἰηροπάται*. Vide Cangium p. 278. ad Alexiadem. *Caucus*, *cauculus*, vasculum, seiphus. Cotelerius Tom. 2. monumentor. pag. 656. sq.

¹⁶ Hist. des Ouvrag. des Savans A. 1705. p. 443. Idem Addisonius popellum machinarum gesticulantium in theatriidiis solitarum praesentari lepido carmine heroico descripsit, quod exstat in Musarum Anglicarum analectis T. II. p. 243-346. Oxonii 1699.8.

scriptoribus historiae Philosophicae p. 27. sq. Anonymi libellus de varia Ludorum, Theatrorum, scenarum ac scenicorum antiqua consuetudine, qui exstat tom. 8. Antiquitatum Graecarum, Menagius in diss. ad Heautontimorumenon Terentii, vbi etiam de scenis ductilibus ac versatilibus: Boinuini diss. de ludis theatralibus veterum et differentia theatri Graeci et Romani in memoriis academiae Inscriptionum T. 2. p. 174. sqq. et in memoriis Treuol- tinis A. 1709. mense Ianuario p. 28. sq. vbi etiam p. 39. refertur altera diss. de Ludis speciatim Olympicis. Julius Caesar Bulengerus lib. de Theatro, vbi praeterea habes de *Odeis*, de quibus Pamelius ad Tertullian. c. 42. de Resur- rectione, Galenus tom. 5. edit. Basiliensis p. 468. Potterus I. 1. Archaeol. At- tic. c. 8. p. 30. vbi eius sciagraphia. Tum de *Echacis*, de quibus videbis Kir- cherum in Phonurgia p. 70. sq. et Musurgiae lib. 9. c. 4. p. 283. de *Pegmatibus* siue *pulpitis*, quas confixiles machinas vocat Apuleius, ad Lipsium c. 22. de Amphitheatro. Vide et si placet quae de Theatris viri docti ad Vitruuium lib. V. et ad Alex. ab Alex. IV. 25. De versatilibus et *περιάκτοις* scenae machi- nis Salmasius de modo vsurarum p. 296. sq. De scenarum tragicarum, comicarum et satiricarum ornatibus agit Vitruuius V. 8. et VII. 5. De scenicorum locatoribus Georgius, Bibliothecarius cardinalis Imperialis A. 1728. dissertationem edi- dit, insertam volum. XIV. collectionis opusculorum scientificorum et philo- logicorum.

De *Mimis* siue planipedibus, qui centunculis amicti verbis et sententiis agerent (Mimici scurrae, Salmas. ad Vopisci Aurelian. c. 42.) et de *Pantomimis* siue ludis *ὀρχηστῶν* actoribus et histrionibus qui clausis faciebus loquente gestu et saltatione murti omnia exprimerent et verba manibus expedirent, (ho- die *Mattacini*) quales fuere Pylades, Hylas, Bathyllus, Caramallus, Phaba- ton etc. non indiligenter agit Vossius in Poëticis suis, Julius Caesar Bulenge- rus de Theatro, Sirmondus p. 261. sq. ad Sidonium et Salmasius ad Solinum et Vopisci Carinum c. 19. Vide et de illis *γελοιοποιῶν* et *ἀρχίτων ὑποκρι- τῶν* Paullum Voëtium p. 161. ad Herodian. Woweranum ad Sidonium p. 488. sqq. atque Octauium Ferrarium lib. 2. c. XI. elector. Mimorum petulantiam et impudicos gestus detestantur Plutarchus VII. 8. sympos. p. 712. Cyrillus Hierosol. 1. Mystagog. c. 4. ad quem locum consulendae Millesii notae. Me- minit et Augustinus lib. 2. c. 11. de ordine, tomo 1. p. 487. M. Calliachi de Mimis et Pantomimis Patav. 1713. 4. edente Iacobo Facciolato, et Octauii Fer- rarii de pantomimis et mimis dissertatio postuma lucem vidit Guelpherbyti 1714. 8. curante Rev. Abbate Ioanne Fabricio. De *Samardacis* vide notas Be- nedictinorum ad Augustini III. 38. contra Academicos. Confer etiam librum gallicum Recherches historiques et critiques sur quelques anciens spectacles,

et particulièrement sur les Mimes et sur les Pantomimes, Parisiis 1751. 12. Ioan. Weaueri History of the Mimes and Pantomimes, with an historical Account of feveral Performers in Dancing, liuing in the time of the Roman Emperors, Londini 1728. 8. De Mimis et Pantomimis veterum Germanorum Sammleri commentatio exstat volumine octauo des neuen Büchersaals der schönen Wissenschaften und freyen Künste pag. 327. De eo, quod iustum est circa ludos scenicos Elias Aug. Stryckius dissertationem edidit Kiliae 1713. Adde Io. Schmidii dissertationem, de moralitate ludorum scenicorum, Lipsiae 1683. Eos in republica non esse tolerandos censet Ioan. Beni. Konhardus in dissertatione de scenicis in re publica Christiana non tolerandis, Lipsiae 1715. et nouissime Io. Iacob. Rousseau in epistola ad Alembertum gallice edita Amstelodami 1758. 8. Contra quem ludos scenicos defendit L. H. Dancourt, artifex scenicus, in libello gallico: *Arlequin* ¹⁷ de Berlin à Mr. J. J. Rousseau, Amstelod. 1759 8. Io. Georg. Altmanni praelectio litteraria pro comoedia et ludis theatralibus exstat Tempe Heluetic. tomo III. p. 394. sqq. De spectaculorum turpitudine conqueruntur veteres scriptores christiani laudati a B. Kortholto ad Tatianum pag. 161.

De variis fabularum siue dramatum generibus, Atellana, cuius exodia etiam defaltata non tamen ab ipso Atellano siue *Vrbico* qui pronunciabat, et vrbanitate ac iocis populum detinebat, vt Tragici et Comici canebant, sed ab histrione. De Rhintonica: aliisque apud Scaligerum de re poëtica, Iosephum Trappium in praelectionibus poeticis, vol. 2. p. 195. sqq. Batteusium in encyclopaedia litterarum elegantiorum (cours des belles lettres) Tom. 4. p. 260. sqq. edit. Paris. 1750. 8. Ecphantium de Comoediae constitutione, Franciscum Hedelinum in opere Gallico de theatro, quantum satis est, videre licet. De Tragoediae constitutione, origine ac progressu apud Graecos quidem egit Iosua Barnesius in prolegomenis ad Euripidem. Apud Romanos Martinus Delrio in prolegomenis ad Senecam Tragicum. Longe diligentius autem et accuratius, elegantiusque hoc argumentum pertractare instituerat antiquitatis omnis peritissimus Ezech. Spanhemius, cuius Librum de Tragoediae veteris constitutione fato eius interceptum dolemus. De ludorum scenicorum apud Romanos origine illustris locus Liuii VII. 2. De Romanorum spectaculis generatim agit Samuel Koenigius in dissertatione, quam Arbuthnotii tabulis antiquorum numerorum inseruit. De actoribus et spectatoribus fabularum exstat praeclarus liber Alberici Gentilis.

XI. Ludis cognatus est *Luxus*, apud Graecos pariter et Romanos rebus florentibus magnus satis et insolentissimus. De Hebraeorum opibus licet coniecturam

¹⁷ P. G. Z. 1759, p. 929. Hamb. Anzeigen und Urtheile 1760, p. 41.

ieſturam facere ex theſauris Dauidis, quorum mentio fit i Paralip. XXII 4. et XXIX. 4. 7. et ex redditibus annuis Salomonis i Reg. X. 14. Confer Aug. Calmeti diſſertationem T. 2. p. 615. ſqq. ſur. les richesses, que David laiffa à Salomon. Iudaeorum luxum aliquot locis perſtringunt in ſcriptis ſuis Propheetae, quanquam nemo, quod ſciam, ſingulari diligentia hoc argumentum e recentioribus illuſtrauit. De luxu Graecorum praecipue in cibo et potu librum Stephani Nigri memorauimus ſupra c. XIX. 8. p. 872. et de luxu Romanorum, Meurſii libellum et Georgii Hackewillii obſeruaciones nec non Stanislai Kobierzyckii librum, in quo Romanorum opum admiranda copia, veſtium ſplendor, aedificiorum magnificentia et conuiuiorum luxurioſi apparatus proponuntur, eodem cap. XIX. 8. p. 888. quibus addendus Hadrianus Iunius IV. 8. 9. Animaduerſionum. Facit etiam huc quae diſputat Tertullianus c. 5. de pallio, et pars non contemnenda operis Iuſti Lipſii, quod in 4. Libros diſtributum, Admiranda, ſiue de magnitudine Romana inſcripſit, cuius generis admiranda Iudaica, Aegyptiaca, Iberica et Gallica quoque molitum ſe teſtatur centur. 4. Epift. 64. Tangit quoque illud argumentum Benedictus Auernanius diſſert. ſecunda et tertia in Liuium quae eſt de luxu in conuiujs. *A voluptatibus nouum officium inſtituit Tiberius praepoſito equite Romano T. Caefonio Priſco*, Suetonius in Tiberio, c. 42. ad quem locum confer Burmannum. Ad Lipſiani operis imitationem, quod et ſeparatim et inter alia eius ſcripta plus ſimplici vice vulgatum eſt, de magnitudine Eccleſiae Romanae, vt obiter hoc notem, libros duos edidit Thomas Stapletonus, in quibus non ab re Caſaubonus in Caſaubonianis p. 49. carpit, quod Romanae Eccleſiae tribuit quae ſunt Eccleſiae vniuerſae Chriſtianae. Vincentius vero Contarenus c. I. de frumentaria legatione affirmat ſe varias lectiones ad editionem paratas habere, quibus a Lipſio interdum diſſentiat. *Cogent agmen, inquit, libri de falſa magnitudine Romana, quibus admiranda oppugnabo, et illos praecipue gigantum more congeſtos auri montes non fulmine, ſed ſolo veritatis fulgure diſiciam.* De luxu Romanorum circa margaritas et gemmas diſputat Martinus Schookius Orat. XX.

XII. De *aedificijs* antiquis et origine ac progreſſu *Architecturae*, multa ad Vitruuium viri docti annotauerunt. De inſanis ſtructionibus Aegyptiorum videndus Kircherus in Oedipo Aegyptiaco. De iisdem et alijs mirandis antiquorum operibus Petrus Bellonius libris tribus, recuſis T. VIII. theſauri Gronouiani p. 2530. et Io. Seruilius in libro primum Lubecae 1600. 4. edito, et deinde infero tomo primo theſauri Sallengriani. *Architecturae ſacrae ſpecimen* ex locis Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. Frider. Mullerus dedit, Giſſae 1664. Conſulantur etiam Sam. Reyherus in matheſi Moſaica. Io. Bernh. Wi-

deburgius in mathesi Biblica, Bernh. Lamius de Hierosolym. et templo. De domibus Hebraeorum habemus Calmetii dissertationem inter eius Biblicas. De Graecorum videatur Feithius antiquit. Homeri lib. 3. c. 11. et Meursius fortun. Attic. c. 3. De priscis Romanorum aedificiis I. E. I. Walchius appendice quinta ad Cellarii compendium A. R. p. 633. De Romanorum domibus Iulius Minutolus dissertatione quarta antiq. Roman. tomo 1. thesauri Sallengriani p. 71. Idem dissertat. quinta et septima eod. tomo 1. thesauri Sallengriani, p. 100. et 147. agit de templis et aedificiis iudicialibus. De aedificiis Etruscorum agit Antonius Franciscus Gorius parte tertia musei Etrusci, et Ioan. Passertatus in dissertatione quinta eidem parti tertiae Musei Etrusci adiecta. De altitudine antiquorum aedificiorum, parietum crassitie, et spatio inter aedes vicinas Briffonius lib. 1. c. 1. sq. antiquitatum iuris, Iacob. Belgradius vol. IV. symbolar. litterar. A. F. Gorii p. 129. sqq. et Io. Georg. Estor opuscul. parte III. sect. 1. De Graecorum Romanorumque *Architectis* Franciscus Iunius in Catalogo artificum. De luxu Romanorum in aedibus publicis priuatisque, Lipsius de magnitudine Rom. Hackewillius et Kobierzichius supra iam laudati. De templis quoque et Amphitheatris plures supra scriptores a nobis memorati sunt. De aliis aedificiis publicis, vt *curiis*, *coenaculis*, *basilicis*, *palatiis*, *armamentariis*, *porticibus*, *arcubus*, *turribus* aliisque vide Bergierium libro V. de viis Imperii Rom. c. 8. tom. X. Graeuii. De palatio Caesarum exstat Francisci Bianchini opus postumum italice et latine editum per Iosephum Bianchinum, Veronae 1738. fol. Io. Petri Bellori veteres arcus Augustorum triumphis insignes restituti et illustrati prodire Romae 1690. fol. Arcus L. Septimii Seueri, aeri incisus cum explicatione Ios. Mariae Suaresii, Episcopi Vasionensis, Rom. 1676. fol. Eiusdem Suaresii de foraminibus lapidum in priscis aedificiis, Lugd. 1652. 8. De arcu triumphali Imperatoris Traiani, qui Beneuenti fuit, vide Ioannem de Vita in antiquitatibus Beneuentanis dissert. X. cap. 1. p. 253. sqq. Omittimus quae de turribus veterum ac recentiorum collegerunt auctores theatri vitae humanae et B. D. Mayerus in Museo Ministri Ecclesiae. De septem *turribus* vocalibus CPolitanis Meursius ad Hefychium illustrem p. 237. sq. et Cangius in CPoli Christiana. De Sinensium vegrandi turri e terra porcellana, prope vrbem Nanquinesem, Lud. de Comitibus in memoriis Sinensibus Gallice editis tom. 1. p. 111. sq. De *salis* quae sunt turres rotundae fastigio formam oui referentes, Octavius Ferrarius II. 15. electorum. De *Pontibus* omnibus generis, antiquis et recentibus, videndus H. Gautierius in libro ¹⁸ singulari gallice edito Parisiis 1716. 8. et recuso ibid. 1723. 8. et

¹⁸ Journal des Savans 1716. Tom. 2. p. 289. sq. 1718. p. 137. Memoires de Trevoux 1718. Aug. p. 333. 1719. Febr. p. 325.

et Iacobus Leupoldus in theatro pontificali, *Schauplah der Brücken*, Lipsiae 1726. fol. De ponte Aelio Hadriani Montfaucon T. IV. supplementi tab. XLI. De ponte Traiani Imperatoris super Danubium Lud. Ferdinandus Marfillius in epistola inserta tomo secundo thesauri Sallengriani p. 958. Mille pedum pons apud Plinium IV. 1. Histor. naturalis. Pons nexus ex funibus simul et nauibus, vide Historiam Miscellam 18. 25. De pontibus duobus Xerxis, Hellesponto impositis, Harduinus ad Themistium pag. 450. sqq. De aggeribus et pontibus in mari structis Petrus Bertius, Paris. 1629. 8. et tomo secundo thesauri Sallengriani p. 917. De *partibus aedium*, liber lectu non indignus Francisci Marii Grapaldi lucem vidit Parmae 1506. 4. recusus Basil. 1533. 4. et Lugd. 1535. 8. Adde Dan. Heinsium ad Silium Italicum pag. 542. edit. Drakenburgi. De *Diaeta* Marcus Vellerus in epistola ad Solerium de pileo p. 571. Christ. Vlr. Grupen de vxore Romana praefat. b. 3. De *tectis* Hebraeorum et aliarum gentium, Theodori Batti diss. Witeb. 1697. et Dav. Millii dissertatio, Ultraiecti 1727. De tecto Sabbathi coniectura Rhenferdi prodiit Franequerae 1707. De *tegulis* bipedalibus et sesquipedalibus Fabrettus p. 511. ad Inscriptio- nes veteres. De *atriis* Vitruuius lib. VI. 4. 8. Io. Balth. Beyschlagius binis dissertationibus Witeb. 1691. Pignorius et Popma de feruis atriensibus. De *ianuis* veterum Stuckius II. 30. Antiquitatum Coniualium et singularis liber Casparis Sagittari *τοῦ μακαρίτου* Altenburg. 1672. 8. et tomo VI. Graeuii, vna cum ipsius analectis Ienae Anno 1694 8. editis ad Clariss. Almelouenium qui in coniectaneis Amst. 1686. p. 147. sq. nonnulla ad Sagittarii librum monuerat. Vide et Salmasium ad Solinum: Borremansium c. IX. Var. Lect. et icones binas ianuarum, appositis iconibus Fortunae pro felici itu et reditu, tomo X. Graeuii p. 780. De *specularibus* siue *fenestris* non e vitro sed e lapide speculari quibus excludebatur frigus, admisso die vide Octauii Ferrarii electa p. 42. Ioannis Oldermanni dissert. de specularibus veterum, Helmst. 1719. Io. Christoph. Harenbergii dissertationem insertam nouo thesauro Theologicophilologico tomo secundo pag. 829. sqq. et Ioan. Guil. Bergerum eclogar. Corsic. parte 2. p. 71. sqq. Alia quibus vsi sunt veteres enumerat Io. Tzetzes Chiliad. IX. versu 317. sq. *ἄελον, πέτραι* et *δοράς*, *vitrum, speculares lapides et pelles*. Atque hodie etiam loco vitri quibusdam locis pelles, alibi vt Goae ad admittendum diem adhibentur testae ostrearum. Ex humana cute fenestras sibi parasse quendam Persarum regem ex Oribasio et Auicenna notat Honoratus Niequetus physiognomiae humanae lib. IV. cap. 2. De *casis* Sauro ad Sidon. VII. 17. Bourdelotius ad Heliodorum p. 25. sq. Congestum cespite culmen pauperis tugurii memorat Virgilius Eclog. 1. 69. quales domos in Suecia et Moscouia describit Huetius commentar. de vita sua pag. 100. De casis Nigritarum vide

Labatum tomo sec. itiner. p. 311. Veterum aedificandi rationem esse recentiorum rationi praeferendam ostendit Robertus Morris of Twickenham in essay in defence of ancient Architecture, or a parallel of the ancient buildings with the modern. Londini 1727.

XIII. De ritu primum lapidem fundamenti sollempniter ponendi in aedificiis publicis, peculiarem libellum edidit Carolus Ancillonius, de quo Nouellae reipublic. litterar. A. 1701. Tom. 2. pag. 457. et Ioannes Georgius Eccartus in excerptis librorum mensuris Germanice editis Anni 1702. p. 41. Adde Petersburgische Anmerkungen 1729. p. 153. sqq. De sollempnibus in primo lapide instaurati Capitolii Tacitus Histor. IV. 53. De publica caerimonia, qua vrbes condebantur, Christ. Lud. Crellius dissertationem edidit Lips. 1731. De hortis pensilibus veterum Philo Byzantinus cum notis Leon. Allatii T. VIII. thesauri Gronov. p. 2649. Seruilius de mirandis antiquorum operibus lib. I. c. 73. De hortis veterum Hebraeorum vide Io. Ioach. Schroederi dissertationem, Marp. 1722. et Hilleri hierophytic. pag. 92. De hortis Romanorum Schroenius de rebus rusticis et oeconomicis sect. 6. cap. 1. Alexand. Donatus de vrbe Roma lib. 3. cap. 23. Io. Frid. Christius in Villatico excursu 8. De viuariis, piscinis, granariis, cellis, modisque vina, aliaque potus genera et cibos seruandi vide Stuckium II. 10. Antiqu. Coniual. p. 169. sq. De macellis et popinis id. II. p. 174. sq. et Ioan. Wunderlich vol. III. actor. societatis latinae Ienensis p. 267. sq. De tricliniis diximus supra XIX. 3. p. 875. De diuersoriis stabulisque veterum Stuckius lib. I. c. 28. De Turcorum *Carbachariis* ad excipiendos peregrinantes Petrus Bellonius lib. I. obseruat. c. 59. De pistriinis molisque aquariis, manuariis, trusatilibus, asinariis Saluagricus Boeffius ad Ouidii Ibin p. 113. 114. Frid. Lebr. Goetzius in libello de pistriinis veterum cum prolegomenis de molis Cygnaeae 1730. 8. Antipatri Thessalonicensis epigramma in molam aquariam T. 3. memoriar. academiae Inscriptionum p. 391. sq. Henelius cap. 44. otii Vratislaviensis. De la Mare in opere Gallico de la Police lib. V. tit. 9. Memoires de Trevoux A. 1711. p. 400. Ioan. Phil. Treunerus in dissertatione de molis, Ienae 1695. Car. Ludov. Hoheiselius in dissert. de molis manualibus veterum, Gedani 1728. H. Iones Abridgment of philosophical Transactions T. V. 2. p. 38. De genere molendinorum, quae Hispani trapichas vocant, vide ephemerides eruditas A. 1716. II. pag. 392. Alia in obseruationibus miscell. T. 3. p. 356. sq. et Leonh. Christoph. Sturmii vollständige Mühlbaukunst, Aug. Vindel. 1718. fol. De Amontonis pistriino caloris vi agitato Acta Erudit. 1704. p. 157. De mola philosophica triturando auro Acta naturae curiosor. Decade I. anno 3. p. 87. De mola ad triturationem
miscel-

miscellanea Berolinensia T. I. p. 325. De molendinis pulueri pyrio conficiendo Acta Eruditor. 1710. p. 467. Varia alia molarum genera exhibentur in Leopoldi theatro machinarum. Myletem primum docuisse fruges molere narrat Pausanias in Laconicis p. 260. Lesbiae feminae cantilena ad molam, ἄλει, μόλα, ἄλει, καὶ γὰρ πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μυτυλήνας Βασιλεύων, mole, mola, mole, nam et Pittacus molit magnae Mytilenae Rex exstat apud Plutarchum in conuiuio septem sapientum p. 157. E. De aquaeductibus Urbis Romae, Frontinus et Fabrettus, tomo IV. Graev. Io. Chiffletius de aqua virgine, fonte Romae celeberrimo, Antwerp. 1662. 4. et T. IV. thesauri Graeuiani p. 1779. et Georg. Christ. Maternus de Cilano in commentatione de aqua virgine, ingenti aedilitatis opere Marci Agrippae, Altonae 1754. Aquaeductus Segouiani in Hispania descriptionem habes apud Montfauconium T. IV. supplementi p. 102. sqq. tab. XLIII. Metensis ibid. p. 105. tab. XLIV. De aquariis fistulis siue aquarum per tubos meatibus Barthius p. 377. ad Claudianum Mamertum. De canalibus ¹⁹ ac fossis Bergierius IV. 44. sq. de Viis Romanor. De portibus Italiae idem IV. 49. et Henninius in notis tom. X. Graev. p. 791. sq. De foris Alexander ab Alex. II. 12. et Minutolus Romae antiquae dissert. septima. De cloacis Lipsius in Admirandis, et Bergierius lib. 2. c. 29. De luxu et artificio veterum in pauimentis ac parietibus, confer Vitruuium VII. 1. Plinium H. N. XXXVI. 25. Marci Velferi opera p. 397. sq. Ioan. Ciampinum in veteribus monumentis praecipue *musiuis* operibus et sacrarum profanarumque aedium structura, quod opus recensetur in Actis Erud. A. 1690. p. 414. et in Ephemeridibus Parmensibus eiusdem anni p. 109. Iacob Sponium in libro gallico: *Recherches curieuses d'Antiquité*, dissert. secunda, vbi de pauimento vermiculato Lugdunensi. De pauimento Romano Ioan. Pointer, vide A. E. 1715. p. 315. sq. Pauimentum musium Praenestinum post Kircherum et Franc. Barberinum edidit illustrauitque Montfauconus T. IV. supplementi. Aliud singularis generis exhibetur in philosophicis transactionibus N. 324. 351. (Benjamin Motte T. II. 2. p. 79.) aliud N. 402. A musiuo opere diuersa *sectilia* pauimenta siue λιθόστρωτα, vide Graeuium ad Suetonium p. 783. et Casaubonum ad Caesarem Suetonii c. 46. Adde quae de musiuis ac tessellatis operibus (μουσοσίκτους εἰκόνας vocat. continuator Theophanis in Constantino Porphyrogenito p. 81. vide et p. 90.) interpretes ad cap. 1. libri Esther, et ad illa Cassiodori lib. 1. Epist. 6. *discolorea crusta marmorum gratissima picturarum varietate texantur*. Nazianzenus Orat. XVI. p. 248. Procopius lib. 1. de aedificiis domus Iustiniani cap. 10. et de bello Gothico lib. 1. cap. 24. Leo Ostien-

fis

¹⁹ In memoriis Treuoltinis A. 1708 p. 147. exstant coniecturae R. P. de Colonia super tabulis antiquis plumbeis repertis in Rhodano non procul Arelate.

sis III. 29. Io. Jac. Breitingerus ad antiqua monumenta Tigurina, tomo septimo amoenitatum litterar. p. 7. sqq. et tomo nono p. 823. sqq. Guil. Goeree in Antiquitatibus Biblicis Belgice editis, Salmasius ad Plinium p. 1214. Casaubonus ad Pescennium Spartiani, Scaliger ad Manilium lib. V. v. 513. Patavius ad Themist. pag. 575. sq. et Henninius ad Bergierium de viis Romanorum, tomo X. Graecii 673. 680. sq. Vide etiam Claud. Barthol. Morisoti centur. I. epistol. 5. Franciscum Scorsum ad Theophanis Ceramei homiliam LV. pag. 591. sq. Valesium ad Ammian. XXVIII. pag. 528. Sirmondum ad Sidonium p. 259. vbi de *asaroticis lapillis*. Statius I. Silv. 3. 55.

nitidum referentes aere testae

*Monstrauere solum, varias vbi picta per artes,
Gaudet humis, superatque nouis asarota figuris.*

De vitreis quadraturis aliisque ornamentis, quibus parietes inducebantur, Salmasius ad vitam Firmi a Vopisco scriptam pag. 442. sqq. qui etiam pag. 451. de parietum coloratoribus. Parietes crustis marmoreis et in modum picturae variegatis praetexti. Vide Petronium Burmanni p. 552. De musiuo opere in templis Christianorum vide Binghamum origin. Ecclesiastic. lib. 8. c. 8. §. 5. De arte constellandi et ferruminandi aurum, *eingelegte Arbeit*, Salmasius ad Histor. August. Petronius Burmanni p. 127. Casaubonus ad Athenaeum XI. 20. Idem et Pitiscus ad Suetonii Augustum c. 7.

XIV. De Caminis, fornacibus ²⁰ carbonibus et scabello muliebri, quo pedes calefaciebant, consules Neocorum ad Suidam in *ἀσκαβος*, Scholiast. Aristophanis ad Vespas v. 142. Lipsium lib. 3. Epist. ad Belgas Epist. 75. Manutium ad Ciceronis Epistolas ad familiares VII. 10. Sirmondum p. 258. ad Sidonium, Alexandrum ab Alex. III. 14. Philandri notas ad Vitruuium lib. 7. cap. 3. Etymologicum Gerh. Io. Vossii in *Caminus*, Baccium lib. 7. de thermis cap. 16. Cangii Glossarium in *Stuba*. Lindebrogium ad Ammian. XXV. 10. Museum Bremense T. 2. p. 406. De fumariis siue fumi emissariis (vulgo caminis) eorumque vsu apud veteres, Iulianum Misopogone f. 341. Octauium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 9. Auctorem libri Gallici: *Caminologie, ou traité des cheminées*, Diuione 1756. 8. Illis caruisse vulgares aedes contendit Burmannus p. 646. sq. ad Petron. Confer Io. Clericum bibliothec. veter. et nov. T. 13. p. 57. sq. De nostrae aetatis caminis Suecicis videatur Huetius in commentario de vita sua pag. 102. Obseruationes parcendis lignorum sumtibus et securitati ab incendiis exhibet Gauierius in *mechanica ignis*, gallice edita, et

²⁰ Fornacalia farris torrendi feriae apud Romanos. Vide Boëssium ad Ouidii Ibin. p. 113. et Carolum Neapolin ad fastos eiusdem Ouidii p. 85.

et germanice versa ab Antonio Henrico Horstio, Hanouerae 1715. 8. Io. Adolphi Wedelii programmata quatuor de emendatione fornacum vide in Ioan. Antonii Strubergii diario Salano lenae 1720. 8. p. 292. sqq. De cœtilibus carbonibus, titionibus et batillis, eorumque vsu vide notas ad Scriptores Historiae Augustae tomo 2. p. 391. Frid. Hofmanni *Bedenken vom Dampf der Holz- und Steinkohlen* T. 2. der Anweisung p. 542. sqq. Martini Schoockii de turfis siue cespitibus bituminosis librum. Interpretes ad Ezech. IV. 12, 15. Perfas ligni loco vti stercore bouum et camelorum notat Adamus Olearius pag. 595. itinerarii. Cespites bituminosos in carbones conuertere A. 1708. docuit Io. Carolus de Carlowitz, de quo videndus ipse in capite vltimo siluiculturae oeconomicae Lips. 1713. fol. De carbonibus fossilibus (*Steinkohlen*) Bochartus Parte I. hierozoici p. 328. De fornacibus Sinensium Martinius p. 38. Atlantis Sinici. De Persarum Tenuris siue foraminibus rotundis ollarum instar, quae in solo facta prunis ardentibus replent atque ita circum illa assidentes se calefaciunt, vide Adamum Olearium p. 554. itineris Persici. Modum parandi ignis et cereorum eleganter tangit Prudentius V. Cathemerini: *Incussu silicis lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quaerere — — Pinguis quos (ignes) olei rare madentibus Lychnis, aut facibus pascimus aridis, Quin et fila fauis scirpea floreis Presso melle prius collita fingimus.* Chrysostronus T. VI. edit. nouae pag. 305. *tu, quum non apparet ignis, adhibes lapillum et modicum ferri, et excutis de visceribus lapilli, quantum opus est ignis.* Varios modos ignis et luminis alendi vsitatos tangit Baudelotus de Dairval T. II. de vtilitate itinerum pag. 751. Incendii restinguendi artificia recensentur in Thummigii parte quarta tentaminum Physicorum, in ephemeridibus Parisiensibus eruditis A. 1723. p. 432. et A. 1726. p. 484. Memoriis Treuoltinis A. 1725. p. 1619. et 1928. sqq. Historia academiae scientiarum Parisiensis A. 1722. p. 6. Memoriis eiusd. anni p. 194. 211. Actis eruditorum 1724. p. 408. et A. 1725. p. 181. 267. De machina a Zacharia Creyl, Augustano, inuenta, confer *Europäischen Niemand*, XXII. p. 879. sqq. De aqua, quam inuenit Souberaius de Monteforgues, cuius ope vel acerrimus ignis restingui statim possit, vide *freye Urtheile* 1759. p. 408. Veterum remedia recenset Christianus Falsterus T. I. amoenitatum philologicar. serm. 53. pag. 237. sqq. Ad restinguenda incendia et olim vsi sunt siphonibus teste Plinio X. 42. epistol. et Hesychio in *σιφων*. Balneum XII. distinctum tholis, et vnica fornace calefactum describit Ioan. Malala Parte 2. Chronici p. 61. Andreae Baccii Elpidiani Medici libri VII. de thermis et balneis lucem viderunt Venetiis 1571. et nuper ²¹ addito octauo libro A. 1712.

²¹ Giornale d'Italia T. VIII. p. 77.
Vol. 2.

A. 1712. Fol. ex hoc opere liber septimus, qui est de thermis et balneis ²² veterum, recusus legitur tomo XII. Thesauri Antiquitatum Romanarum Graeviani, quemadmodum Io. Baptistae Calalii collectanea de balneis et thermis veterum occurrunt tomo IX. thesauri Gronouiani. Adde Philippum Bonanum in museo Kircheriano p. 161. sqq. Laurentium Ioubertum de balneis antiquorum tomo primo thesauri Sallengriani p. 373. Octavii Ferrarii dissertationes binas de balneis et gladiatoribus iunctim editas a Ioanne Fabricio; Helmst. 1720. et T. V. fylloges opusculor. scientificor. et philologic. p. 443. sqq. nec non T. III. supplementor. Poleni p. 295. Guil. du Choul de balneis et exercitatt. veterum et quae viri docti ad Plinii Epist. V. 6. et Vitruvium V. 10. Bernhardus de Montfaucon T. 3. supplementi antiquitatis explicatae p. 159. sqq. vbi tab. LXII. genius lauacrorum Metelli, et p. 266. diarii Italici, Frid. Gottlieb Struuius de balneis ac balneatoribus Ien. 1704. Ioan. Christ. Fromanni exercitatio de balneis, Coburg. 1659. Io. Langii Epist. Medicinal. lib. 1. 50. sq. Guilielmus Oliuerius in opere anglico de thermis, Londini 1707. 8. Ioa- chim. Kühnius in dissertatione de lotionibus et balneis Graecorum, Argentorati 1695, et in Iulii Caroli Schlaegeri fasciculo dissertation. rarior. de antiquitati- bus pag. 161. De balneo Laconico siue sudatorio praeter Meursium in Miscel- laneis Laconicis II. 18. agit Politianus cap. 38. Misc. Baccius lib. 7. c. 10. de thermis, cui addes Francisci Robortelli explicationem Laconici siue sudatio- nis, quae adhuc visitur in ruina balnearum ²³ Pisanae vrbis (Florent. 1548. 8. et tomo 1. Lampadis Gruterianae p. 1397. sq. et apud Rhodium ad Scribonium Largum pag. 103. sq. et tomo XII. Thesauri Graeviani p. 381.) Vide etiam sis Henricum Noris ad cenotaphia Pisana diss. 3. cap. 2. et Io. Daniel. Schoepflini Alfatiam illustratam T. 1. pag. 538. Iconem balnearum Pisandarum, in quibus distinctum balneum virorum et mulierum, et leproforum habes in diario Ve- neto (Giornale d' Italia) T. XI. p. 204. De balneis Pithecusarum Camillus Eu- cherius de Quintiis singulari libro Neapoli 1726. 4. De Foroiuliensibus Lud. du Four in S. Leontio Episcopo et martyre Foroiuliensibus restituto Auenio- ne 1638. 8. De balneis animarum Lubecensibus exstat Iac. a Mellen dissertatio, Lubecae 1710. De Friburgensibus Io. Gottfridi Leonis; Leucopetrae 1720. 1722. De thermis Tiberiensibus Io. Christoph. Wichmanshausen, Witebergae 1711. Quotidie balneis utebantur, vnde poena grauis, quod Antiochenfium balneas concludi iussit Imperator Theodosius, de quo Chrysofostomus homilia

²² Quoniam balneas quotidie magna multitudo frequentabat, hinc in vsu fuit idola et simulacra Deorum ad cultum in illis collocare, cuius moris meminerunt Talmudici in tra- ctatu Auoda Sara, Tom. 4. edit. Surenhus. p. 467. et 375. 380.

²³ Io. Rhodii epistola ad Nicol. Heinsium T. V. p. 455. fylloges Burmannianae.

14. ad populum Antiochenum T. II. p. 149. sq. edit. nouae, et homilia 17. p. 175. d. De distinctione balnearum pro diuerso sexu agit Petauus in notis ad Epiphanium p. 56. sq. Fuere tamen etiam, in quibus vna lauarentur viri et mulieres. Vide Bandurium ad Antiquitates CPol. p. 849. Balnea promiscua siue mixta vtriusque sexus vetita, Baluzius p. 369. ad Cyprianum de habitu virginum. Beueregius ad canon. 77. Trullan. et 30. Laodicen. Solita in balneis sibi superimponi vasa tria milliaria siue mille et amplius libras aquae capientia, frigidarium, sub hoc tepidarium, et infimum cui ignes suppositus caldarium, quam rem optime illustrat vetus icon e thermis Titi, quam ex veteri collectione Veneta scriptorum de balneis et illustris Paulli Alex. Maffei collectione statuarum antiquarum habes in notis meis ad Sextum Empiricum pag. 30. et in Actis Eruditorum A. 1707. p. 388. licet aliter longe eam sibi conceperit Baccius lib. 7. cap. 9. de thermis, et in altero opere de vinis ac conuiujs antiquorum lib. 4. pag. 178. vbi de thermopoliis. Solium balneorum cum gradibus habes apud Rhodium pag. 464. ad Scribonium, et Almeloueeonium pag. 650. ad Caelium Aurelianum. Sudatorium in transactionibus philosophicis n. 360. Benjamin. Mottii epitome T. II. 2. p. 67. Amoenit. litter. tomo VII. p. 29. De balneis arenosis Acta eruditor. 1720. p. 465. ex Goelickio. Caminorum balnearum meminit Alciphron lib. 1. ep. 23. publicorum et priuatorum id. ibid. vbi vide Berglerum. De balneorum priuatorum vsu Rainoldus Dehnius ad acta martyrum SS. Cosmae et Damiani p. XXI. sqq. Balneis non vsi milites nisi aegri, vide amoenitates litterarias tomo 7. p. 67. sq. De militibus siue equitibus balnei confer Ed. Bissaei notas ad Nicol. Vptonum de studio militari p. 20. sq. et Iusti Christoph. Dithmari librum de hocce ordine Francof. 1729. fol. editum. De balneorum luxu apud veteres Seneca epistola 86. et Lipsius de magnitudine Romana III. 8. De balneariis furibus eorumque poenis Petrus Victorius VII. 17. variar. lectionum. De vnctionis in balneis vsu vide Andr. Christiani Eschenbachii diss. de vnctionibus et vnguentis. De balneorum, frictionis et vnctionis vsu ante cibum Stuckius II. 24. et 25. antiquitat. conuiual. qui de manuum pedumque ablutione etiam cap. 33. De more vngendi pedes Meursius III. 16. animaduersion. parte sec. exercitii critici p. 147. De lotionibus Hebraeorum confer Olai Celsii dissertationem Vpsal. 1727. et Ioannem Buxtorfium dissert. philologic. dissertatione octaua. De iatraliptice veterum Io. Iac. Baieri dissertatio prodiit Altorfii 1723. Strigiles veterum exponit Ioannes Battelus in antiquitatibus Rutupinis, Oxon. 1711. 8. p. 77. sqq. Alexander Adimari ad Pindarum p. 14. et Samuel Pitiscus ad Suetonii Augustum cap. 80. De magdaliis siue absterforiis veterum, et recentium saponibus Bonifacius XIV. 18. Hist. ludicrae. De mantili, siue χειρομακτρω

μάκτρω manibus tergendis, Ioan. Morinus de sacris ordinationibus pag. 226. De vase quod abluendis manibus adhibebant, idem pag. 225. 227. 235. Cangi-
 gius in χέρνιβον, χέρνιβόζεσον etc. De balnearum vsu etiam apud Christianos,
 Benedictini in notis ad S. Ambrosium tomo 2. Opp. p. 22. et Paullus Maria
 Paciaudius in libro de sacris Christianorum balneis, Venetiis 1750. et Romae
 1758. 4. De fellarum perforatarum vsu in balneis, Rhodius p. 280. sq. ad
 Scribonium Largum et Montfauconus in Diario Italico pag. 158. Sedem ta-
 men lapideam, quam stercorariam ²⁴ vulgo appellant, perforatam fuisse negat
 Ioan. Mabillonius commentario ad ordinem Romanum p. CXXI. De sphaeri-
 sterio exstat Frider. Lebegott Pittschelii dissertatio Lipsiae 1740. De ψυχρο-
 λουσία veterum Ioannes Floyer balneorum frigidorum vsum commendaturus
 scripsit anglice: ²⁵ *the History of cold bathing, both ancient and modern in two
 parts. By Sir John Floyer of Lichtfield, Kent, and by Edward Baynard, Londini
 1722. 8. editio quinta.* Burggravius ad Conringium de habitus corporum
 Germanicorum causis p. 269. sqq. et Antonius Cocchius Tomo secundo dis-
 sertationum academiae Etruscocortonensis, pag. 193. Apud Aegyptios et An-
 tiochiaë mos olim de nocte vicos publicos accensis lucernis illustrare, ita vt
 hodie mos fieri Hamburgi, Lipsiae, et aliis in vrbibus. Vide Libanii An-
 tiochicum tom. 2. pag. 387. et Meursium III. 4. animaduersion. parte 2. exer-
 citii critici pag. 113. sq. Graecos et Romanos de illis cogitasse negat Euremon-
 tius in Euremonianis pag. 289.

XV. De statuis et columnis veterum, Romanorum maxime egit singu-
 lari opere *Edmundus Figrelus*, Holmiae 1656. 8. de quo argumento scripsisse
 se testatur etiam Iosua Barnes ad Euripidem tomo 2. p. 72. Fridericus vero
 Mullerus, Professor Giessensis, A. 1664. 4. edidit delineationem librorum XI.
 quos molitus est de statuis Romanorum, et praecipue de natura statuarum qui-
 bus prisca Romani bene meritos honorabant. Videnda etiam Iac. Gronouii
 + *diff. de imaginibus et statuis Principum Lugd. Bat. 1708. Resp. Io. Sam. Stri-
 mesio, Francisci Ficorini dissertatio de columnis antiquis 8000, quae adhuc
 exstant Romae, in nouis litterariis (nouelles litteraires) T. 10. p. 514. et alia
 eiusdem Ficorini de tribus statuis Romae 1739. repertis, in sylloge opuscu-
 lorum scientific. et philolog. T. XXII. p. 491. sqq. Iustini Münch dissertatio
 de statuis veterum Romanorum, Hafniae 1714. Pulcherrima collectio sta-
 tuarum priscae ac recentis aetatis aere descriptarum cum obseruationibus lau-
 dati Maffei Rom. 1704. fol. Giornale di Letterati d' Italia T. XV. p. 351. sqq.*
 De

²⁴ Vide Riueti Opera T. 3. p. 587.

²⁵ Vittrekfels 1703. p. 509. Acta eruditor. 1704. p. 180.

De *Lemei* tractatu de statuis Gallice edito Paris. 1688. 12. vide Historiam Operum eruditor. 1688. mense Iunio p. 178. Antonii Ferri Bitectensis, commentatio de XII. statuis templi Cumani in ruderibus destructarum Cumarum inuentis, Neapoli 1606. Italice, et V. C. Sigeberto Hauercampo interprete T. IX. thesauri Italiae parte 4. Caroli Ancillonii Discours sur la statue equestre de Frederic Guillaume, erigée sur le pont neuf à Berlin 1703. fol. Georgii Gottlieb Boergeri libellus de statuis Achilleis, Lipsiae 1759. 4. Samuel. Schmidii epistola de statua antiqua Hermaphroditi, quae exstat tomo secundo Excerptorum totius Italicae nec non Helueticae litteraturae pro anno 1758. pag. 282. Raissantii dissertatio de statuis, quae exhibetur in ephemeridibus eruditis A. 1686. p. 193. Bosei diff. de statuis, inscriptionibus, numis, coronis et aliis praemiis atque remunerationibus virtutis ac meritorum apud veteres, Memoriae Treuoltinae A. 1706. p. 490. sq. et Works of the Learned 1706. p. 203. sqq. De statuis Iustiniani, Ludouici XIII. XIV. Henrici IV. etc. Boiuius ad Gregoram pag. 766. De statuis Magicis, Stephanus p. 50. ad Saxonem Gramm. et quae de Teraphim atque Talismanibus supradicere me memini. De simulacris veterum Romanorum agit Franc. Maria Bonada Tomo primo carminum ex antiquis lapidibus illustratorum dissertatione prima. De Hermis Benedictus Aueranius dissertatione 46. in Thucydidem, Iacob. Sponius in libro Gallico saepius laudato: Recherches curieuses d'antiquité pag. 98. sqq. Io. Nicolai in diatriba de Mercuriis et Hermis, Francof. 1701. 12. et Octavianus Buonae-corsi in epistola italica ad academiam Etruscocortonensem de vera imagine Epicuri Romae reperta, Romae 1744. 4. De imaginibus quae in atrio a Romanis collocabantur, vide Petauium ad Synesium p. 27. sq. et Ioan. Schlemmii dissertat. de imaginibus veterum atriensibus, praeliminaribus, cubicularibus, Ienae 1664.

XVI. *Vtensilia*, instrumentum ²⁶ omne et supellectilem veterum exponunt viri docti ad Martialis Apophoreta, Io. Smetius in Antiquitatibus Nouiomagenensibus et Laur. Begerus Tomo vltimo thesauri Brandenburgici in quibus varia exhibent vasa, bullas, armillas, fibulas, annulos, clauas, resseras. R. Ainsworthus et Ioannes Wardus in monumentis vetustis Kempianis, Londini 1720. 8. Laurentius Philippus Rossius in libro italico: *Raccolti di vasi formati da illustri artefici Antichi*, Romae 1713. fol. Michael Angelus Causseus in dissertatione de vasis, bullis, armillis etc. recusa tomo XII. thesauri Graeuiani p. 949. Philippus Bonarotta in *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro, ornati di figure, trovati ne cimeterii di Roma*, Florentiae 1716. 4.

Bbb 3

Alexander

²⁶ *Seruice, ministerium.* Vide Cangium glossar. et Menardum p. 200. ad Gregorii librum Sacramentorum.

Alexander Wilhelmus in dissertatione de phiala reliquiarum Stae Agathae, vbi de veterum lenticulis, ampullis, lagunculis: Carolus Errardus, pictor Regius, in vasis antiquis, aliisque veterum rebus aeri incisus et Reginae Christinae dicatis, Paris. fol. Lazarus Bayfius de vasculis, siue animaduersionibus in Titulum Digestorum de auro et argento legato, quae recusae sunt tom. IX. The-sauri Gronov. vbi etiam ex Casalio nonnulla repetuntur de insignibus, anu-lis, fibulis etc. de quibus postremis praecipue videndus Io. Rhodius in libro de Acia Celsi. Quenam supellestilis nomine comprehenderint veteres Icti Romani, docet Alex. et Alexandro lib. I. genial. dierum. c. 19. De poculis, lagenis, labris et fociis mensurisque veterum Hebraeorum Rev. *Dassonius* in diss. A. 1696. vulgata ad titulum Talmudicum *Celim*, de vasis, qui existat tomo VI. Mishnae Surenhusianae. De poculis Iudaeorum multo cum lectionis et do-ctrinae apparatu agit Thom. Gatakerus Opp. T. I. p. 442. De poculo benedi-ctiois D. G. Wernerus singulari dissertatione Ienae 1718. De Romanorum veterum poculis praeter auctores supra pag. 877. laudatos Elias Amatus in *Lettera de Büchieri dell' Antichita in su le mense*, parte secunda eius epistolar. italice editarum Genuae 1715. 4. p. 285. Iosephus Lanzonius in *Lettera, in cui cercasi se anticamente il Coppiere, portaua il biochiere in mano* etc. quae existat T. II. parte XII. diarii italici, Galleria di Minerua, pag. 385. sqq. auctor anonymus dissertationis de cratere veterum, quae legitur tomo XII. historiae criticae reipubl. litterariae pag. 273. sqq. De poculis et vasis murrhinis Guil. Stuckius III. 12. sq. Nicol. Guiberti diss. de murrhinis ²⁷ vasis (ex onyche vide Io. Henr. Eggelingii *Mysteria Cereris et Bacchi* p. 6. sq.) Francof. 1597. 8. et Ioan. Frid. Christii dissertatio de murinis veterum, Lipsi. 1743. De cratere aspersiois Io. Bapt. Passerius in A. F. Gorii symbolis litterariis volum. VI. p. 29. sqq. Amphora vinaria Romana, octo congios continens, e Ioan. Bapt. Donii inscriptionibus antiquis, ab Antonio Franc. Gorio editis, exhibetur in *Actis eruditorum* A. 1736. pag. 8. Poculum pretiosum sapphirinum describit Theodorus Prodromus IV. p. 169. sqq. De tripode de poculo, poculo ansato in certamine Homeri et Hesiodi videatur Heumannus actor. philosoph. parte X. pag. 508. sq. De poculis astriferis veterum agitur volum. III. ²⁸ thesauri gem-marum antiquarum astriferarum. De poculis Grammaticis, siue iis, in qui-bus deorum imaginibus, quae iis in poculis expressae erant, litterarum ele-menta certaeque dictiones erant additae vide Io. Georg. Bidermannum parte prima otiorum varii argumenti p. 208. sqq. Pocula *Σελευκίδες, Αντιγοιδες, Προυσταίδες*, vide Athenaeum atque Edmundi Chishull antiquitates asiaticas

T. I.

²⁷ Porcellanis ea, confert Salmasius p. 203. ad Solin.

²⁸ Acta Eruditor. 1755. p. 617.

T. I. p. 94. Poculorum loco crania adhibita sunt humana, vide Salmafium ad Solinum p. 192. et Keyslerum pag. 363. antiquitatum septentrionalium. De colis vinariis veterum Philippus Venetus parte prima sylloges differt. Acad. Cortonensis pag. 81. Videndus etiam Ioannes Doughteus de calicibus Eucharisticis, cum mantissa Ioannes Faës τοῦ μακαρίτου, Brem. 1694. 8. quo in libro de variis poculorum generibus differitur et Ioannes Bona rerum liturgicarum lib. 1. cap. 25. De doliis figulinis et figillis quibus signata, vide Montfauconi Palaeographiam p. 168. et Andream Baccium lib. 1. de Vinis cap. 31. De armis veterum conuiualibus siue cultris et cochlearibus vide Baruffaldi schediasma recusum T. III. thesauri Sallengriani p. 737. Cochleare acuto stilo praeditum, ex quo Plinii, Pollucis et Martialis loca insigniter illustrantur, vide in Ioannis Battelii antiquitatibus Rutupinis pag. 83. Cochlearia lignea Gregorio VII. dono misit Petrus Damiani. Confer Leibnitii otium Hanoueranum pag. 205. Instrumenta antiqua rustica idem Montfauconus pag. 3. ex veteri codice Scholiastae Hesiodi exhibet, quae minus accurate in quibusdam Hesiodi editionibus et in Gesneri historia animalium traduntur. Instrumenta fabrilia in Inscriptionibus Gruteri p. 644. Teraphim Labanis Maimonides de horologio interpretatur. Vide Buxtorffii Lexicon Rabbinicum p. 2663. De horologiis veterum, (ὠρονόμια vocat Alex. Aphrodis. I. 95. problem.) aquariis, siue Clepsydris, aliisque et solaribus consules interpretes ad 4. Regg. XX. 11. Ef. XXXVIII. 8. Cassiodorum lib. 1. Variarum Epist. 45. Kircherum in arte magna lucis et umbrae p. 156. sq. et tomo 2. Oedipi p. 338. sq. Salmaf. ad Solin. p. 634. edit. Paris. et 647. sq. Laurentii Polymathiae lib. 1. diff. 13. lib. 2. diff. 16. Ioan. Bonam de diuina Psalmodia c. 3. Petrum Fabrum II. 25. semestrium, Franciscum Polletum historia fori Romani lib. 1. c. 9. vbi de ad clepsydram dicentibus. Balforem ad Cleomedem p. 144. Bandurium p. 857. ad Antiquitates CPol. Carolum du Fresne in glossario voce *Horologium nocturnum* et in CPoli Christiana p. 74. Cassiodorum lib. 1. var. epistol. 45. et c. 30. de institut. diuinarum litterarum. Plinium lib. VII. H. N. cap. 60. Rycquium cap. 34. de capitolio. Aloysium Nouarinum V. 14. schediasmat. Perraultum et alios viros doctos ad Vitruuium IX. 9. Allatium de mensura temporum cap. 6. et 7. Io. Gottl. Carpzouium in annotationibus ad Goodwinum p. 351. Anthologiam Epigr. IV. 34. p. 519. sqq. Bandurium pag. 857. antiquitat. CPolitanarum. Crenii Animaduers. XI. p. 169. sqq. Sallierii disquisitionem de origine horologiorum, quae exstat tomo V. memoriarum academiae Inscriptionum p. 194. sqq. sed confer quoque Memorias Treuoltinas A. 1725. p. 757. sqq. vbi refellitur. Menagiana T. IV. p. 219. vbi etiam de horologio, quod ad Carolum M. dono misit Persarum rex, de quo etiam Albericus trium fontium

monachus ad A. C. 807. pag. 151. et Iuo Carnotensis in chronico T. 2. Opp. p. 307. Ioannem d'Espagne lib. V. errorum popularium cap. 18. vbi reprehendit pictores, Hieronymum cum libris et horologio fingentes. Jacobi Alexandri *Traité general des horloges*, Paris. 1734. 4. De origine horologiorum rotatorum eorumque, quae strepitu sonoro distantes admonent vide Noua litteraria Francofurtensia (*Frankfurtische gelehrte Zeitungen* 1758. p. 556.) ex Georgii Lud. Hambergeri disquisitione. De horologio oscillatorio *Christiani Hugenii* vide diarium italicum *Giornale de letterati di Roma* 1674. pag. 149. *Leibnitii* transactiones philosophicas n. 113. p. 285. *Rob. Hookii* easd. transact. n. 118. p. 440. De horologio aqueo *Timothei Langloi* ephemerides erudit. Parisienses 1692. p. 351. De *Henrici Sullii* horologiis marinis accuratissimis et agitatione nauium non alterandis confer *Bibliothecam Gallicam* A. 1726. mense Septembri p. 151. sqq. et ephemerides eruditas Parisienses A. 1726. mense Decembri p. 471. Horometrum caeleste mantuanum minuta secunda etiam indicans describitur in diario eruditorum Italiae T. 32. p. 433. *Mariae Benedicti Castronii* horographia vniuersalis sciateriorum prodiit Panormi 1728. fol. De solariis exstat erudita commentatio *Io. Aug. Ernesti*, Lipsi. 1744. De recentium inuentis ad horologia perficienda facientibus agunt *Christ. Wolfius* praefat. ad *Io. Georg. Leutmanni* *vollständige Nachricht von Uhren*, Halae 1718. 8. *H. Sully* in libro edito Parisiis 1717. 12. cui titulus: *Regle artificielle du tems*. Auctor libri Anglice editi Londini 1700. *the artificial clockmaker*, qui non dubitat, artem illam veteribus innotuisse, sed interiecto tempore perditam a Germanis postliminio restitutam esse. Historiam horologiorum habes in *Guil. Derhami* libro de arte conficiendorum horologiorum anglice edito, de quo vide ephemerides eruditas Parisienses A. 1731. mense Decembri pag 438. *Clepsydrae* veteris rationem (Talmudicis קפסד vide *Buxtorf*. p. 2495. *Lexici Talmud.*) exponit *Petauius* ad *Synesium* p. 21. *Daniel Petermannus* in dissertationibus duabus de clepsydris veterum, Lipsiae 1672. et *Georg. Clemens Draudius* in commentatione de clepsydris veterum, Gissae 1731. De modo veterum dicendi ad clepsydram *Petri Ekermanni* dissertatio prodiit Vpsaliae 1741. 4. Vide et *Portam* XIX. 4. *magiae naturalis*, et *Paullum Mariam Terzagium* in Museo Septaliano p. 10. sqq. De *Sinensium Culeu* siue turri horaria *Martinus Martinius* in *Atlante Sinico* p. 12. *Ad hanc saepe praefecti conuiuia celebraturi conueniunt: in ea aquea clepsydra horas docet, siquidem ex vno vase in aliud aqua effluens tabellam in qua horarum ac temporum notae, sursum attollit: est qui eam ibidem obseruet, et ad horas singulas ingentis tympani pulsu signum det, simulque extrahit turrim tabellam cum diei hora cubitali caractere exaratam exponat.* De buccinatoribus, qui horam indicarent, adi *Petronium clarissimi Burmanni*

pag. 93. et Io. Georg. Altmanni dissertationem de buccinatore vel cornicine stationario Hierosolymis a Petro in aedibus Pontificis audito, quae exstat tomo quarto Tempe Heluetic. pag. 1. sqq. De horis confer Sirmondum tomo 1. Opp. p. 894. sq. 937. et Chronologos, Scaligerum, Petauium, Strauchium aliosque. *Perspicilla* veteribus incognita, aut si illis innotuerint, perdita iterum et paullo ante A. C. 1300. nouo studio reperta esse obseruat Franciscus Redi in epistola de hoc argumento ad Paullum Falconerium T. II. Opp. Venetiis 1712. 8. Epistola illa legitur etiam in Iacobi Sponii Recherches curieuses d'Antiquité, dissertatione XVI. Cum Redio ex parte consentit Dominicus Maria Manni in disquisitione de perspicillorum inuentione, quae exstat T. IV. sylloges opusculor. scientific. et philologic. p. 37. sqq. et germanice versa parte septima armarii vniuersalis pag. 1. sqq. Is enim ostendit, gloriam huius inuenti tribuendam esse Saluino degli Armati, Nobili Florentino, a quo A. C. 1280. perspicilla sint reperta. Sed Cangius e Poeta graeco obseruat, perspicilla iam circa A. C. 1150. in vsu fuisse. Sunt, qui ex loco quodam Ptochodromi id probare contendant; ast auctores relationum fide dignarum de praesenti rei litterariae conditione (zuverlässige Nachrichten) parte ducentesima secunda pag. 777. ostendunt, voce *ὄελίου*, quam vrgent huius sententiae patroni, loco isto non perspicillum sed vrinale denotari.

De *velorum* vsu apud veteres dissertatio Iosephi Lanzani, Medici Ferrariensis, inserta est museo Mineruae Venetae tom. 1. p. 353. sq. De velorum vsu in templis praecipue agit Rosweidus p. 849. sq. ad Paullinum. De tapetibus Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 528. et ad Iuliani Caesares p. 334. De sipario Quintilianus I. O. VI. 3. 72. Celeberrimus Io. Matt. Gesnerus Opuscul. T. 1. p. 85. sqq. et Franc. Carol. Conradi miscell. Lips. nov. Vol. 4. p. 514. De clauulari cursu Lindebrogius et Valesius ad Ammiani XX. 4. De *vehiculis* antiquorum Henrici Norisii praelectio Pisana de re vehiculari T. 4. Opp. p. 617. sqq. diatriba Pyrrhi Ligorii ex libris eius de familiis Romanis excerpta prodiit ad calcem librorum duorum Ioannis Schefferi, quibus de omni re vehiculari veterum copiosae obseruationes continentur, Franc. 1671. 4. et tomo V. supplement. Poleni p. 1045. Confer Meursium de luxu Rom. c. 11. De thensis Felix Osius in thesauro antiquitatum Italiae Graeuiano tomo 3. p. 1063. et Bandurius T. 1. numismatum p. 32. Thensa *ἀπὴνη*, vehiculum siue vectabulum sacrum, quo exuuias siue imagines deorum ludicris Circensibus in circum ad puluinar vehuntur. Festus. Valentini Paschalis, Vtinentis, Poema, *currus*, Bracciani 1637. 4. ridete eos, qui cum iactura rei familiaris sublimes curribus vehuntur, quum possent commode pedibus per publicum incedere. Video viros doctissimos Schefferum p. 326. et Georg. Henr. Vrsinum cap. 2.

obferuationum philologic. ambiguos effe de etymologia *carri*, qui vtique videtur dictus effe a quatuor rotis quafi *quadrus* et *quarrus*, vt est apud Stephanum Tornacensem epist. 229. Venantius Fortunatus III. Carm. 22. T. X. biblioth. Patrum p. 544. F.

*Curriculi genus est memorat quod Gallia rhedam
Molliter incedens orbita sulcat humum.
Exiliens duplici biugo volat axe citato
Atque mouet rapidas iuncta quadriga rotas.*

De *clauibus* veterum Lipsius ad Tacitum videndus, Casaubonus ad Aeneam Tacticum, Salmasius ad Solinum p. 931. sq. Kirchmannus libro de annulis, Begerus thesaur. Brandenburg. T. 3. p. 423. Moscardi museum p. 411. Philippi Bonanni museum Kircherianum classe V. tab. 4. n. 3. sqq. D. Caspar Zieglerus dissert. de iure clauium p. 702. sq. dissert. selectar. Molinus dissertat. de clauibus, Vpsal. 1684. 8. et T. 3. thesauri Sallengriani p. 789. sqq. Christ. Gottl. Schwarzii dissert. de diis clauigeris, Altorfii 1728. Chr. Henr. Zeibichius in dissert. de Christo vero Deo κλειδουχα, Witeberg. 1741. Petr. Wesselingius obseruat. lib. 1. cap. 3. in primis vero liber Ioannis Faës de clauibus veterum ineditus. De clauibus falcatis Huetius ad Manilium pag. 8. De clauibus Druidum Iacobus Martinius tomo 1. cap. vltimo de religione veterum Gallorum. De clauibus, symbolo scientiae, potentiae, iurisdictionis Theophilus Raynaudus in corona aurea Pontificis praenotione quarta, et Philippus Bonanni in numismatibus Pontificum Tom. 1. pag. 234. sq. et 252. De clauis cognitionis Luc. XI. 52. Io. Henr. Maius select. exercit. T. 1. p. 147. sqq. Ioan. Marckius exercit. exegetic. p. 591. Iac. Elfnerus T. 1. obseruat. p. 228. Doctorem symbolum clauis cum pugillaribus M. Ern. Frid. Cobii progr. Witeb. 1728. Clauis super humerum gestatae Ies. IX. 6. XXII. 22. Apoc. III. 18. Biblioth. Bremens. T. 6. p. 824. 935. et 940. Lakemacheri obseruationes parte 3. p. 337. sq. Huetiana p. 233. Huetius demonstrat. Euangel. p. 487. edit. Paris. 1679. fol. Ezech. Spanhemius pag. 695. ad Callimachum. Clauium oblatio symbolum obsequii, Acta eruditor. 1731. p. 496. e Montfaucono. De clauis S. Petri Acta Sanctor. Tom. 5. Iun. p. 453. De clauis Papini Noua reipubl. litterariae 699. p. 653. 1700. p. 504. De *seris*, *peffulis* et *obicibus* Isaacus Casaubonus ad Aeneam Tacticum, Salmasius ad Solinum p. 649. sq. et Casp. Sagittarius de ianuis veterum, cap. 14. vbi etiam de clauibus cap. 15. De *speculis* ex auro, argento, aere Plinius H. N. XXXIII. 9. et XXXIV. 17. Ezech. Spanhemius p. 544. sq. ad Callimachum. Io. Meursius lib. 2. animaduers. c. 6. parte 2. exercit. critici, p. 75. sqq. Menardus vol. 23. historiae Academiae

demiae Inscriptionum et Paullus Theodor. Carpouius dissertat. secunda ad Deut. XXII. 5. Rostochii 1752. Sunt etiam, qui chalybeorum speculorum mentionem fieri obseruent Exodi XXXVIII. 8. Vide acta Eruditorum 1714. p. 205. Andr. Dan. Habichorstii et Ioan. Munsteri dissert. de mulieribus Zo-beoth. Rost. 1688. et Aboae 1712. Vfus metallicorum speculorum exolescere coepit saeculo XV. ex quo crySTALLINA vitreaque vbique frequentata sunt. Nicephorus Gregoras ad Synesium p. 419. εἰσὶ καὶ ἐξ ὕλων κάτοπτρα, καὶ ἐκ σιδήρου καὶ ἐξ ἄλλης ὕλης. Speculorum vsu viris interdicitur Rabbini, vide David. Millii dissert. selectas pag. 224. edit. secundae. Eorum vsum defendit Apuleius in Apologia, Seneca natur. quaest. c. 17. et Phaedrus III. 8. De eorum apud veteres vsu vide Montfauconum T. 3. supplementi p. 54. sq. De *umbella* confer Paulli Mariae Pacciaudi σκιαδιοφύσημα, siue de umbellae gestatione commentarium, Romae 1753. 4. De *cereorum* vsu Vossius IV. 29. de idololatria et laudatus Io. Faës libro Helmstadii 1718. 4. edito de cereis paschalibus. De origine et institutione benedictionis candelarum vel cereorum in festiuitate purificationis Mariae agit Angelus Rocca in thesauro antiquitatum sacr. T. I. p. 214. sq. De *coloribus* et quomodo apud Graecos ac Latinos appellarentur, librum promittit Salmasius pag. 109. Epist. videndusque interim Antonius Thylesius libello de coloribus, recuso tomo IX. thesauri Antiquitatt. Graecarum.

XVII. De *vita priuata* Romanorum et quomodo viri honesti diem soliti sint transigere, dissertationes duas Io. Bapt. Couturii insertas habes Memoriis Treuoltinis A. 1708. Iul. pag. 1158. sq. et Anno 1709. August. pag. 1418. sq. quarum priore horas diei ante meridiem, altera pomeridianas persequitur. Duabus illis tertiam eiusdem Couturii de ieiunio, coena et prandio adiunctam habes in tomo secundo memoriarum academiae Inscriptionum pag. 422. sqq. De cura domestica Romanorum dissertationes quatuor B. Philippi Ludouici Hannekenii tunc admodum iuuenis, postea inter Theologos nostros nomen haud obscurum consequuti prodierunt Giessae 1669. 4. et tomo primo thesauri Sallengriani pag. 1243. sqq. quarum prima est de ritibus quibusdam nuptialibus et vestibus priuatorum: altera de seruis et conuiuuiis, tertia de liberis eorumque cura et vestitu: quarta denique de bonis et facultatibus, agris, pecunia et censu. De venusta apud antiquos humanitate, quam ciuilitatem vocant, Io. Matth. Gesnerus V. C. quatuor prolusiones edidit Lipsiae 1732. sq. Adde Io. Franc. Simonis dissertationem de eodem argumento in historia academiae Inscriptionum tomo primo p. 83. sq. et Gedoinii dissertationem de vrbantate Romanorum, tomo octauo memoriarum academiae Inscriptionum p. 327. sqq.

et in eius opusculis gallice editis Parisiis 1745. 8. p. 171. sqq. De *rusticatione* et *villis* veterum commentariolus Georgii Greenii qui postea gloriosiss. memoriae Electori Saxoniae Ioan. Georgio III. a sacris fuit, vidit lucem Lipsiae A. 1667. 12. et in T. I. thesauri Sallengriani p. 689. sqq. cui iungenda quae de conuiujs rusticis Stuckius lib. 1. cap. 23. Antiquitatum Conuiuialium. Conferatur quoque de hoc argumento Petri Ekermanni dissertatio de rusticatione veter. Romanor. Vpsal. 1740. Wolfg. Ad. Schroenii tractatus de rebus rusticis et oeconomicis, Erfordiae 1735. 8. Christiani Schoettgenii antiquitates triturae et fulloniae, Ultrai. 1727. 8. Roberti Castelli, architecti, opus splendidum: the ²⁹ Villas of the ancients illustrated. Londini 1728. fol. et Ioan. Frid. Christii villaticum, Lipsiae 1746. 8. vbi in excursibus subiunctis erudite, vt solet, Christius de partibus villarum et hortis veterum commentatur. Adde Caroli Stephani libellum de cultu hortorum ex antiquorum sententia cum libro de re hortensi, Parisiis 1539. Rei agrariae auctores legesque cura Wilh. Goesii, Amstelod. 1674. 4. De horreis exstat A. G. Pagenstecheri dissertatio de iure horreorum, Duisburgi 1745. et Lemgov. 1749. 8. De pastoribus seu re pastoritia veterum ad Genes. XLVII. 3, 4. Laurentii Ioannis Wallii dissertatio prodiit Aboae 1703. 8. De *salutationibus* veterum praeter Alexandrum ab Alex. II. 19. et eundem Stuckium II. 31. sq. ac dissertationes Christ. Guibellii de salutatione, Ienae 1675. Andreae Goelingii de ratione salutandi ad morem veterum, Vpsal. 1697. et Ioan. Henningii de salutationum ritibus Magdeb. 1679. singulari libro erudite egit Ioan. Iacobus Claudius, Ultrai. 1702. 12. De illa quae detecto capite fit, videndus etiam Ioan. Guil. Bergerus de ritu caput operiendi in sacris p. 46. sq. De salutationum matutinarum ambitione videatur Baluzius p. 22. ad epistol. Cypriani. Io. Mich. Heusingeri dissertatio de salutationibus Romanorum matutinis ad Plinii III. epist. 12. Ilenaci 1740. et Petri Ekermanni dissertatio officiosum *Aue* Romanorum leuiter adumbrans, Vpsal. 1745. Adde Christ. Gottl. Schwarzii dissert. de assuetudine apud veteres Romanos vsitata, Altorfii 1722. Romani, in primis ii, qui officium publicum ambiebant, vt quemque suo nomine salutando appellare possent, nomenclatores habebant, de quibus praeter Grubelium diff. citat. cap. 2. Barthius aduersar. lib. 52. c. 10. Sigonius de iudicijs lib. 2. c. 30. Preuotius de magistr. Rom. c. 5. Kobierzyck. de luxu II. 2. et Pignorius atque Popma de feruis. De salutantium aliisque *osculis* omnis generis copiose egit Martinus Kempius opere de osculis, distincto in dissertationes XXV. editoque Francof. 1680. 4. cui addendus Lipsius II. 6. electorum. Iacobus Herrenschmidius in Osculologia Witeberg. 1630. 12. et Ioan. Frid. Hekelii libellus de

²⁹ Acta Eruditorum 1731. p. 109.

de osculis, Chemnitii 1675. 12. et iungendae dissertationes Paulli Fr. Romani, Lips. 1664. Georg. Goezii de osculo, Ienae 1670. Ioan. Ioach. Zentgrauii de modo salutandi osculo, Argentorati 1685. Georg. Rittershufii de osculis, Francof. ad Viadrum 1689. Alberti Spensfenii, Aboae 1705. 8. Io. Lomeieri, quae exstat pag. 328. eius dierum genialium. Conr. Sam. Schurzfleischii de ritu salutandi per osculum in eius dissert. philolog. Lipsiae 1700. 4. Osculorum per digitos missorum mentio fit apud Dionem pag. 731. C. (1055. R.) De ritu osculis explorandi Romanarum mulierum abstinentiam a vino lege Romuli sancitam Carol. Gunther Ludouici dissertationem edidit Lipsiae 1733. De osculo manuum vide Henrici Morini dissertationem tomo secundo academiae Inscriptionum pag. 104. sqq. De osculo pedum Pontificis Matthias Zimmermannus in montibus pietatis pag. 373. Iudaei ad Pontificem admissi non pedem, sed vestigium pedis et terram osculantur, vide Io. Iac. Schudtium T. 1. memorabilium Iudaicorum pag. 242. Non solos Pontifices Romanos, sed alios etiam aliarum ecclesiarum praesules illustresque laicos per genuflexionem pedumque osculum salutatos docet Dauid Blondellus de Papa femina p. 123. sq. Sic et magni Marabufii Nigritarum apud Labatum T. IV. Africae pag. 172. De osculo Magnificentiae apud Iudaeos Regi dari solito, B. Carpzouius ad Schickardi ius Regium Hebraeorum pag. 76. Scacchus in Myrothecio tertio cap. 35. qui p. 970. manus etiam osculo contactas notat. Vide et de osculis Iudaeorum laudatum Carpzouium notis ad librum Ruth pag. 128. sq. et Ioan. Gottl. Carpzouium ad Goodwinum p. 362. et de osculis Christianorum veterum Tob. Pfannerum II. 3. Obseruationum Ecclesiasticarum. Grotium ad Rom. XVI. 16. Binghamum lib. 12. cap. 4. §. 5. Petrum Müllerum de osculo sancto, Ienae 1675. et 1718. et Ioannis Gottfriedi Langii commentationem germanicam de osculo pacis veterum Christianorum, Lipsiae 1747. 4. De osculo religioso Matthaeum Brouerium de Niedeck, libro de veterum adorationibus, capite 25. Allatium p. 378. de consensu et Ioan. Frontonis dissert. de cultu sanctorum. De vita priuata et cura domestica veterum Germanorum vide Cleffellii antiquitates cap. X.

De *Corporibus* siue *Collegiis Opificum*, vt aurariorum, argentariorum aliorumque corporatorum societatibus et contuberniis, quorum in antiquis inscriptionibus non rara mentio, videndus Sponius in miscellaneis eruditae antiquitatis, Reinesius in epistolis ad Hofmannum pag. 539. Gruterus et idem Reinesius Inscriptionum syntagmate classe decima, Briffonius lib. 1. antiquitatum iuris cap. 14. Golzii thesaurus rei antiquariae p. 185. Lazius XII. 4. de republica Romana. Onufrius antiquit. Veronens. p. 54. 6. et p. 79. sqq. Guido Pancirollus de corporibus artificum. Hadr. Beierus de collegiis opificum,

Ienae 1688. et cum notis Frid. Gottl. Struuii ac praefatione Ioan. Guil. de
 Goebel, Helmstad. 1727. 4. Ioan. Gottl. Heineccius de collegiis et corpori-
 bus artificum, Halae 1723. 4. et in eius sylloge varior. opusculorum p. 378.
 sqq. Ioan. Filefacus electorum lib. 2. p. 391. sqq. Christ. Gottl. Schwarzius in
 dissertat. de collegio Vtriculariorum, Altorfii 1714. et in eius miscellaneis po-
 litioris humanitatis p. 27. sqq. Idem in dissertatione de Butigularibus praeci-
 pue iis, qui olim Norimbergae floruerunt, Altorfii 1723. De collegiis fabro-
 rum, et dendrophorum Sponius in recherches curieuses d'antiquité dissert.
 23. p. 344. sqq. Acta Eruditor. 1729. p. 184. 1730. p. 68. Iustus Fontaninus
 lib. 2. de Hortae antiquitatibus cap. 5. De fabricensibus Dodwellus ad inscri-
 ptionem veterem Iulii Vitalis. De collegio Centomanorum idem Sponius
 ibid. p. 347. De collegio lignariorum p. 350. De collegio magno larum et
 imaginum sub Deo Siluano, quod deorum Imperatorumque imagines, quae
 in exercitibus ferebantur, seruauit Raphael Fabrettus ad inscriptiones p. 447.
 et ad columnam Traiani pag. 205. De collegii magni scriba Montfauconus
 T. V. supplementi p. 83. sq. De corpore pistorum vide quae notantur ad ve-
 tus marmor Comitum Marfilii, in quo votum consecratum Cereri, ad calcem
 historiae instituti Bononiensis, editae gallice a Liminerio p. 228. sqq. De pi-
 strinorum et catabolensium collegiis Cuiacius observ. XVI. 5. De argentariis
 exstat Io. Gottfr. Sieberi dissertatio Lipsiae 1737. De *curso publico et vehicula-
 tione* Bergierius fuse agit IV. 4. sqq. de publicis Romanorum viis. Gutherius
 de officiis domus Augustae III. 14. sq. Ezech. Spanhemius de vsu numisma-
 tum pag. 800. sq. Pancirollus ad notitiam imperii cap. 6. Valesius notis ad
 Socratem pag. 40. Balth. Stolbergius in dissert. de angariis veterum, Witeberg.
 1680. pag. 149. sq. Scriptor gallus Mr. le Quien de la Neufville de l'origine
 des Postes chez les anciens et les modernes, Paris. 1708. 12. et auctiore edi-
 tione Parisiis 1730. 12. vbi etiam constitutiones omnes in Gallia promulgatae
 a primo curso publico instituto a Ludouico XI. 19. Iunii A. 1464. Ramire-
 sius de Prado pentecontarch. cap. 15. Marifotus centur. I. epistola 6. Franc.
 Colleschius in libro italice edito de cursoribus publicis antiquorum, Floren-
 tiae 1746. et dissertationes Herm. Wittii, Witeb. 1692. et Dan. Guil. Mol-
 leri, Altorfii 1696. De Hemerodromis et cursoribus Alexander ab Alexandro
 lib. I. c. 27. et Lipsius centur. III. epist. 59. De tabellariis Pignorius de feruis,
 et Popma de operis feruorum, T. III. thesauri Poleniani pag. 1203, 1222.
 1233, 1343. De tabellariis in veteri ecclesia Kochius de legatis ecclesiae
 p. 38, 14. De animalibus tabellariis Cyprianus histor. animalium p. 1269.
 Henninius T. X. thesauri Graeuiani p. 235. et Camerarius hor. subcesiv. C. I.
 p. 383. De columbis et cornicibus litteras perferentibus Alexander ab Alexan-

dro et Lipsius locis citatis, Lipsius etiam II. 5. Saturnalium, et obseruationes miscellan. T. 3. p. 97. sqq. De *euectionibus* siue indulgentiis euehendi Bergierus IV. 15. et 16. Cangii glossarium in *tractoriae, combinae, euectiones*, Meursius et Suicerus in *τρακτωρεία*, et Ioan. Reichius de diplomatibus tractoriis, Regiomonti 1678. De *epistolis laureatis* Io. Guil. Bergeri dissertatio prodiit Witeb. 1711. De *litteris clandestinis* veterum Porta lib. I. de occultis litterarum notis c. 12. De *scytala Laconica* vide quae viri docti ad Aufon. epistol. 23. Gellium XVII. 9. et dissertationes Dan. Guil. Molleri, Altorfii 1695. et Lud. Christ. Crellii Lipsiae 1697. De ritu obfignandi et resignandi litteras apud Romanos Franc. Bernh. Sperl commentatio prodiit Erlangae 1744. 4. De omni genere *Epistolarum ecclesiasticarum* apud veteres Christianos videndus *Franciscus Bernardinus Ferrarius* libris III. Mediolani 1613. 8. et curante B. Gebh. Theod. Meiero, Helmst. 1678. 4. *Philippus Priorius* libro de epistolis canonicis cum appendice de tractoriis et Synodicis, Parisiis 1675. 8. *Pompeius Sarnelli* in epistolis ecclesiasticis, epistola prima. *Franc. Dominicus Bencinus* in dissertationibus quinque de litteris encyclicis, Turini 1728. 4. *Iac. Goetten* lib. I. Obseruationum capite vltimo. *Io. Rudolph. Kieslingius* in dissertatione de stabili primitiuae ecclesiae ope litterarum communicatoriarum connubio, Lips. 1744. *Henr. Dodwellus* in dissertationibus Cyprianicis p. 17. sqq. *Ioan. Cabussutius* pag. 275. sqq. notitiae conciliorum, et p. 32. sq. notitiae ecclesiasticae. *Io. Casp. Thorspecken* in dissertat. de litteris canonicis, Witebergae 1731. De epistolis formatis earumque ratione et origine plures scriptores laudat B. Thomas Ittigius de bibliothecis Patrum p. 238. sq. ac praeter alios *Gerhardi Rodolphi* librum de libris canonicis, videlicet formatis, pacificis, commendatitiis ac dimissoriis. Vide et Wowerium ad Sidonium p. 481.

CAPVT XXIII.

De luctu, funeribus, exsequiis, conseruandorum cadauerum ratione et monumentis sepulcralibus.

De funerum et sepulturae ritibus generales scriptores. 1. De funeribus et luctu Hebraeorum. 2. Graecorum, Persarum. 3. Romanorum. 4. Aegyptiorum, Germanorum et populorum septentrionalium. 5. De funeribus Christianorum. 6. De medicato funere et mumiis. 7. De linteis et vestibus sepulcralibus et de rebus quae defuncto veluti secum asportanda permittebantur. De urnis feralibus. 8. De pompa funebri, epulis, ludis, feriis sacrisque, coronis,

ronis, lectis feralibus, oculis et laudationibus funebribus. 9. De lucernis sepulcralibus, sepulcris, cryptis, catacumbis et monumentis sepulcralibus. 10.

I.

De funeribus et modo sepeliendi ¹ apud antiquos vniuerse, atque ita vt plurimum gentium rationem haberent, non satis distincte tamen nec accurate satis egerunt *Claud. Guichardus* de funeribus apud Romanos, Graecos et alias gentes veteres et recentiores, Italice primum Anno 1581. deinde etiam Gallice (vide Epistolas Marqu. Gudii p. 202.) *Muretus* scriptor Gallus in caerimoniis funebribus omnium gentium, ceremonies funebres de toutes les nations par le Sr. Muret. Paris. 1675. 12. qui liber recensetur in Ephemeridibus eruditorum Parisiensibus 1675. pag. 222. et in Actis Erudit. Anno 1683. pag. 334. *Franc. Perrucius* in pompis funebribus omnium gentium, Veronae 1639. fol. cum figuris in aes incis. *Laurentius Beyerling* in Theatro vitae humanae, tit. *Cadaver et Sepultura*. *Lilius Gyraldus* vir doctissimus in lib. de sepulturae ritibus, qui et seorsim prodiit et praemissus est sextae parti antiquitatum *Ioan. Iac. Boissardi*, et cum notis *Ioan. Faës τοῦ μακαρίτου* editus Helmst. in 4to et denique inter Gyraldi opera in Belgio nitide vulgata recusis Lugd. Bat. 1699. fol. B. *Ioan. Andr. Quenstadii* Liber de Sepultura veterum, initio separatim, deinde ad calcem eius Antiquitatum Ecclesiasticarum, denique tom XI. thesaur. Antiquit. Graecar. Gronouii recusis. *Caspar Caluoer* libro 3. ritualis Ecclesiastici tomo 1. p. 798. sq. *Alexander ab Alexandro* lib. III. Genial. Dierum cap. 2. et 7. et lib. VI. cap. 14. ibique *Tiraquellus*: *Iosephi Laurentii* collectanea Alphabetico ordine digesta lib. 6. Polymathiae pag. 486. sq. et quae ex eadem Laurentii Polymathia III. 9. 13. 14. II. 47. 3. et 4. de funeribus antiquorum et funebribus ritibus ante et post rogam exhibentur tom. XI. Thes. Gronouiani, in quo etiam recusis occurrit *Ioan. Meursii* liber de funere, quemadmodum *Petri Morestelli*, Tornusiensis Pompa feralis siue iusta funebria libris decem exposita habentur tomo XII. Thes. Graeuiani. *Benedictus Aueranius* dissertatione XXII. sqq. in Thucydidem. *Paullus Aringhius* in Romae subterranea praecipue c. 17. et 21. *Claudii Guichardi* Funerailles et di-
verses

¹ Sepelire non de humatis tantum, sed etiam combustis et alio modo ex oculis hominum remotis cadaueribus dictum esse probat *Gisbertus Cuperus* lib. 1. obseruatt. cap. 7. De pietate ethnicorum in curandis funeribus, aliquando etiam hostium *Petrus Faber* Semestrium lib. 2. c. 1. p. 10. sqq. et lib. 3. c. 13. p. 174. sqq. Sepulturam deberi humanitati neque adeo denegandam esse hostibus pulchre docet *Grotius* II. 19. de iure belli et pacis. Naturae quippe maxime consentaneum est, in terram redeuntibus terram minime negari. Confer *Felicis Osi* notas ad *Albertinum Mussatum* p. 441. sqq. T. IX. parte 2. thesauri Italiae.

verses manieres d'ensevelir des Romains, Grecs et autres nations tant anciennes que modernes, Lugduni 1581. 4. *Carolus Bartholomaeus Piazza* del uso, mistero & antichita appresso diverse nazioni de' riti e ceremonie nell' esequie e funerali passati à secoli nostri Christiani, Romae 4. *Eliae Amati* Lettera delle costume di sepelire i morti appo gli antichi, e se prima del V. Secolo i fedeli goduro avessero dentro le chiese i sepolcri? in eius epistolis italice editis Genuae 1714. 4. pag. 329. *Cornelii van Alkemade* Inleidinge tot het Ceremoniel en de Plegtigheyden der begraafnissen en der Wapenkunde, Delphis 1713. 8. B. R. *Recherches sur la maniere d'inhumer des anciens*, Pictauii 1739. 12. *Angeli Mariae Riccii* dissertatio de funerum antiquorum ritibus, cadauerum combustione et sepultura, quae exstat vol. II. eius dissert. Home-ricar. p. 258. sqq. *Petri E. Lungh* dissertatio de vario sepeliendi ritu, Holmiae 1672. *Iusti Cellarii* de antiquo funerum ritu, Helmst. 1682. *Martini Aruidi Florini* de sepultura veterum, Aboae 1695. 8. *Io. Restelii* de sepulcris veterum, Vpsal. 1703. 8. *Christ. Conr. Friderici* de re funeraria, Ienae 1755. De *Ioan. Iac. Boissardi* Tractatione de funeribus et modo sepeliendi apud antiquos vide *Observ. Hallenses* tomo IV. p. 15. *Thomasti Porcacchi* funeralia antiqua, Italice edita lucem adspexerunt Venet. 1574. fol. *Francisci Pomey Iesuitae* Libitina siue de funeribus epitome eruditionis, prodiit Lugduni 1659. 12. Confer Bibliothecam Latino-Hebraicam Imbonati p. 356. *Ioan. Guenebault* diversités des ceremonies observées aux sepulchres anciennes, Diuione 1621. 4. *Io. Mauritius*, qui ex Romana Ecclesia ad Reformatam transiit, libro Belgice edito, quo promittit ius et vsu sepulcrorum ac sepulturae apud veteres ac recentes vsitatum exponere, tantum versatur in exagitandis Pontificiorum iniuriis, quibus in eorum, quos haereticos esse putant, cadauera et reliquias grassantur. Titulus libri Amstelod. 1714. 8. editi est: *Korte verhandling van het Recht en gebruyk der graven en begraffenissen, so der aloude als hedendaagsche volkern*. De superstitiona plagarum caeli antiquitus apud varias gentes obseruatione in sepeliendis mortuis consule *Petri Zornii* dissertationem vol. III. Miscell. Lipsiens. nouor. p. 616. De Etruscorum funere agit *Ioannes Baptista Passeratius* dissertatione tertia parti tertiae musei Etrusci adiecta.

II. De funeribus et luctu *Hebraeorum* praeter Interpretes S. Scripturae consulendus B. *Martini Geieri* liber singularis Lipsiae 1666. 12. editus et inter alia eius opuscula in 8. et denique etiam apud Belgas vna cum eius Commentariis ad nonnullos Scripturae libros, in folio recusus. *Schickardus* de iure regio Hebr. c. 6. *Cocceius* ad Sanhedrin c. 6. *Maimonides* in Iad chafaka lib. XIV. c. 4. *Io. Gottlob Carpzouius* ad Goodwini Mosen et Aaronem p. 639. sqq. *Melchior Leydeckerus* XII. 10. sq. de Rep. Hebraeorum, *Ioan. Benedicti*

Carpzouii nepotis de sepultura Iacobi Patriarchae, in parentis dissertationibus iunctim editis Lipsiae 1699. 4. p. 1670. sq. *Io. Hieronymus Soprane*, Iesuita, in digressionem de ritibus Hebraeorum in funere et de publico eorum priuatoque luctu, quae Dauidi ipsius subiecta est Lugduni 1643. fol. *Augustinus Calmet* in diff. 1. praemissa Commentario in Ecclesiasticum: *Frid. Mulleri* (cuius specimen librorum de statuis Romanorum superiore capite laudatum et specimen Architecturae sacrae ex locis Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. habemus) libri III. de sepulcris veterum Hebraeorum prodierunt Giesae. 1664. 4. Idem argumentum praeter commentatores ad Codicem Talmudicum Baua Batra illustravit singulari libro *Ioan. Nicolai* Amstel. 1705. 4. ita quidem vt et aliarum gentium sepulcra prioribus capitibus persequatur. *Io. Adolph. Mullerus* in dissertatione de Afae Regis pompa ferali, Witeb. 1716. *Leonh. Hofmannus* in dissert. de singulari Hebraeorum cura sepeliendi mortuos, Witeb. 1726. *Franc. Wockenius* in dissert. de templo cadaueribus Regum non inquinando, Witeb. 1732. De tumba Saluatoris, extant *D. Io. Andreae Schmidii* diff. Helmstad. 1703. et 1727. *Caroli Ortlobii*, Witeb. 1656. *Abram. Petschii*, Lipsiae 1673. *Gottfridi Thilonis*, Witeb. 1675. *C. F. Arnoldi*, ibid. 1695. *Ioan. Andr. Bellmanni*, Vpsal. 1703. 8. *Georg. Guil. Kirchmaieri*, ibid. 1711. *Petri Zornii*, 1730. Vide et *Steph. le Moyne* tomo 2. var. sacrar. p. 516. sq. et *Gottlob Frid. Seligmanni* programmata p. 147. sqq. In *Io. Henr. Hottingeri* Cippis Hebraeis, Heidelb. 1659. 12. pleraque parum fide digna tradi notatum est Conringio in dissertatione de Numis Hebraeorum. Praetereo quae de funeribus et luctu apud Iudaeos attigerunt *Menochius* lib. VIII. de Republ. Hebraeorum c. 5. sq. *Goodwinus* in Mose et Aarone, Lib. 6. c. 5. Incidere carnem propter mortuos prohibitum est Leuit. XIX. 28. XXI. 5. Deut. XI. 1. Vide praeter commentatores *Spencerum* de legibus Hebraeorum ritualibus II. 13, 14. *Ioan. Christ. Wichmannshausen* dissert. de corpore scissuris figurisque non cruentando, Witeb. 1713. *I. I. Heersfordtii* de Charaxariis veterum, Hafn. 1722. *Io. Georg. Michaelis* de incisura super mortuos, Francof. ad Viadr. 1734. et *Geierum* lib. cit. c. 10. et 8. vbi simul differit de rasura interdicta, de qua etiam *Dassouius* de coma Hebraeorum, Witeb. 1695. Ab Hebraeis interdum combusta esse cadauera notat *Claudius Guichardus* lib. 3. c. 11. funeralium alique, rectius negantibus aliis, quos laudat *Petrus Zornius* pag. 20. Bibliothecae antiquario-exegeticae. De sepultura animalium Hebraeis vsitata existat dissertatio *Theodori Dassouii*, Witeb. 1697. De sepultura librorum sacrorum ad vsum non amplius aptorum confer *Schudtium* in memorabilib. P. II. lib. VI. c. 39. §. 7. pag. 375. et *Petri Zornii* historiam Bibliorum ex Hebraeorum diebus festis et ieiuniis illustratam pag. 113. De ritu et processu funerum apud Iudaeos
recentes

recentes vide eiusdem *Schudtii* memorabilia P. II. lib. VI. c. 37. Monumenta antiqua Iudaica Augustae Vindelicor. reperta illustravit *Matthias Fridericus Beckius*, Augustae Vindelicor. 1686. 8. cum appendice monumentorum quorundam Romanorum, veluti mantissa operis *Velferiani* de antiquis monumentis Augustanis. De *Perſarum* funeribus *Briffon*. II. p. 350. ſq. et I. p. 194. ſq. vbi de funeribus Regum. De eorundem *Perſarum* et aliorum populorum orientalium more, quo a canibus et auibus ſe poſt mortem vorari malunt, quam terra ſepeliri *Anonymi* diſſertatio inſerta legitur tomo XII. *hifloriae criticae Reipubl. litterariae* p. 248. ſqq.

III. De funeribus et luctu Graecorum vide, quae notata ſunt viris doctis ad *Homeri Iliados* ψ , et *Aeſchylum* in *Choëphoris* (inferias facientibus ſiue ferentibus) tum *Ioanni Nicolai* libro de Graecorum luctu lugentiumque ritibus variis, excuſo *Marpurgi Cattorum* 1696. 12. *Ioan. Pottero* *Archaeol.* IV. 1-8. *Io. Nardio* in animaduerſione de funeribus Athenienſium, ſubiecta *Lucretio* editionis in uſum *Delphini* et *Car. Henr. Langio* de luctu Graecorum ex *Euripide*, obſerv. ſacr. diſſertat. quinta. *Paganini Gaudentii* exercitatio de funere Heroum, in qua *Homeri*, *Virgilii*, *Statii*, *Silii* et *Nonni* exercitationes inter ſe conferuntur, exſtat ad calcem eius diſſertat. de arcanis imperii euulgatis, *Florentiae* 1640. 4. *Decurſiones* meminere in funere herois *Virgilius* et *Statius*, neutiquam vero *Homerus* aut *Nonnus*. Illam a *Poenis* eſſe inuentam ſuſpicatur *Gaudentius* cap. 20. p. 100. De concuſſione armorum in funeribus Ducum et Principum *Barthius* ad *Statium* pag. 430. De more ad orientem vel occaſum obuerſos mortuos ſepeliendi *Plütarch.* *Solone* pag. 83. De funebri pompa *Iſiaca* ab *Apuleio* deſcripta et aliis funera *Aegyptiorum* ſpectantibus vide *Kircheri* *Obeliſcum* pag. 433. et tom. 3. *Oedipi Aegyptiaci* pag. 425. ſq. *Ioan. Conradum Dietericum* in *Antiquitatibus Biblicis Vet. Testament.* p. 144. ſq. De *Septentrionalium* populorum ſepeliendi ritibus *Iornandes* vbi funus *Attilae* deſcribit, et *Stephanius* pag. 90. ſq. ad *Saxonem Grammatic.* *Bartholin.* *Antiq. Danic.* p. 112, 273. *Andr. Olaus Rhyzelius* de ſepultura veterum *Sueo-gothorum*, *Vpſal.* 1707. 8. *Christian. Nettelbladt* in diſſertat. de variis mortuos ſepeliendi modis apud *Suiones*, *Roſtoch.* 1724. De veterum *Britannorum* ſepultura et exequiis funeris vide appendicem ad *Alexandri Gordoni* itinera-rium ſeptentrionale. De *Germanis* *Cluuerus* lib. 1. cap. 53. *Hachenbergius*, *Keyslerus*, *Ioan. Godofr. Bauerus* in *Progr. de moribus veterum Germanorum circa funera*, quod ſubiectum eſt *Eius orationi parentali* *Car. Ottoni Rechenbergio* dicta, *Lipſiae* 1751. 4. De funeribus *Turcarum* *Angeli Geropoldi* *Epiftola* in *Muſeo Mineruae Venetae* tom. 1. p. 151. ſq.

IV. De funeribus et luctu *Romanorum* prae ceteris diligenter et accurate libris IV. agit *Ioannes Kirchmannus*, Hamburgi 1605. 4. et Lubecae 1625. 8. vt alias editiones omittam. Cui addendus est *Henricus Noris* in *Cenotaphiis Pifanis*, dissertatione tertia. *Paganinus Gaudentius* in exercitatione de funere Caesarum, Florentiis 1640. 4. *Franciscus Bencius* in oratione de funere antiquorum Romanorum, pag. 405. sqq. eiusdem orationum. *Theodorus Gorallus*, siue qui sub hoc nomine latet *Ioan. Clericus* in notis ad Elegiam 1. Pedonis Albinouani, *Claudius Dausqueius* ad Silium Italicum Libro XIII. versu 470. sq. *Iacobus Guthenius* de iure Manium libris 3. quibus ritus, mores et leges prisca funeris explicantur, Paris. 1615. Lips. 1671. 8. et tomo XII. Thesauri Antiquitatum Romanarum, in quo praeterea occurrit Io. Petri Bellorii² descriptio sepulcri Nasoniorum, a Petro Sancto Bartolo in aes incisi. *Fabiani Toernerii* dissertatio de sepultura Romanorum, Vpsal. 1728. 8. et liber gallicus: *Explication de divers Monumens, qui ont rapport à la Religion des anciens peuples*, pag. 1. sqq. Varia etiam habet *Christ. Henr. Trotzius* libro de memoria propagata cap. 6, 7, 8. Ceterum vt antiquissimi Graecorum contra posteriorem gentis suae morem cadauera mortuorum flammis, Homero teste, absumpserunt, sic contra Romani vetustissimi corpora intacta flammis terrae mandauerunt, eundemque morem a quibusdam etiam post seruatam notat *O. Ferrarius* II. 21. electorum, vbi de eo, quo pacto crematorum cineres in urnam condi et a fauilla rogi separari potuerint. Quod lintei asbesti ope, quo corpus inuolutum erat, fieri quam optime potuit. Confer *Ioan. Ciampini* dissertationem epistolarem de incombustibili lino, siue lapide amiantho eiusque filandi modo Romae 1691. et quae de Asbesto A. 1720. iterum reperto in Siberia, et *Marco Veneto* iam lib. 1. cap. 47. memorato narrantur in *Nouis litterariis Lipsiensibus* A. 1729. p. 329. sqq. Adde *Philippum Bonannum* in museo *Kircheriano* pag. 87. vbi memorat Anno 1702. repertam esse urnam, in qua cineres inclusi fuerunt panno ex lino asbestino. De more comburendi mortuorum cadauera confer *Mezeriacum* ad *Ouidium* T. 1. pag. 191. sqq. De crematione cadauerum veteribus Germanis populisque septentrionalibus vsitata confer *Procopium* in historia Goth. pag. 256. edit. *Grotii*. *Bartholinum* antiquit. Danic. p. 112. et 273. sq. *Cluuerium* Germ. antiq. 1. 53. et *Godofr. Schützius* de Germ. gentiliis victimis humanis pag. 90. sq. De ossilegio consule *Franc. Antonii Zachariae* dissertationem, quae secunda est volum. primi commentar. societatis columbariae Florentinae. Aegyptii corpora defunctorum neququam cremarunt, vnde *Cambyfes* a cadauere *Amasis* Regis Agypt. pridem

² Rom. Italice 1680. fol. et Latine Tomo XII. Graev. ac Belgice ad calcem *Francisci Deseini* descriptionem veteris et nouae Romae, Amstelod. 1704. fol.

pridem defuncti poenas grauissimas sumere posse se existimabat, si illud refoesum verberibus et omni contumelia affectum denique traderet flammis, ut narrat Diodorus Siculus p. 249. excerpt. Peiresc. De ritu collocandi cadaueris Lipsius lib. 1. elect. cap. 6. De vario lignorum et plantarum vsu in funeribus vide G. A. Langguthii antiquitates plantarum feralium apud Graecos et Romanos, Lipsiae 1738.

V. In primis vero *Christiani*, 3 quo certam suam de resurrectione spem testarentur, magnam funerum rationem habuere et ab cremandis cadaueribus, atque ostentandis Aegyptiorum more cadaueribus medicatis abstinerunt: illamque circa funera curam inter causas incrementi religionis nostrae ponit Iulianus Imperator Epist. 49. De ritibus sepulchralibus Christianorum veterum praeter *Iac. Gretserum* 4 in libris tribus de Christianorum funere, Ingolstadt. 1611. 4. et T. V. eius Operum iunctim editorum Ratisbonae 1735. fol. p. 79. sqq. et *Onuphrium* in libello de ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos et de eorum coemeteriis (ad calcem Platinae de vitis Pontificum et separatim cum praefat. Ioan. Georg. Iochii, Lipsiae 1717. 4.) *Io. Ernestum Franzonium* Vlza-Lunenburgicum libris VI. de funeribus veterum Christianorum Helmestad. 1709. 8. cum praefatione Rev. Abbatis D. Ioan. Fabricii, qui *Ioannis Sauberti* collectanea MSS. sed valde imperfecta de hoc argumento communicasse se cum eo profitetur, et *Hugonem Menardum* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 262. sq. *B. Bebelium* Saec. IV. tomo 2. pag. 931. sq. praecipue consulendus venit *Henr. Spondanus* in Coemeteriis sacris, siue opere in 4. libros distincto et Parisiis 1638. 4. edito, in quo de ritibus sepulturae tum apud Iudaeos et Gentes, tum maxime apud Christianos differit, et sepulturam publicam rem sacram esse nec concedendam haereticis, impiis, aut maleficis prolixè disputat. *Paullus Aringhus*, *Antoniusque Bosius*, in opere luculento, Romae 1651. et Parisiis 1659. fol. edito, quod Romam subterraneam inscripserunt. *Iosephus Binghamus* origin. ecclesiastic. lib. 23. et *Ioan. Nicolai* in libello de luctu Christianorum, siue de ritibus ad sepulturam pertinentibus, nunc primum edito ex bibliotheca Sigeberti Hauercampi, Lugd. Bat. 1739. 8. Vide etiam *Franc. Mariam Samuellem* de sepulturis Christianis, Taurini 1678. 4. *Casp. Barthii* Aduersaria p. 3015. *Io. Pearsonium* in Symbolum Apostol. p. 397. sq. edit. Latinae, et *D. Ioachimum Hildebrandum* in Veteris Ecclesiae, Martyrum

D d d 3

rum

3 Lactantius Div. instit. VI. 12. *Non patiemur figuram et figmentum Dei feris ac volueribus in praedam iacere, sed reddamus id terrae, unde ortum est.* Nollemus igitur cum Dumontio T. IV. itineris Gallicae editi p. 35. hoc imbecillitati et vanitati adscribere.

4 Vide du Pin T. 17. biblioth. Ecclesiast. p. 77. sqq.

rum imprimis et SS. Patrum arte bene moriendi, siue praxi circa moribundos et de morientium virtutibus Helmstadii 1661. et 1719. De more intra templa, ⁵ fidelium cadauera humandi vide V. C. Ludouici Antonii Muratorii diff. XVII. ad Paullinum p. 185. ⁶ sq. tomo 1. anecdoton Bibl. Ambrosianae, et Nic. Hieron. Gundlingii Obseruat. selectas Halae Sax. 1707. 8. editas tom. 1. Obseruat. 8. quae est de origine sepulcrorum in templis. Io. Doughteium in Analectis sacris ad Ez. XLIII. 7. Tho. Crenium Animaduers. Philolog. tom. 2. p. 155. sq. Lindebrogium ad Leges antiquas p. 1440. Aegyptios solitos in templis sepelire quos diuinis postea honoribus affectum ibant, notat Daniel Heinsius p. 141. ad Maximum Tyrium. In templo Apostolorum CPoli, solos Imperatores et Patriarchas sepelire fas, vt notant Valesius in notis ad Sozom. IX. 2. et Bandurius in Imperio Orientali p. 878. Beatus Rhenanus in praefat. ad Liturgiam Chrysofostomi: *Olim Episcopi, Sacerdotes et Principes, auctores structurae, tantum intra templorum muros sepeliebantur, hodie eo ventum est, vt quilibet cerdo in medio basilicae velit humari, vt aedes sacrae Christianorum, quas mundas esse conueniebat, polyandria sint et cadauerum receptacula.* De desiderio Christianorum prope memorias et reliquias martyrum sepulturam consequendi, vt eorum meritis adiuuantur, vide Iulianum Toletanum lib. 1. Prognosticon c. 20. T. XII. Biblioth. Patrum p. 596. et Rosweidum ad Paullinum pag. 846. sq. Contra morem sepeliendi in templis disputat auctor scripti Anglice editi Londini 1726. 4. *Churches no charnel-house.* De translatione sanctorum mortuorum videndus Onuphrius de ritu sepeliendi cap. 15. De more extra urbem sepeliendi, apud Iudaeos, Graecos, Romanos, Kirchmannus de funeribus Rom. II. 20. sq. Io. Voisin Theolog. Iudaic. p. 84. sq. Chiffetius in expositione inscriptionis Geminae, Matris sacrorum p. 25. Iulio Caesari concessum est *τάφον ἐν τῷ τοῦ παμαρίου ποιήσασθαι.* Dio lib. XLIV. pag. 385. De more personas honoratiores sub montibus altis vel in ipsis montibus sepeliendi agit *Angelus Zanorronus* in dissertatione de antiqua sepulcrali inscriptione, Neapoli 1743. 8. De Sicyoniis Plutarchus Arato, p. 1047. De Turcis Tho. Smithus Epist. 2. de moribus Turcarum p. 56. et in notitia CPoleos pag. 108. *Quot diebus luctus celebratus,* Benedictini ad Ambrosium tomo 2. p. 1197. sq. Menardus ad Concordiam Regular. Cotelerius ad Const. Apostol. etc. *ἐννέα πένθιμοι ἡμέραι.* Niceph. Gregoras XII. 2. p. 358. Cum psalmis et hymnis deducta cadauera. Vide Carol. Sam. Senffii dissertat. de cantionibus funebribus veterum, Lipsi. 1689. et Rosweidum p. 791. vbi et de more cadauera

⁵ Hunc ritum ab ethnicis, qui mortuorum ossa in sacris lucis conderent, repetendum esse censet God. Schützius ad Keyfleri itinerum partem I. p. 226.

⁶ Excerpta habes in Neocori bibliotheca libror. nouorum A. 1699. p. 621. sq.

cadauera linteo obuoluendi. De *praeficis* ⁷ vide Petrum Morestellum pomp. feral. lib. II. cap. 29. Iac. Gutherium de iure manium lib. I. c. 14. Io. Meursum de funer. c. 18. Laur. Begerum vol. I. thesaur. Brandenb. p. 151. Hieronymi Baruffaldi dissertationem ad illustrationem urnae sepulchralis Fl. Quartillae praeficae, quae cum Iosephi Lanzoni aduersariis de luctu mortuali veterum prodiit Ferariae 1713. 8. et recusa est T. III. thesauri Sallengriani. Memorias Treuoltinas A. 1730. p. 141. sqq. Giornale de letterati d'Italia T. XVI. p. 395. Dissertation sur les Pleureuses d'Antiquité par Mr. Aubert, in Recueil des pieces fugitiues de Mr. Archimbaud, T. 4. p. 99. sqq. Hugon. Menardum ad Poenitentiale Romanum Tomo XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 933. vbi etiam de more laniandi genas, vel ante rogam sanguinem gladiatorum vel captiuorum effundendi. De *Praeficarum usu apud Christianos*, Menardus p. 257. sq. ad Gregorii sacramentar. et Sam. Basnage ad A. C. 37. num. 19. vbi et alia de Christianorum funeribus. De *Copiat* siue libitinariis clericis funera componentibus, Gothofredus ad Cod. Theodos. tomo 5. p. 5. Cangius in glossar. Vedelius et alii ad Epistolam Ignatio suppositam ad Antiochenos. De Muhamedanorum funeribus et aegrotorum atque agonizantium visitatione Albertus Bobouius ad calcem itineris Abrahami Perizol. cum notis Tho. Hydei pag. 17. sq.

VII. De medicato funere siue variis rationibus corpora defunctorum condiendi, atque a corruptione et putredine conseruandi, tum de Aegyptiorum *ταριχέυσει*, de qua Herodotus II. 86. sqq. ac de *Mumiis* ita dictis ab Arabico vocabulo *Mum*, quod ceram significat, (vt notat Tho. Gatakerus p. 175. ad M. Antoninum, et Engelbertus Kaempferus in antiquitatibus exoticis p. 517. vbi liquorem illum mirae virtutis ad condienda cadauera aptissimum describit: et Cornelius le Brun itinere in Persiam p. 231. edit. Gallicae) consules, vbi lubebit, Athanasium Kircherum in sphinge mystagoga, siue diatribe hieroglyphica de Mumiis, Amstelod. 1676. fol. et Tomo 3. Oedipi, syntagmate 13. et syntagmate 16. vbi de Penatibus, Laribus et Serapibus, qui et ipsi nihil aliud erant quam cadauera Aegyptiorum medicata, vide p. 478. *Ioachim Struppium* in consensu celebriorum Medicorum, Historicorum et Philosophorum super exoticis aliquot medicamentis, Mumia eique cognatis, Francof. 1674. 4. *Gabrielem Clauderum* in methodo balsamandi corpora humana, Altenburgi 1679. 4. *Ioannem Grauium* in descriptione Pyramidum Aegypti, in tomo primo collectionis itinerum Theuenotianae, (quae tribus voluminibus prodiit in folio.) *Olai Wormii* museum p. 30. sq. *Giornale d'Italia* T. 6. p. 172.

⁷ Graecis *μοιρολογίστραι*. Naeniae Balsamoni ad canon. 106. Carthaginens. *μινυρισματα*, *querulae mugationes*.

p. 172. ex Thomae Alghisi epistolam ad Antonium Vallisnieri, ubi de ingenioso modo fasciis cadauer illigandi. *Philippum Bonanni* in museo Kircheriano p. 245. sq. *Voyage de Gemelli Careri* T. I. p. 113. *R. Ainsworth* in monumentis Kempianis p. 3. sqq. *Ludov. Penicherium* des embaumens selon les anciens et modernes, Paris. 1699. 12. *Pocockium* in descriptione Aegypti L. 5. c. 5. p. 230. edit. Anglic. ubi fusius agit de modo praeparandi funera medicata. *Thomae Greenhill* *venkovndelov*, siue de arte condiendi cadauera, Anglice Londini 1705. 4. *Petrum Bellonium* Lib. 2. observ. c. 47. et in libris tribus de admirabili operum antiquorum et rerum suspiciendarum praestantia, de medicato funere siue de cadauere condito et lugubri defunctorum eiulatione, nec non de medicamentis conseruandi cadaueris vim obtinentibus, Paris. 1553. 4. et tomo VIII. Thesauri Gronouiani: *Iosephi Lanzoni*, Medici Ferrariensis, de pollinctura et balsamatione apud veteres, et recentium variis balsamandi cadauera modis, Ferrariae 1693. et Geneuae 1696. 12. *Andream Gryphium* in Mumiiis Vratislaviensibus, Vratislaviae 1662. 12. *Frid. Theophil. Ketnerum* in diatriba de Mumiiis Aegyptiacis, Lipsiae 1694. 4. auctiore ibid. 1703. 8. *Conyers Middletonium* in descriptione Mumiae Cantabrigiensis, pag. 251. sqq. eius Monumentor. German. eruditae antiquitatis. *Melchior. Sebizii* disput. de conditura s. balsamatione cadauerum humanorum, Argentor. 1699. *Caylium* de ratione condiendi cadauera humana Tom. 23. histor. acad. Inscriptionum p. 119. sqq. edit. Parisiensis, et ex ea Germanice in dem Neuesten aus der aemuthigen Gelehrsamkeit 1759. p. 762. *Io. Baptistam Portam* lib. IV. Magiae natural. c. 15. *Georg. Wolfgangum Wedelium* celeberrimum Ienensium Aesculapium decade 3. diss. 6. et 7. ubi de balsamatione tum aliorum corporum tum Christi, de qua etiam in manibus est MSta Hermanni Conringii exercitatio. Methodum Kerckeringianum balsamandi siue condiendi cadauera breuiter exponit personatus Vignolius Maruillius tomo 1. Miscell. p. 288. sq. De methodo Bilsiana, et altera Gabrielis Clauderi existat *Tobiae Andreae* epistola, Amstelod. 1682. 12. conf. Acta Eruditor. A. 1683. p. 270. De tertia Daglii per spiritum vide Miscellanea Berolinensia T. 1. p. 150. Mumiam Aegyptiacam⁸ ita describit *Io. Bodinus* in colloquio inedito Heptaplomere, quod sit *cadauer amomo, cardamomo, sale, aceto, melle, myrrha, aloë, nardo, casia, resina siue bitumine* (adde *Diodorum Sic. XIX. T. 2. p. 735.*) *ceterisque id genus venenis a putredine vindicantibus conditum ac maceratum. Cutem reperit inauratam, aurum enim cadauera, ut ligna quoque et metalla et alia a corruptione seruat: carnem cum cute flavescentem ac fuscam ea duritie ac hypostasi, qua Saccharum*

⁸ S. Augustin. ferm. 120. de diuersis Tomo I. supplem. pag. 336. *Aegyptii morem habent siccare corpora et quasi aenea reddere, Gabbaras ea vocant.*

rum vetus Creticum: Interiore visceribus exenteratis siccissima, cadauer plane inodorum prae nimia siccitate, in cordis sede imaginem lapideam insculptam nomine Isidis, cadauer obuolutum corio bubulo, sub corio denique innumerabiles fascias densissimis lini replicationibus singulas singulis adiunctas nec ulla sui parte detritas. Adde his Gabrielis Claudi methodum balsamandi corpora humana, Altenb. 1674. et Andr. Riuii exercitationem Lipsiae editam de pollinctura et balsamatione. De more condiendi corpora defunctorum in insula Tenariffa agit Odoardus Dapperus in descriptione insularum Africanarum p. 81. De Aethiopum more Herodotus III. 24. De ficcatione corporum per vitriolum Bibliothec. Anglic. T. 13. p. 175. De corporibus incorruptis seruatis siue naturali artificio siue per miraculum Raynaudus tomo XIII. Opp. et Thomas Bartholinus centur. I. histor. 62. De ritu vngendi cadaueris Octavius Ferrarius II. 22. elector. vbi inter alia notat Lazari corpus foetens memorari Io. XI. 39. quia non condiebant Iudaei cadauera, vt Aegyptiis in more positum, sed tantum vngabant. De Iudaeorum vntione diuersa a balsamatione Aegyptiorum vide Zornii bibliothecam antiquario exegetic. p. 21. Ceterum confer quae de vntione mortuorum B. Bebelius Antiquitat. Eccles. Saec. IV. tomo 2. pag. 916. et Io. Verwey dissert. de vntione Gentilium: et de more condiendi cadauera in cera et melle, viri docti ad Plinium. Etiam Aristobuli Iudaeorum Regis cadauer melle conditum memorat Syncellus pag. 301. et Iosephus XIV. 7, 4. De more lauandi cadauera interpretes ad Actor. IX. 37. et Cornelius Adami in exercitationibus exegeticis p. 257.

VIII. De fasciis sepulcralibus mortuorumque inuolutione Io. Nardius ad Lucretium pag. 646. sq. vbi de Aegyptiorum funeribus. Thomas Alghisius tomo sexto diarii italici: (Giornal. d' Italia) pag. 171. sqq. Octav. Ferrarius elect. II. 20. Gisbertus Cuperus II. 9. obseruat. Io. Iac. Chiffetius 9 in Crisi Historica de *linteis sepulcralibus* Christi Seruatoris, Antwerp. 1624. 4. et Rev. Salomo Deylingius parte 3. Obseruat. sacrar. p. 275. sq. De more terram mortuis iniiciendi, Salmasius Obseruat. ad ius Atticum p. 563. De vestiendi ritu Kirchmannus lib. 1. de funeribus Rom. cap. 10. Guther. de iure manium lib. 1. cap. 16. Morestellum lib. cit. I. 16. qui II. 10. obseruat, funera interdum fucata fuisse et laruata. Addatur Nicolai de luctu Graecorum c. 6. §. 6. Idem de Hebraeorum vestibus funebribus agit in libro de sepulcris Hebraeorum p. 263. de quibus etiam Geierus lib. cit. p. 58. De Christianorum Binghamus origin. ecclesiastic. lib. 23. c. 3. §. 4. Aringhus Romae subterraneae lib. 1. c. 24. Casalius de ritibus veter. Christianorum, cap. 66. Cum mortuis sepulta qui-
bus

⁹ Du Pin T. 17. p. 271. sq.

bus viui iocalibus delectabantur, de quo ad Vitruuium IV. 1. etiam pecuniam cum mortuis sepultam obseruat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 96. Confer quae viri docti ad Suidam in *δανάκη*. Iac. Thomafii τοῦ μακαρίτου Programma LVII. M. Christiani Ehrenfried Seifferti diatribam de numis in defunctorum ore repertis, Dresdae 1712. 8. et Wilh. Iusti Christ. Chryfandri commentationem de nauo Charontis, Helmstadii 1745. Apud Hebraeos etiam ex supellectile quaedam cum mortuis sunt sepulta, in Regum vero funeribus combusta: vide Mülleri dissertat. supra citatam de Afae Reg. pompa ferali, Geierum lib. cit. c. 6. §. 7. Schickardum de iure regio Hebraeor. p. 420. qui pag. 437. eorum equos, mulos etc. eneruatos, viduas autem nemini in matrimonium concessas esse annotauit. Apud varios populos, et veteres inprimis Germanos non solum arma, pecunia aliaeque res pretiosae et equi, sed etiam ferui, immo vxores simul sepeliebantur et concremabantur. Vide Nicolai de sepulcr. Hebraeor. p. 60. sqq. et 99. et de luctu Graecor. cap. 13. §. 7. Quenstedium de veter. sepultura c. 7. et 14. Gutherium l. c. II. 32. Morestelum l. c. VII. 2. Keyslerum antiq. septentrional. p. 115, 146. sqq. 163, 168. Bartholinum antiquit. Danic. lib. 2. c. 8. sqq. Rothium de Solduriis §. 11, 15, 20. sq. De aliis rebus ac libris quos cum mortuis sepelire inhumareque quibusdam placuit, vide triplicem Bibliothecam mortuorum quam Germanice A. 1704. vulgavit Rev. D. Georgius Henricus Goezius, in quarum altera pag. 40. sq. Epistola eiusdem argumenti scripta legitur a Paulo Christiano Hillschero, Pastore Dresdensium meritissimo. Vide etiam sis Sam. Frid. Lauterbachium in vita Valerii Herbergeri p. 179. sq. Rudbeckii Atlanticam T. I. p. 183. 652. sq. Wormii monumenta Danica p. 50. Bartholini antiquitates Danicas lib. 2. cap. 9. et 10. Noua litteraria maris Balthici A. 1699. p. 88, 93, 222, 372. De vasculis fictilibus vel vitreis, quibus lacrymae fuerunt exceptae cum opobalsamo vel aqua benedicta vide Philippi Bonanni museum Kircherianum p. 115. et Io. Iac. Chiffetium in lacrymis prisco ritu fufis in exequiis Archiducis Alberti, Antverpiae 1621. 4. De lecytho siue vrceolo defunctis appposito Tristanus I. p. 288.

De *urnis* feralibus, ¹⁰ quarum hodieque magnus numerus variis in locis effoditur, videndus Sponius in Miscellaneis p. 287. Aringhus in Roma subterranea, Tho. Brown in Hydriotaphia siue singulari libro de urnis Norfolcensibus, Anglice edito Lond. 1658. 8. Iac. a Mellen Ecclesiastes Lubecensis celeberrimus, in historia urnae Sarmaticae A. 1674. repertae 4. Gothelf Treuerus in diatriba Germanice edita von den Todtentöpfen, Norimb. 1688. 4. Io.

¹⁰ Scriptores de hoc argumento distinctius notauit in praefatione ad Andreae Alberti Rhodii Cimbrischholsteinische Antiquitaeten Remarques, Hamb. 1720. 4.

Io. Dan. Maior in bevölkerten Cimbrien cap. 27. sq. Tentzelii dialogi A. 1695. p. 941. sq. vbi de tumulis illis sub quibus populi septentrionales condere illas soliti sunt: Henelius Silesiographiae tom. 1. p. 371. sq. G. Agricola VII. 23. de natura fossilium. Philippus Bonanni in museo Kircheriano classe tertia. Valentin. Alberti in dissertat. de urnis feralibus, Lipsiae 1688. Olaus Celsius in dissertat. de urnis veterum sepulcralibus, Vpsal. 1706. 8. L'Aisne dissertation sur une Urne antique, in memoriis Treuoltinis A. 1728. mense Nov. pag. 2021. sqq. Hieronym. Franc. Zanettius in disquisitione ^{II} de urna Contarena, Venetiis 1752. 4. Georg. Litzelius in Beschreibung der Römischen Todtentöpfe und anderer heidnischen Leichengefäße. Spirae Nemetum 1749. 4. Ioach. Hartwic. Müllerus in Versuch einer Abhandlung von den Urnen der alten deutschen und nordischen Völker, Altonae 1756. 8. Christianus Stieffius Lignicensis in Epistola ad Mich. Iosephum Fibigerum de urnis in Silesia Lignicensibus atque Pilgramsdorfensibus, Lips. 1704. 4. Sigism. Saemlerus in epistola de antiquitatibus quibusdam Germanicis in neuem Büchersaal der schönen Künste und Wissenschaften vol. VI. p. 375. et in vltiori illustratione urnarum sepulcralium sueuicarum in Silesia repertarum vol. VII. eiusd. diarii p. 73. De Lusaticis Godofr. Hechtius in miscellaneis Lipsiensibus Tom. VII. p. 158. sqq. De Seehusanis, Noua litteraria Hamb. 1709. p. 323. sq. De Moguntinis Io. Craft Heigelius A. 1698. De Arnstadiensibus Io. Christoph. Olearius Ien. 1701. 4. De Mimigardicis in Westphalia, Iodocus Hermannus Nunningh, in sepulcreto gentili, Francof. 1714. 4. vbi etiam de lapidibus veterum sepulcralibus. De Coberinis Valentin. Ern. Eugenius Cohausen in dissertatione adiecta tomo secundo epistolar. amoebearum Iod. Herm. Nunninghii et Ioan. Henr. Cohausen. De urnis sepulcralibus et armis lapideis veterum Cattorum Io. Henr. Schminckii dissertatio prodiit Marb. 1716. recusa Lipsiae 1741. De ollis fossilibus in maiori Polonia cum urnis sepulcralibus haud confundendis vide Acta Eruditor. 1722. p. 11. De urnis Anglicis praeter Thomam Brown paullo ante laudatum egit Io. Woodwardus in epistola edita Oxonii 1712. 8. *An account of some Roman urns, and other Antiquities, lately digg'd up near Bishop's Gate.* Guilielmus Cambdenus in Britannia vbi de Middelfexia, Weeuery in priscis monumentis funebribus (*ancient funeral monuments*) p. 515. De urnis Abusirensibus in Aegypto, non procul magna Cairo, quibus litterae hieroglyphicae inscriptae sunt, vide Paulli Lucae iter tertium A. 1720. Gallice editum p. 346. Urnas, in quibus cineres auium, quas adorabant Aegyptii, seruati essent, obseruatas sibi esse memorat Gemellus Careri T. 1. itineris Gallice ex Italico versi p. 114. adde tomum secundum sub finem. Tangunt praetera

^{II} Acta Eruditor. 1755. p. 661.

terea hoc argumentum Matthias Zimmermannus in florilegio, voce *Vrnae*, aliique laudati in collectione quae sub titulo interceptarum epistolarum Germanice prodiit (*aufgefangene Briefe*) P. II. p. 879. Ab vrnis nidorum columbinorum instar dispositis sepulcra familiarum dicebantur columbaria. Vide Ant. Franc. Gorii descriptionem monumenti siue Columbarii libertorum et seruorum Liuiæ Augustæ et Caesarum, recusum T. III. supplementor. Poleni p. 1. Adde Jac. Sponii Miscellanea eruditæ antiquitatis sect. IX.

IX. Exequiæ funeris ¹² proprie dicebatur sepulcri iam complicatis valuis per feram oclusio. Vide Io. Iacobum Chiffetium de exequiarum ritu ad titulum sepulcralem Geminiæ matris sacrorum, Antwerp. 1634. 4. Solet tamen illud vocabulum etiam poni de vniuersa deductione et pompa funeris atque elatione, de qua præter eundem Chiffetium Kirchmannus libro 2. et quotquot de funeribus antiquorum scripsere. Sicuti autem mos facinorosos extra ciuitatem afficere supplicio de quo Lipsius p. 98. ad Tacitum, et Valesius ad Ammiani XXVIII. 4. p. 527. et viri docti ad Hebr. XIII. 12. ita solebant etiam coemeteria ¹³ et sepulcra defunctorum vel loca in quibus cadauera exurebantur, non esse intra ciuitates sed extra illas, communi vsu tum aliarum gentium, tum Hebraeorum, Graecorum et Romanorum. Vide Grotium ad Luc. VII. 12. Io. Doughtei Analecta sacra ad Ezech. XLIII. 10. Luc. VII. 20. Kirchmannum de funeribus Romanorum II. 20. sq. Io. Voisin theol. iudaic. p. 84. Chiffetium in expositione inscriptionis Geminiæ matris sacrorum p. 25. sq. Christ. Godofr. Hoffmanni dissert. de coemeteriis ex vrbibus tollendis, Francof. ad Viadr. 1729. et Georg. Dan. Coschwitzii de noxis ex sepultura in templis facta obeundis, Halæ 1729.

De Epulo ferali siue silicernio (*περίδειπνον* Athen. VIII. pag. 3. 44. IX. p. 404.) vide Dionem Cassium p. 253. Lipsium et Taciti VI. Annalium. Kirchmannum

¹² Seruius ad Aeneid. XI. p. 1573. Apud Romanos moris fuit vt nocte efferrentur ad funalia, vnde etiam funus dictum est, quia in religiosa ciuitate cauebant, ne aut magistratibus occurrerent aut sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. Inde etiam, qui funeri præerant, a vespera primum vesperones, deinde vespillones dicti videntur. Et magis moris Romani, vt iuvenes noctu efferrentur ad faces, ne funere immaturæ sobolis domus funestarentur, quod præcipue accidebat in eorum, qui in magistratu erant, filiis.

¹³ Coemeterium apud Cretenses olim dictum fuit hospitium destinatum peregrinis, vt in eo somnum caperent, vt ex Dosiade apud Athenaeum lib. IV. notauit Petrus Victorius VIII. 2. var. lectionum, vbi ait Christianos inde ansam cepisse coemeteria appellare loca, in quibus suos conderent mortuos. Adde Suiceri thesaurum voce *κοιμητήριον*. In coemeteriis sacrae peractæ synaxes Aringhus lib. 1. c. 31. Romæ subterraneæ. LX. coemeteria fuerunt Romæ, idem Aringhus II. 2. Qui etiam de Christianorum coemeteriis libro primo, et de Iudæorum, quod Romæ fuit, coemeterio II. 23. agit.

mannum IV. 3. sqq. de funer. Romanorum. Sertorii Vrsati monumenta Patavina p. 122. sqq. Fesseli Aduersaria sacra lib. 1. cap. 12. Iani Guilielmi Verisimilia III. 8. Stuckii antiquitates conuiuales I. 25. Gabr. Marquarti dissertationes binas Lipsiae, totidemque Wolfgangi Casparis Troppanegeri, Witebergae 1710. editas, Mich. Christ. Hanouii dissertationem Gedani 1728. euulgatam, et quae ad fragmentum marmoris Nemausini notata sunt in calce Sorberianorum. De epulis feralibus Hebraeorum Sopranes in libro ante laudato; de Christianorum Nicolai de luctu Christianor. cap. 23. De Germanorum Georg. Henr. Ayrerus in disquisit. de Dadfisa veterum Germanorum, quae exstat vol. IV. Actor. societatis latinae Ienensis pag. 134. De conuiujs in memoriam defunctorum meminit Humbertus de Romanis lib. 2. de eruditione concionatorum cap. 100. Tomo XXV. biblioth. Patrum Lugdun. pag. 567. Orationes funebres in patria sua nullas fuisse testatur Dionysius Halicarnasaeus lib. V. Antiquitatum Rom. Quemadmodum nec apud Hispanos neque in hac nostra ciuitate Hamburgensi vltus eorum obtinuit. Ceterum apud Romanos nihil illis frequentius, quanquam illas saepe fabulosas fuisse atque inde historiam rerum factam mendosiore iam Cicero questus est in Bruto cap. 16. Confer Zenobium Centuria 5. prouerbio 28. Aegyptios quoque eundem morem mortuos Laudatione funebri prosequendi habuisse docet Ioan. Marshamus in canone chronico p. 273. vt adeo fallatur Motranus Vayerus, qui tomo XIV. p. 69. a Romanis hunc morem repertum esse existimat. De quibus vide et Plinium lib. 8. epist. 12. Quinctilianum Burnmanni III. 7. p. 265. sq. Frider. Andr. Halbaueri historiam laudationum funebrium, praemissam decem eius parentationibus editis germanice Ienae 1724. 8. Iusti Christoph. Boehmeri, Prof. Helmstad. exercitationem de orationibus parentalibus, tertium et auctiorem editam Helmstad. 1715. 4. et Caroli Sam. Senni dissertat. de concionibus funebribus veterum, Lips. 1689. De funebribus siue feralibus iudis Augustinus lib. 8. de ciuitate DEI c. 26. De Ferijs denecalibus, nouendiali sacrificio Vossius libro 1. de Idololatria cap. XI. De more mortuos ad sepulturam prosequendi cantu ¹⁴ ac naenijs, Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis c. 3. et ex Christianis Procopius II. 23. de bello Persico p. 146. Chrysofostomus homilia quarta in Epistolam ad Hebraeos, Hieronymus in Epitaphio Paullae, Lindebrogius p. 1477. ad Codicem Legum antiquarum. Tiber. Hemsterhusius ad Lucianum T. 1. p. 519. Baruffaldus de Praeficijs cap. IX. Cafalius de riti-

E e e 3

bus

¹⁴ De more hymnis prosequendi funera notum est testimonium Victoris lib. 1. de persecutione Vandalica c. 5. *Quis vero sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum praeciperet. (Gensericus) nostrorum corpora defunctorum sine sollempnitate hymnorum cum silentio ad sepulturam deduci?* Adde Rittershusium ad Corippum pag. 98. et Aringhium lib. 1. cap. 19.

bus Profan. p. 146. Faesius ad Gyraldum pag. 357. Kirchmannus de funerib. lib. 2. cap. 6. et Falsterus amoenitat. philologic. T. 2. p. 237. sqq. Naenias lessio Romae interdicto substitutas fuisse ostendit Meursius de funere, qui simul lessum ipsum describit. De signis obuersis et obuersis in humum cuspidibus luctus tempore videatur Barthius III. ad Statium pag. 428. De more in luctu se conspergendi cineribus Bourdelotius ad Heliodorum pag. 21. De vsu cereorum siue lampadum in exequiis, quem vetuit canon Eliberinus 34. sed antiqua consuetudo tenuit Nicol. Comnenus pag. 315. praenotionum mystagogicarum. De Coronis feralibus praeter Paschaliu, libro de Coronis, vide Rittershusium libro 7. sacrarum lectionum c. 1. vbi sigillatim de Christianis, et Maffeiium pag. 178. musei Veronensis. De lectis et lecticis funebribus videatur Alstorpius de lectis et lecticis pag. 147, 265. Lecti funebris imaginem habes apud Schefferum libro 2. de re vehiculari p. 89. Chr. Frider. Zeibichius in meletemate historicoiuridico de collocatione mortuorum in lecto ferali, Witeb. 1745. 4. hunc morem, nec apud Hebraeos, nec apud Agyptios in vsu fuisse, sed a Graecis demum introductum censet. De arcula sepulcrali siue loculo in lapide cauato, cui cadauer imponitur, sarcophagis arcisque feralibus, de conditoriis ac monumentis fufe et erudite differit Salmasius in Commentario ad Solinum p. 1203. sq. 1207. sq. Nicolai de luctu Graecorum c. 7. §. 6. et Zornius biblioth. antiquarioexeget. p. 580. De vstrino, apparitorio etc. Reines. p. 818. Inscript. Sponius p. 290. Misc. Meursius de funeribus cap. XXV. et XLI. et Kirchmannus de funeribus Romanorum pag. 314. Vide et de arca funerali Rhodium p. 145. 146. ad Scribonium, et sarcophagi marmorei inscriptiones in tomo 1. Act. Sanctorum Iunii pag. 51. et pag. 81. De more sepulcrales columnas tumulosque ornandi venerandique confer Hemsterhusium ad Lucianum T. 1. p. 518. De cupressis, quae ad mortuorum domos erant positae, deinde vero, in pompa funebri quum essent portatae vna cum mortui cadauere in rogam coniciebantur consule Middletoni monumenta antiquitatis p. 85. sq. De fustibus non ponendis ad mortuorum sepulcra existat Georgii Rothii diatriba, Stadae 1719. De more capillos sibi abscindendi et in pectus mortui imponendi Iarkius p. 691. ad Eliam Schedium. De more lacrimas, aut liquores quosdam, anniuersario praesertim officio, in cineres infundendi Maffeius pag. 164. Musei Veronensis. De more lugentium vxorum crines suos in defuncti coniugis pectus proiiciendi Falco Beneuentanus T. V. Muratorii scriptor. Italiae p. 101. De donis, quae in rogam solebant conici Norisius Cenotaph. Pisan. diss. 3. c. 5. et Meziriac. ad Ouid. T. 2. p. 227. De florum sparsione in sepulcris Andreae Fluggii dissertatio prodiit Hafniae 1704. De ritu campanas pullandi ad funerum deductionem mentio est apud Scholia-

stem Theocriti, Idyllio secundo pag. 44. Confer Roccham de campanis c. 3. et Magium de tintinnabulis cap. 10. Morem pulsandi campanam, receptum in Anglia statim vbi aliquis in parochia illa exspirauit, defendit Henricus Bourne T. XV. bibliothecae Anglicae p. 345. sq.

X. In sepulcris priscis maxime admiratione dignae visae sunt *lucernae*, non tam ob elegantem et mirae diuersitatis quae passim in illis conspicitur formationem et materiam, quam ob symbolum vitae et immortalitatis animarum ¹⁵ flammam ignemque perennem, quem pro genere phosphori et lumine sine calore quidam habuerunt, vt Paullus Casarus diff. 9. de igne, quod tamen experientiae aiunt repugnare qui lucernas illas eruerunt, et aëre admissio extinctum quidem lumen sed calorem adhuc a se deprehensum sunt testati. Nedum vt assentiendum sit Ioanni Argolo, ¹⁶ qui totum illud quod apertis sepulcris flammae conspicitur, aëris ventilationi tribuit. Sane ellychnia quae ab igne non consumantur parari ex Carystio lapide et lino Carpasio asbesto notum antiquis fuit, de quo Meursius ad Apollonium Dyscolum p. 135. sq. vnde Aesius qui hoc sibi persuadere non potuit, oppugnauit Licetus libro quinto operis mox a me laudandi. Confer *Roberti Plot* dissertationem de lampadibus antiquorum sepulcralibus, in *Transactionibus Philosophicis Londinensibus* A. 1684. p. 806. et in *Actis Eruditor.* tom. 1. supplementi p. 367. *Franc. Caroli*, Nobilis Veronensis, epistolam in museo Mineruae Venetae, (Galleria di Minerva) T. 6. p. 175. sq. et *Ioan. Baptistae Vrsati*, ibid. p. 253. *Iac. Ozanami* recreationes mathematicas et physicas Gallice editas Paris. 1723. 8. tomo quarto, vbi libro primo differitur de phosphoris naturalibus, secundo de artificialibus, et tertio de lampadibus perpetuis, et *Io. Dan. Schoepflinum* de apotheosi p. 74. sqq. Ecquid vero sit illud quod tam constantem et diuturnam possit flammam ardoremque alere, minus quidem adhuc videtur compertum, rem tamen ideo neutiquam negandam esse duxerim contra tot *αὐτόπτας* testes, quum lucernam *ἄσβεστον* etiam sub dio, Veneri olim dicatam celebret Augustinus XXI. 6. de Civ. Dei. Et lucernam perpetuam subterraneam, cuius oleum fanet morsos a canibus rabidis, memoret Rossi siue Rubeus in memoriis:

¹⁵ Guil. Irhouius de palingenesia veterum p. 208. sqq. Amstelod. 1733. 4.

¹⁶ Confer Vignolium Maruillium Tom. 3. Misc. pag. 211. sq. Viderur etiam perenne lucernarum lumen in dubium vocare Kenelmus Digbaeus de animae rationalis immortalitate pag. 48. sq. Longe magis Comes de Marilly perpetuos illos ignes oppugnat in dissertatione, quam Liniarius historiae academiae scientiarum Bononiensis pag. 218. sqq. subiecit, putatque, lucernas illas (vti lacrymatoria quoque) tantum additas dicis causa nec ardentes, quum reperiantur etiam solidi lapides vel solida fictilia apposita tantum lucernae figuram referentia, v. in fin.

